Digitized by Google

20. M. 25.

MENTEM ALIT ET EXCOLIT



K.K. HOFBIBLIOTHEK
ÖSTERR. NATIONALBIBLIOTHEK

20.M.25

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

STEPHANI RITTANGELII

LIBRA VERITATIS

ET DE

PASCHATE TRACTATUS,

Præmissa est

JOHANNIS Vander WAEYEN,

Dissertatio de λόγῳ

Adversus

JOHANNEM CLERICUM.



FRANEQUERÆ,

Typis & Impensis JACOBI HORREI,
Bibliopolæ. MDCXCVIII.

Digitized by Google

KAISERLICHE KOENIGLICHE
WIEN
HOFBIBLIOTHEK

Digitized by Google

LECTORI

S. P. D.

JOH. Vander WAEYEN.

STephani Rittangelii Prosopographiam libenter hac occasione exhiberem Benigne Lector; neque enim aut ingratum tibi aut inutile foret, tam insignium monumentorum auctorem propius noviſſe; inprimis cum circumstantiæ & occasio scriptorum, in quarum cognitione sæpe multum situm est, ea ratione nobis forte perspectæ forent; verum haud ita felici esse licuit, ut instructus iis, quæ ad istiusmodi institutum requiruntur, labo-

rem

rem illum in me ſuſcipere potuerim.

Memoratur Bibliothecarum Scriptoribus Cl. Voetio aliiſque. Pfeifferus quoque & præter ipſum Philologi non pauci ipſius meminere. Ex-Judæum fuiſſe plures mihi teſtes ſunt. Inter alios Clariſſ. Hoornbeekius in Prolegomenis ad תשובת יהודה pag. 16. Incomparabili ut linguæ ſic & rerum Judaicarum cognitione imbutus, merito ſuo, Linguarum Orientalium Profeſſor ad Academiam Electoralem Regio-Montanam vocatus, exoptatiſſimam tum proficiendi, tum, quos collegerat admirandæ eruditionis theſauros, aliis elargiendi occaſionem nactus eſt.

Non

Non unum autem ſcriptum literato orbi communicandum jam elaboraverat, verum proh dolor! inexpectato infortunio, ſpe ſua excidit. Audi verba quibus ipſe Vir Doctiſſimus triſtem hunc & funeſtum caſum enarrat in Epiſtola Dedicatoria, ad D. Gerbrandum Anſlo data, Libroque Jezirah præfixa. *Cum enim ex Academia noſtra, longa & difficili navigatione, huc* nim. Amſtelodamum *properarem, quo hunc alioſque, quos editioni paraveram, libros excudendos hic curarem; Ecce, medio itinere, de improviſo advolat prædonum manus, invadit, capit, cædit, diripit, effractis ferociter ſcriniis libros & labores meos lacerat atque diſſipat; ego ex tanta re-*

rum ruina incolumis vix evado. Magnam ut fecerit ac deplorandam respublica literaria jacturam, ea quidem parte quæ maximi momenti est. Linguam respicio & antiquitates Hebræorum. Antiquitates autem, non quæ in punctorum, literarum, styli examine subsistunt, sed, quibus probe perspectis, vetus inprimis catechesis Patrum & veritatis olim receptæ vestigia in scriptis Judæorum detegantur.

Quanti ipsum faciat Wagenseilius, Vir istarum rerum si quisquam callentissimus, in luculenta Lipmanni Confutatione pag. 327. videre est. Postquam narraverat, aliquas Epistolas amoibœas a Rit-

a Rittangelio & Judæo quodam Amstelodamensi scriptas, sibi in manus incidisse, sic infit. *Cepit me vehementer hoc munus, neque enim in isto genere unquam quicquam legi ornatius, aut festivius; & id unum me cruciabat, eas literas, quibus cœpta fuit disputatio, desiderari, postremas quoque, quæ finem sine dubio liti imposuerunt, & hominem Judæum ad turpe ac ignominiosum silentium adegerunt, maxima sui parte truncas tantum comparere. Interim tamen, omnino operæ pretium credidi, vel his fragmentis Eruditos beare, cum nullæ Christianorum Epistolæ Hebraicæ extent, quæ cum istis Rittangelii supra modum tersis, nitidis, comtisque comparari queant, nec fieri adeo possit,*

ut similes scribat, nisi qui Rittangelii ad instar, à Judæis genus trahens eloquentiam ipsorum à puero imbibit, & ad proselytissimum Christianum animum appulit tardiusculè. Ergo meæ Dissertationi commodum hoc κεφάλαιον *subnecto, quod illi fœnerabitur decorem.*

Talis sane & mihi visus est Auctor, postquam Librum *Jetzirah* aliaque ab ipso edita, videre licuit. Duos tractatus in præsentia Lectori heic sisto, prior est *Libra Veritatis* ante hac typis data, sed nullo fere comparanda pretio. Alter *de Pascbate* quem brevi tertius sequetur, *de Veritate Religionis Christianæ*: haud minus desideratus.

AD LECTOREM.

In libra veritatis ipsi cum Antitrinitario quodam res est, qui multis contendit, phrasin "מימרא ד" paraphrasibus Chaldaicis frequenter usurpatam, nihil facere pro demonstranda antiquitate fidei de Deitate Filii Dei Veri Messiæ. Quam priscis Judæis creditam fuisse; idque ex hujus phraseos usu palam esse, luculenter in dicto Tractatu demonstrat Rittangelius. Quis qualisve ille Unitarius fuerit, inquirere nec vacat nec lubet. Josephum de Voisin, Virum, editis in Raymundi Pugionem notis, & Theologia Judaica, satis celebrem, adversus eundem Sociniani hominis Tractatum scripsisse forte inutile non erit ut moneam, cum

ex

ex utriusque collatione videre possis quantum Rittangelius superet Voisinium. Dicti jam Irenepolitæ mentionem quoque facit Clarissimus Coccejus in Princip. Euang. Joh. Cap. 11. §. 15.

In eo quem de Paschate edidit libello, sequioribus seculis receptos in illius festi observatione ritus ac mores Judaicos accurate describit, inque lucem protrahit haud pauca minus cœteroquin cognita, scitu tamen non minus utilia quam jucunda.

In tertio exquisita collegit ex vetustissimis Judæorum scriptis loca, quibus probat Ecclesiam Judaicam olim credidisse tum S. S. Trinitatem tum æternam Deita-

Digitized by Google

AD LECTOREM.

tem Messiæ: quæ immensum augent ea & confirmant quæ ego Dissert. p. 46. & seq. signate p. 65, 66. &c. hac de re exhibui. Factum autem id antequam de hoc Rittangelii Tractatu quicquam inaudivissem.

Auctoris fama primusque singulorum intuitus tractatus hosce tantopere commendat, ut vel unicum verbum addere haud necesse videatur. In fidem tamen meam omnia & singula ab auctore dicta non recipio. Sic pag. 38. statuit Angelum, de quo Exod. XXIII. 20. esse unum de Separatis, seu creatis. Pag. 40. *Milta* Syrorum non respondere τῷ *Memra* Chaldæorum. De quibus aliter me sen-

* *

tire,

Digitized by Google

tire, tum aliunde, tum ex præmissa dissertatione constat.

Hujus autem quis scopus quodque argumentum sit ex Syllabo videri poterit. Monitum velim B. Lectorem ne putet solos Contra-Remonstrantes esse, qui Clerici errores tanti momenti censeant, ut non confutari duntaxat mereantur, verum & auctorem profanitatis haud uno nomine reum arguant. Augustanæ enim Confessionis Theologi non minus serio ipsum increpant. Par testium produxisse sufficiet, inprimis cum sint viri ab eruditione insigni magnopere laudandi.

Unus est Joh. Henricus Majus Giessensis Professor, Vir Doctissimus.

Digitized by Google

AD LECTOREM.

præ mus. Is Clericum & Verſeum nuncupat *Sociniſequas Theologos Batavos*, nod iiſque *futile* tribuit *judicium*. Differt. labe Sacr. Loc. VIII. §. 4. Imo eodem mB §. ut *oppugnatores* Libri Proverntra biorum *impiis & Judæis pejores cenericl ſendos* pronunciat. Et alibi de iiſant, dem, ut de Scriptura I. §. XXVIII. me p. 49. & 50. *Digna enim profecto maoro teria eſt, quæ cum cura & otio expeum *datur*, *quoniam eo ſpectat perverſo*on *rum hominum inſtitutum, ut rejecta* erio *Scriptura S. Deiſmum propagent, li*oro *cet hanc ſuſpicionem à ſe amoliri velint,* fint *quando ad extremum contendunt,* gno *Scripturam omnem ſuam vim retinere ſecundum ſuam hypotheſin & principia, propterea quod concedant, omnia* Majus *à J. C. dicta abſolutè infallibilia, eo*Etiffi *mus*

Digitized by Google

que cœca fide credenda esse: cumque nullum nobis scriptum à manu Christi profectum suppetat, fidem adhiberi ipsius Apostolis debere, in iis, quæ de vita ac doctrina Salvatoris referunt, licet in quibusdam circumstantiis aliisque parvi momenti rebus erraverint, nec rem, nec ordinem observaverint, nec exactè & eleganter locuti fuerint; & quæ alia hujus generis sunt, indigna profecto quæ inter Christianos audiantur & legantur. Commendent ergo hanc suam sententiam imperitis vel impiis, tanquam valde utilem, ad solvendas multas magnasque disceptationes ex inani Theologorum subtilitate ortas, & difficultates à Libertinis contra Scripturam S. proponi solitas: nos πᾶσαν γραφὴν *omnem & totam Scripturam,*

ram, non tantum V. T. sed & N. cujus plerique libri tum cum Apostolus ad Timotheum scriberet, jam exiabant, secundum omnes suas partes, literas, voces, sententias & res, cum naturales, tum supernaturales, θεόπνευστον meritò credimus: & ut hanc piam mentem Theologis Batavis, omnibusque secus de S. Codice sentientibus divinum numen inspiret, ac per Spiritum S. efficacissimè in omnium animis testetur, Spiritum esse veritatem, serio optamus atque expetimus. Qui vero solo Christiano nomine contenti, Christum in Scripturis loquentem vel non quærunt, vel negant, non meliore loco sacros habent libros, quam alios quosvis profanos. Hunc in numerum referendos esse, post alios, novissime

Patrem Richardum Simonem, ejusque Adversarios, Theologos Batavos, in superioribus æque ac præsentibus his dissertationibus demonstrasse me, opinor. Confer ibidem §. III. pag. 6. *Viri sane videntur esse satis quidem eruditi, sed simul etiam satis perversi, inque religione varii.*

Alter est Sebastianus Edzardi Facult. Phil. Witreb. Adj. longe versatissimi in Hebraicis Parentis filius, in Libro nuper edito, cui inscriptio est, *Jacobi Patriarchæ de Schiloh Vaticinium à Depravatione Johannis Clerici asservatum. Sinuosum* volumen vocat *Clerici Commentarium Pentateuchi.* §. XIII. *Quam malè rem gerit Clericus, quam infeliciter interpretis officio fungitur?*

Quid

Quid igitur, sic habet §. LXIII. & LXIV. *obtinuit Clericus, dum id totis viribus egit, ut longe valentissimum argumentum, quod ex* Gen. XLIX. 10. *contra Judæos ducitur, Christianis extorqueret? Evertere voluit præstantissimum vaticinium: sed firmum immotumque permanet, conatus est rebus maxime perspicuis noctem inducere, sed splendidissima luce disjiciuntur tenebræ & dispelluntur. Ausus fuit illud, a quo Grotius ipse abstinuit, ut* Messiam *vocabulo Schilo indicari negaret: sed quo majori nisu fertur audacia, eo graviori lapsu corruere solet, si omni fulcro præsidioque penitus destituatur. Egit Judæorum causam, sed ita ut Judæus non possit non ejus Patroni pœnitere, qui sibi ipsi non constitis,*

ſtitit, qui ſibi ipſi non minus ac Chriſtianis repugnavit, qui ea ſubinde diſſeruit, quæ ſe mutuo infirmarent, everterent, tollerent. Iudæis adeo non profuit, nec nocuit tamen Chriſtianis ſed ſibi ſoli. Quanto magis ab hoſtibus oppugnatur veritas tanto nobis impenſius de ea gratulamur, cujus tantam vim eſſe, ut contra hominum ingenia, calliditatem, ſolertiam, contraque fictas omnium inſidias facile ſe defendat, novo didicimus experimento.

Utinam vero ſolus hic eſſet locus, quem Clericus ſibi depravandum ſumpſit! In tota Viri commentatione paſſim illuſtriſſima pronunciata Moſis, quibus Chriſtiana religio contra Iudæos probatur defenditurque, reperias mirum

rum in modum contorta, perversa, lacerata. Videas etiam per-multa quæ cum debita divinis literis reverentia manifeste pugnent. Subdo §. XXLVII. *Ita quidem longe clarissima Mosis pro Christiana religione testimonia infirmare conatus est. Plura qui cupit, adeat Clericum, legat, horreat vero potius, quam miretur. Et utinam ipse Auctor tandem aliquando a tam manifesta Divinæ Scripturæ depravatione abhorreret! Quid enim causæ est, cur tantos in iis pervertendis labores frustra consumat, quantos pauci in iis recte accurateque explicandis ponunt. Gloria Dei suprema lex esto, & supremus omnium nostrarum actionum scopus. Huic vero nihil magis repugnat, quam Divinum sermonem,*

PRÆFATIO

cui ſumma reverentia debetur, con-torquere, contaminare, corrumpere. Amplificare Chriſtianæ religionis pomœria, illius confundere adverſarios, & argumentis magis magiſque conſtringere, vel ſaltem aliis occaſionem ejus rei præbere: hoc decet Interpretem ſacrum, hoc qui facit, is operam præclariſſime collocat. Tunc autem non ferendum Judæis ſubſidium eſt, nec luculentiſſima, quibus Chriſtiana religio nititur, vaticinia, tenebris debent obſcurari. Quod ſi Divini Codicis diſtortione vices ingenii oſtentare cupit, cogitet laudem in præcipiti ad ignominiam vergere, quæ cum impietate conjungitur. Præſtat ſane manere in obſcuro, quam invaleſcere malis conſiliis. Nec ille valet

Digitized by Google

AD LECTOREM.

ingenio, qui falsis interpretationibus confingendis palliandisque plurimum potest. Sin denique Divinis literis vim attulisse verum & dignum labore fructum putat, ô vero tum miserum, ô infelicem!

Limborgium quoque ad partes vocavi. At substiti intra limites vindiciarum, quas debebam meritis & orthodoxiæ Clarissimi Burmanni, Spinosismi, id est, Atheismi ita turpiter accusati: alioqui plurima in illo Clerici Collega notanda sunt. Unum vis Lector? Theologiæ L. v. Cap. XVII. §. XIII. inspice, & misere Socinianismum inter & Papismum claudicantem deprehendes. Reperies *adorabilitatem* unam *de-*

pendentem, & quæ ex essentia fluit sitque *proprietas Dei incommunicabilis*, aliam vero, *quæ ex gratiosa Dei donatione sit & non requirat necessario essentiam divinam.* Porro. *Omniscientiam atque Omnipotentiam essentialem atque absolutam & aliam quæ necessaria sit, ut omnes adorantium cogitationes & preces noscantur & omnibus eorum necessitatibus succurri possit.* Capitis sequentis §. v. Pontificiis pro adoratione creatorum angelorum objicientibus, *angelos in V. T. sæpe legi adoratos*, respondet 1. *non absentes sed præsentes adoratos esse angelos.* 2. *Comparuisse tum nomine Dei, tanquam ejus legatos, quibus Deus nomen suum imposuerat, uti dicitur Exod.* XXIII. 21.

* * *

Per-

Digitized by Google

AD LECTOREM.

Personam itaque Dei repræsentantes, etiam honorem sibi convenientem recipisse.

Verum ea quæ dicta sunt sufficient, ut exteris constet, quis & qualis sit tum Limborgius tum inprimis Clericus. Nec Batavus hic est, nec Theologus Batavus, imo ne Theologus quidem, sed homo, res sacras immaniter profanare ausus. Batavos Theologos se & Verseum dum nuncupat, quis non antesignanos Belgarum Theologos sibi imaginetur, à quorum ore Protestantis Belgii pars pendeat non exigua, cum nec Gallus exul, nec Belga, nedum Batavus sed Genevensis sit, & numerum vix faciant, qui se ipsius Disciplinæ

PRÆFATIO &c.

hactenus tradidere. Vale in Domino, cujus Verbum ut ames & copioſe in te habitet, votorum meorum ſumma eſt. Franekeræ Ipſis Idibus Jun. CIↃ IↃC C XCVIII.

SYL-

SYLLABUS

Eorum quæ in

DISSERTATIONE

Adversus

CLERICUM

RITTANGELII

Opusculis Præmissa, reperiuntur.

UT quæ per universam hanc Dissertationem, præter argumentum princeps, diversa alia sparsa sunt, tanto facilius reperiri queant, hoc qualicunque compendiolo, potissima repræsentare operæ pretium fore existimavi.

Ex edito Clerici in Job. 1. 1---18. commentariolo, itemque Scripti Rittangeliani editionis nata occasio. pag. 1.

Quæ sui tractatus editioni obtendat Clericus. p. 2.

Non sine ratione, æque ac maxima Doctorum Remonstrantium pars, Socinianismi suspectus. p. 3.

De Mosis scriptis haud ita pridem blasphemè Clericus. ibid.

Nec dum satis reverenter

De Mose C. p. 4.

Ut Clero Anglicano placeant Remonstrantes Socino adversari videri volunt. ibid.

Clericus Christum in Mosis scriptis vix reperit ullibi. ibid.

Consilium Mosis in Pentateucho obtenebrans verbis sine scientia. p. 4. & 5.

Mysticam significationem ubi rejicere penitus non audes, data opera enervat. p. 6.

Melius Limborgius. p. 8. & 9.

Cle-

Clericus nec vere nec candide de ritibus Mosaicis. pag. 8. & 9.

Aliter veteres. Locus Irenæi. p. 10. & 11.

Paulus oppositus Clerico. p. 12.

Clariss. Altingii insignis locus. p. 13. & 14.

In Cherubinis mysterium quærere operosè nugari *est Clerico. p. 15.*

Quæ Christus docuit Senecæ verbis exprimi possunt juxta Clericum. p. 15.

Ne quidem in Paschate *Christum reperit. Justini locus. p. 15.*

Tertulliani dictum de duodenario. p. 17.

Omni occasione profert loca veterum, in quibus vel tantillum sit imprudentius dictum de Trinitate aut Deitate filii. p. 17.

Locus de Siloh *Gen.* XLIX. 10. & Propheta instar Mosis *pessime habitus a Clerico. p. 18. & 19.*

Ex dictis mirum videri potest Clericum Socino bellum denunciare. p. 21.

Blanda nomine Socinianis caput demulcet, eorumque laudat modestiam C. p. 21.

Specimina contrariam probantia recensentur. pag. 22.

Irenopolitæ, quem refutat Libra Veritatis, primus paragraphus heic sufficiet. Confer & ea quæ in Præfatione pag. 2. collegit Rittangelius.

Infeliciter Alogianos oppugnat C. p. 23.

Joh. XXI. 24. *Ecclesiam Ephesinam loqui temere adseveratur. p. 23.*

Episcopi Ephesini verba esse, Grotii hariolatio est. p. 24.

Secunda & tertia Johannis Epistola a Dodwello alii Johanni adscriptæ. p. 25.

Hieronymus pro certis non habet ea quæ de altero illo Johanne. p. 25.

Ubi scripserit Euangelium. p. 26.

De Episcopis nonnulla. p. 27.

Vocem Λόγος inter Christianos non primi Valentiniani adhibuere. p. 28.

Loca Justini haud recte versa. p. 29.

Cum Verbo *vivere quid ei significet. ibid.*

Verus sensus ex aliis Veteribus confirmatus. p. 30.

Wigornienses Episcopus de Socinianismo Remonstrantium. p. 31.

Sub-

Subsistentem Λόγον *cogitavit Justinus.* pag. 32.
Clerici theses. p. 33.
Temeraria ejus ad deperdita hæreticorum vetustissimorum scripta provocatio. ibid.
An Ebion, Hæresiarcha qualem Veteres tradunt, unquam extiterit incerta res est. ibid.
In fragmentis quæ habet Irenæus nihil Clerico præsidii. p. 35.
Johannem ad Philonem respexisse absque fundamento adseverat Clericus. ibid.
Insigns in hanc rem Chrysostomi locus. ibid.
Philo Fabularum sterquilinium nugaxque & nullius fidei Scriptor *Spencero: haud videtur Johanni cognitus aut tantifactus.* p. 39.
Quin ab eo lectum esse vix credendum videtur. p. 40.
Nedum ejus Scholiastis instar verba explicet. ibid.
Inane id Clerici somnium, & prorsus inepta crisis est. p. 42.
Quid ni ex Mose potius & Catechesi Patrum ista Philo hausisse dicatur, inprimis cum ita tenax fuerit legis patriæ. p. 43.
Philo vituperat Platonem. pag. 44.
Languide doctrinam Christianam proponit Clericus. p. 45.
Quid olim de Trinitate Judæi. Locus ex Zohar. p. 46. *& Theodoreto.* p. 47.
Galatinus & Reuchlinus de tribus benedictionibus. p. 48. & 49.
De iisdem ex Bechaj, Rakanati, Altingio. p. 50. & 51.
Δυνάμεις *Philonis & Zephiroth Kabbalistarum collatæ.* p. 52. & 53.
Baptismum in nomine P. F. & S. S. vix ignorare potuit Philo. p. 54.
Ex N. T. apparet veteres Judæos non abhorruisse à Doctrina Trinitatis. ibid.
Johannes ex sacris non ex Philone sapit. Expenditur hujus à Clerico productus locus. p. 55.
Mala fides in allegando Philone. p. 56. & 57.
Dudum ante Platonem cognita fuere, imo ex Mose hausta ea, quæ Plato de Trinitate. p. 57, 58, 59, 60.
Cudworthi, cognitam ante Platonem trinitatis doctrinam probantis, insignis locus. ibid.

* * * * *Eo-*

Eodem faciens locus ex Withby. pag. 61.

Priſcam veritatem ſtudio corruptam exhibere Philonem. p. 63.

Non tam Philonis opera quam Patrum imprudentia Ario præluxit. 63. & 64.

Plato aliquid audivit de doctrina Hebræorum. p. 65.

Hæc eruitur. p. 65, 66, 67.

Olim in V. T. abunde revelata & recepta. p. 67. & 68.

Baptiſmi formula Judæis aliena non eſt viſa. p. 69. & 70.

Solebant in Baptiſmo proſelytorum adeſſe TRES TESTES. *ibid.*

In altercationibus Chriſti cum Phariſæis conſpiciuntur veritatis divinæ trinitatis manifeſta veſtigia. p. 71.

Similia ex ſcriptis Judæorum alibi prolata. p. 71. & 72.

Suo ſe gladio jugulat Clericus. p. 73.

Platonica non ſunt quæ Platonica dixit Clericus. p. 74.

Philonem negligenter imo falſo allegat. p. 75, 76, 77.

Philo Angelum Λόγον non in Platone ſed ſæpiſſime in Sacra Script. repperit. p. 77.

Angelus mediator & interceſſor veteribus agnitus. pag. 78.

Difficultas à Clerico ad Exod. XXIII. 20. *mota ſolvitur.* *ibid.*

Gloſſæ ipſius de Angelo, Dei perſona induto, confutantur. p. 79. 80.

Angelus Exod. XXXIII. *a Deo irato conceſſus ipſis Judæis ab Angelo Fœderis diverſus eſt.* p. 81.

Spiritus S. quoque Angelus nuncupatur in ſacris. p. 82. *coll.* 78.

Origenes ad Jeſ. XLVIII. 1. p. 82.

Notata dudum & ſoluta difficultas quam nemini hactenus animadverſam jactitat Clericus. p. 83.

Alius Philonis locus, ſed dudum ab ipſo Euſebio recte explicatus. *ibid.*

Alium Philonis locum pariter recte accipit Euſebius ſed peſſime Clericus. p. 86.

De Pontif... & primogenitis loquens Philo non ex Platone ſed ex Moſe ſapit. p. 87.

Integer verſus Philonis deſideratus in Edit. Gelenii. *ibid.*

Diverſæ phraſes Philonis, ſed nulla earum non ex S. S. p. 87. 88.

Aff

Affinia doctrinæ Christianæ apud Philonem non ex Platone sed S. S. didicit. pag. 89.

An LXX. *Interpretes eandem doctrinam in sacris non repererint, p. 90.*

Clerico theses suas probare non valenti argumenta opponuntur. p. 91.

Nemo veterum somniavit voces ex Platone, in sacra translatas esse, signate Λόγ&. *ibid.*

Celsus id Christianis exprobrare debuisset & Julianus. p. 92.

Eusebius ubi accuratè notat ea quæ Plato nostræ doctrinæ habet similia, de Clerici figmento ne γρὺ quidem. ibid.

Origenes Celso regerit S. Scriptores melius sciviſſe quid scribendum esset quam Plato. p. 93.

Alius magnopere huc faciens locus Origenis. p. 93, 94.

Nemo veterum Johannem data opera explicantium memorat figmentum Clerici. p. 94

Si vox Λόγ& &c. *deberetur Platoni, non ita acriter etiam in verba ejus censuram stringerent veteres, p. 94, 95.*

Vox Λόγ& *ante Platonem usitata. p. 95.*

Veritatum religionis revelatæ cognitio quædam apud nonnullos gentiles. pag. 96, 97.

Plato ipse non res tantum sed & vocabula huc facientia, Barbaris, id est, Hebræis recepta refert. p. 97.

Platonis, Clementis Alex. Theodoreti, Plotini, Numenii ad hanc rem dicta. p. 97, 98, 99.

Signate ea quæ de λόγῳ *habet Plato, Sacris debet Scriptoribus. p. 99.*

Plura hac de re in Variis meis Sacris. p. 100.

Ipse Philo imo Clericus non uno in loco nostram sententiam confirmat. p. 100. 101.

Quomodo doctrina Scripturæ olim pervenerit ad gentes. p. 102.

Quæ de Λόγῳ *habet Plato ex Sacris hausisse ipse testis est. p. 103.*

Imo ipsum vocabulum ut plura alia ab Hebræis accepisse luculenter probat Gales. p. 104, 105, 106, 107.

Ipse Clericus tandem consentit. p. 108.

Philo Sacras literas passim respicit, ubi utitur vocabulo Λόγ& &c. *ibid.*

Potuit ex Paraphrasi Chaldaica doceri de Verbo, p. 109.

Philonis ignorantia linguæ Hebræa expenditur. pag. 109. coll. p. 89.

Chaldæi habent מימרא *ubi in Hebræo est* יי *p. 110, 111.*

Licet Platoni Philo, non tamen Johannes ei debet vocabulum Λόγος. *p. 111.*

Si vel ex Platone in religionem *translata vox sit, non tamen id a Johanne factum. ibid.*

Loca Augustini p. 111. & Origenis, Clerico non observata, quæ pro eo facere videntur, excussa. p. 111. 112.

Origenis locus valide retorquetur in Clerici figmentum. p. 113.

Philo ubi de mysteriis agit procul arcet Philosophos eorumque scripta. ibid.

Clerico invito erumpit veritas. p. 114.

Idem contingit Arthuro Bury, qui in transitu notatur. ibid.

Ut ut se habeant præcedentia, Apostolum docere quo sensu voces Platonicæ accipi *debeant saltem putidum Clerici commentum est. p. 115.*

Clerici scopus est mysteriis carens communis quædam religio minus necessaria. ibid.

Inde fit ut minus necessaria minorisque pretii fiat Scriptura ejusque studium. pag. 116.

Simile quid alicubi molitur & mussitat Grotius. ibid.

Mosis scripta hodie à Profanis passim male habita. p. 117.

Iis cum Witzio merito accenseo Clericum. p. 118, 119.

Eadem protervia insultat Davidi & Salomoni. p. 120.

Canticum non est Idyllion quale Græcorum Latinorumque poëtarum. ibid.

Witzius in hanc rem citatur, Borrichius quoque & Caspar Sanctius nec non Origenes audiuntur. p. 121, 122.

Theocritus ex Salomone profecit. Vixit eo tempore & loco in quibus versio LXX. *facta est. Frassenii sententia. p. 123.*

Fuerint Lyrici ante Theocritum: Salomonis tamen ævum non attingunt. p. 125.

Poëseos originem in sacris repperit Borrichius. ibid.

N. T. Scriptores pariter vapulant Clerico, signate Paulus, qui defenditur. p. 126, 127.

Hieronymi mens de Stylo Paulino. p. 128.

Ori

Origenis de eadem sententia. pag. 130.
Egregia Erasmi dicta de Stylo Apostoli. p. 131.
Male de Trinitate Clericus. p. 132.
De vocabulo רוח *quid noster.* p. 133.
In toto Pentateucho nullibi Filium Dei loquentem aut apparentem invenit. ibid.
1 *Joh.* v. 7. *rejicit non sine atroce in locum agnoscentes injuria.* ibid.
Liberii nomine si ipse usus sit, videt ea, quorum nunc, ut præsulibus Anglicanis imponat, patrocinium suscipit. p. 135.
De versione vocabuli Λόγος *& Versiones nonnullæ & interpretes consuluntur.* p. 135, 136, 137.
Clerici futile pro sua versione argumentum. p. 137.
Eludit turpiter Lectorem, p. 138.
Philonem ubicunque Λόγος & creationis Mundi meminit de Sermone nunquam sed de Ratione tantum cogitasse *manifestè falsum est.* p. 129. 140.
Ut & Johannem ad Moses locutionem in creationis Historia memoratam non respexisse. pag. 141.
Rationem *vertens subdole fert opem Socinianis.* p. 142.
Per Λόγον *omnia facta quam dilutè accipiat Clericus.* p. 143.
Nonnulla de OEconomia *Trinitatis.* p. 144.
Inepta Clerici observatio. ibid.
Criticum agit ridiculè. p. 145.
Sine Sermone &c. *tenui admodum sensu accipit Clericus.* p. 146.
Doctrinam non minus quam verba Philonis à Johanne respici fingit Clericus. p. 147.
De divina rerum cura ibia.
In ipso Vita erat *jejune explicat Clericus.* p. 148.
Doctrinæ Evang. ad salutem necessitas. p. 150.
Lux illa erat vera lux *frustra ex Platone & Philone, uberrime ex sacris illustratur.* p. 151.
Verum hoc potissimum umbratili opponitur. ibid.
Gloria non miracula, sed miraculis illustrata. p. 152.
Socinianis accedit in negotio de remissione peccatorum sub V. T. p. 153.

Ut infelix Criticus ita parum solidus Theologus est Clericus. pag. 157.

De Fœdere illiusque relatione ad Testamentum. p. 158.

Quomodo Christus Johanne prior fuerit. p. 159.

De Phrasi Gratiam pro gratia *Arthur Bury.* 162.

Clericus. p. 163.

Gratiam vorticordiam ridet verbis Jesuitæ, alibi sui immemor concedit Clericus quod hoc ludibrio habuit. p 164.

De phrasi aperire oculos *infelix Clerici crisis.* p. 165.

De Gratia nonnulla ut & denuo de phrasi χάριν ἀντὶ χάριτος. *Locus Euripidis examinatur.* pag. 169.

Quomodo Lex per Mosen & gratia per J. C.

Epilogus. p. 173.

Nihil hic odio datum aut sinistro affectui. ibid.

Quæ ratio quod multis placeant Clerici scripta. p. 174.

Limborgius notatur, eo quod omnes, Judæos quoque, placide excipiens, ita turpiter calumnietur Burmannum, cujus a Spinosa & Spinosismo dissensus demonstratur, detecta Limborgii malignitate pariter atque ignorantia. De radice possibilitatis disseritur. p. 175.—

Errores Typographici in ipsa Dissert. corrigendi.

Pag. 1. l. 6. lege *emisit.* p. 20. l. 23. lege *proportionem.* p. 23. l. 1. dele *quidem.* l. 7. post *id* insere *non.* p. 26. l. 27. dele *Quod.* p. 56. l. 21. dele *olim.* p. 95. l. 30. lege Στρωματεὺς. p. 97. l. 27. lege *Plotino.* p. 100. l. 10. lege L. VI. c. *Celsum* p. 275. 278. *narramus,* p. 108. l. 21. lege 202.

Digitized by Google

JOHANNIS VANDERWAEYEN,

DE VOCABULO ΛΟΓΟΣ,

Non ex Platone primum repetito & *in religionem illato* adverſus CLERICUM DISSERTATIO.

Opportuna admodum videbatur hujus Rittangeliani ſcripti iterata editio; imprimis ab eo tempore, quo Johannes Clericus, in Remonſtrantium Seminario, quod Amſtelodami eſt, Philoſophiæ & Hebrææ Linguæ Profeſſor in lucem emiſſit libellum, cujus inſcriptio Lectori, præter Paraphraſin XVIII. primorum Commatum Capitis Primi Euangelii Johannis, geminam pollicetur Diſſertationem: quarum priore Euangelium, vulgò Johanni adſcriptum, genuino adverſus Alogos auctori vindicat, alterâ Fauſti Socini de ſenſu dictorum. XVIII. commatum ſententiam evertit.

Dignum ſanè argumentum, cui pertractando Vir Doctus omnem operam gnaviter impendat. Non mi-

nima autem hujus pars est, accurata & vera acceptio vocabuli Λόγος, cui cum noster Rittangelius, hoc præsenti tractatu haud parum lucis adfundere visus sit, operæ pretium censui, ut & ille symbolam conferret suam. Hinc Typographo, exemplar ut typis denuô describeret flagitanti, deesse nolui. Vix ullo pretio comparari poterat, & in paucorum manibus reperiebatur utilissimus libellus. Spem foveo fore, ut de vocis Λόγος sensu ac usu alia cogitet & amplectatur quisquis legerit, quam quæ à Clerico de iis chartæ mandata sunt.

Scribendi occasionem sibi natam fuisse dicit Clericus, eô quòd ab amico rogatus sit *sententiam non tantum de initio Euangelii Johannis*, verum & de adversario, quem Euangelista in eo refutare voluerit: singulatim an is, *quod à viris eruditissimis affirmari videbat*, Cerinthus esset; cui accedit, Reverendissimum Præsulem Anglum, exortos novos Alogos, *qui audeant Euangelium hoc Johanni Apostolo abjudicare*, ipsum edocuisse.

Probavi igitur, inquit, ante omnia, *Johannis esse hoc Euangelium*, deinde ejus initium interpretatus sum; atque ut *mihi videor* Alogos certissimis *argumentis confutasse*; *ita etiam me* Fausti Socini *interpretationem prorsus evertisse spero*. Conjecturæ aliquid dare si liceat, utrumque, tam amicum nimirum illum, quam Reverendissimum Præsulem, num Clericus de Christi Deitate rectè sentiret dubitasse, ego quidem putaverim.

Ut ut sit, sollicitudinis illius non una ratio est. Sola forte sufficiat, quod Remonstrantibus se junxerit, quos in præsenti Socini hæreses maximam partem amplexos esse, easque tum ore tum scriptis profiteri passim, atque inculcare; aut, ubi id periculo non caret, incrustare saltem, &, quantum pote, palliare, nemini in *Belgio* non notum est. *Socinianis* dextram fraternitatis jam dudum porrigunt. Quoties ad liberalitatem in erogandis publicis eleemosynis pro concione excitant, eam animi

mode-

moderationem, id pacis studium palam præ se ferunt, quo omnibus ad fraternam communionem paratur aditus, qui Scripturam fidei agnoscunt regulam, & ab omni conscientiarum tyrannide immunes sunt: qua ratione an non & Sociniani admmittantur, immò invitentur, judicium sit penes Reverendissimum Præsulem. Immò inter doctos ac Doctores hodiernorum Remonstrantium; qui de vexatis illis quinque tantum articulis cum orthodoxis dissentiat, rara avis est.

Verùm ulterioris dissensionis suæ ea singulatim extare voluit specimina *Clericus*, quæ, quid de ipso sentiendum sit, non sinunt ambigere.

In libro qui nomen gerit *les Sentimens de quelque Theologiens d' Hollande*; ut & in altero qui prioris Apologiam continet, plurima reperias. Sunt quidem illarum literarum nonnullæ quæ *Versè* cujusdam nomen præ se ferunt; verùm, alibi uni auctori, sibi nimirum, utrumque illud scriptum adscribendum esse palàm profitetur: *Bibliotheque Universelle* Tom. 1. Pag. 99. & 100. Ut jure meritoque ipsi imputes errores, imò profanas opiniones, quotquot in memoratis jam literis earumque defensione reperias.

Quanta illi sedeat verbi Divini reverentia, qui, à nescio quo sacrificulo *Bethlehemitico*, Popa revera idololatrico, ea quæ *Mosis* aliorumque Θεοπνεύστων nomine insignita prostant, scripta esse, propudioso errore adseverare veritus haud fuit, Lector cernat. Quam autem confirmata sit hominis fides, qui de putido figmento, a suis, paulo, ut fertur reprehensus severius, protinus alia profiteri paratus est, eidem censendum committo.

At necdum de scriptis Mosis satis reverenter passim disserere nostrum, pluribus si id jam agerem, demonstratum darem, dixerat *sine ordine rerum & temporum in iis* plura occurrere; quod Deo tribuere veritus, Mosi

adscribit, *qui habuit* (ô egregiam Mosis excusationem! ô vindicias!) *hunc thesaurum in figulino vase, ut excellentia potentia Dei esse, non ab illo intelligeretur.* In *vase*, quod *figulinum* vocat Apostolus, infirmitates agnosco, at quæ in thesaurum non redundent. Hic de thesauro, de re revelata & Deo scripta revelante dum quæreres, quid juvat Mosen accusare? Humanam infirmitatem, fateor, non exuerat penitus; verùm ut ne in scriptis illius specimina agnoscamus, plurima sunt quæ prohibent.

At quid de Mose loquor: de Apostolis eodem loco similia profiteri non erubescit. Ad Exod. xxiii. 20.

Remonstrantibus favere Cleri Anglicani partem non exiguam dolemus ex animo, at quod ipsis gratulamur, plurimi, in iis, quæ Arii sapiunt aut Photini hæreses, priscæ orthodoxiæ sunt tenaces: hinc cum placere iis nostri Arminiani velint, omni studio id operam dare debent, ne, licet sint, videantur tamen Sociniani aut iis similes. Novi Clerici hac in parte jactatam a se prudentiam. Hinc videri vult manus heic palàm conferere cum Fausto Socino. Serium autem hunc conflictum esse ut credam multa sunt quæ prohibeant.

Moses de Christo testatus est, & Christus nihil docuit extra Mosen. Apostoli, præceptoris & Domini sui vestigia prementes, ex Mose doctrinam suam, cujus summa Christus est, repetitam passim docent. Noster tamen, scripta Mosis pervolvens & commentario illustrans, vix ullibi volam eorum reperit aut vestigium. Indicem inspice, non comparet. Loca hactenus ad convincendam Judæorum contumaciam & refutandos æternæ Deitatis Filii adversarios, aliorsum torquet & ita enervat, ut nihil magnopere notandum, nihil saltem mysterii continere videantur. Immò ubi datâ operâ diligenter admodum *Consilium Mosis in Pentateucho*, enarrat Dissert. III. ne aut promissionibus

in

in spem venturi Messiæ erigere Judæorum aliorumve lectorum animos, aut typis ingenti numero præfigurare, aut universâ lege præcepti carnalis adumbrare Christum & res Novi Testamenti voluisse quis putet; studio de iis omnibus mutus est noster non secus ac piscis. *Reconditiores tamen in scribendo fines*, quos Moses *sibi* proposuerit, si credere fas est, hic recensuit. Potissimus fuit, *edocere Israelem Deum esse colendum, & qua ratione.* Quibus verbis prorsus generalibus cave ne putes comprehendere ea quæ omissa conqueror; nullibi enim illorum aut rectam perceptionem, aut fidem, aut spem ad illius cultus integritatem, quantum observare potui, requirit.

Quin immò sedulò cavet, ne quis vel tantillum veri corporis in umbris reperiat. Ad Levit. 1:2. notat, *Deum nullas victimas sibi offerri voluisse, nisi ex mundissimis*, rectè id quidem: at, ne quis supra Socinianos aut ipsos Judæos hodiernos sapiat, hæc addit. *Cujus rei non tam mysticas rationes quærendas censuerim, quàm ex ipsius rei naturâ petendas. Pleraque omnia sacrificia erant veluti mulctæ Hebræis impositæ; quæ proinde debuerunt ex utilissimo brutorum genere solvi, ne spernerentur. Præterea ad Eucharistica sacra quod attinet, oportuit Israëlitas ea Deo mactare, quæ iis maximè usui futura erant; ut & ea ipsi debere se palam agnoscerent, gratoque animo recolerent, & honorem Deo exhiberent majorem, utili pecude mactatâ, non cane & sue exempli gratia, à quibus abstinebant. Species enim contemtus fuisset, si quis Deo mactasset id animal, quo ipse vesci nollet.*

Egregiè profecto & ad Socini palatum dicta. Verùm ita diluta ut refutationem vix mereantur. Certè nec Deo dignum fuit, nec in quo acquiescere ulla ratione mens hominis ac deliciari queat, nisi aliud quid & longe majus lateat sub isto cortice. Sed prolixè hæc excutere nec hujus loci, nec necesse est, cum alibi id præstitum abunde sit.

Sicubi quid occurrat, cujus ratio myſtica ſuâ luce oculos ita perſtringat, ut non videri haud poſſit, id primum extenuat & deinde aliorſum amandat. *Poſſemus hinc incipere oſtendere ſimilitudinem Serpentis ænei, & Chriſti ipſius; nam ut nemo credidiſſet ſalutiferum futurum eſſe Iſraëlitis, ab Cherſydiis demorſis, conſpectum ænei Serpentis: ita nec quiſquam poterat, eo tempore quo res contigit, ſperare Hominis crucifixi cognitionem unicam fore viam, qua homines ad fidem Deo adhibendam, parendumque Euangelio, eſſent adducendi. Verùm hoc, aliaque id genus Theologis latius deducenda, atque illuſtranda relinquimus.* Et Paulò poſt. *Quam excellentiori ſenſu hæc de Chriſti ſalutiferâ cognitione dici poſſint, cum omnes videant, nihil attinet dicere.* Siccine? *Similitudo* eſt Clerico, non typus. *Similitudo* eſt, non ex inſtituto Dei atque intentione, ſed *quam poſſet incipere oſtendere.* Et qua obſecro in re illa ſimilitudo eſt? Ut nemo prius *credidiſſet*, quod tamen factum eſt; *ſic nec quiſquam poterat, eo tempore quo res contigit ſperare* &c. At an non ſatis ſuperque id typi alii & vaticinia Prophetica & promiſſiones docuerant, *eo quo id contigit tempore*, ut vel *ſperare potuerit quiſquam*, mortem ejus fore ita utilem? Verum & hoc enervat penitus; ipſius Domini exertis de hac re verbis nequicquam habitis. Sic Jeſus Chriſtus eo ipſo in loco ad quem nos ablegat Clericus Joh. 111: 14. & ſeq. *Et quemadmodum Moſes extulit ſerpentem in deſertis: ita efferri oportet filium hominis. Ut omnis, qui credit in eum, non pereat, ſed habeat vitam æternam*; id noſtro tantundem eſt, ac, *cognitionem crucifixi unicam fore viam, qua homines ad fidem Deo adhibendam, parendumque Euangelio eſſent adducendi.* Non fuit, non eſt, ſed *erit via.* Et quæ via? Qua *ad fidem Deo adhibendam, parendumque Euangelio eſſent adducendi. Jeſum cognoſcere eumque crucifixum* unicè deſideret Apoſtolus, in *cruce Chriſti* unicè *gloriari* ipſi ſit volupe, *qui in eum credit non damnatur, non perit, ſed habet vitam æternam* ſint

verba

verba Christi, nihilominus, juxta Clericum, crucifixi cognitio *via* tantum *est*, qua homo, *ad fidem Deo adhibendam adducatur*. Non igitur ex mente Clerici fidem Deo adhibet, qui cum Apostolo unicè Christum novit eumque crucifixum. Ac si in Deum non crederet, aut, ut ipsius phrasi utar, *Deo* nondum *fidem adhibeat*, qui credit in Jesum crucifixum, sed id demum agat, quo adducatur ad Deo fidem adhibendum atque ita *parendum Euangelio*. Putabam credere in eum quem misit Pater, esse *facere opus Dei* Joh. VI. non aliam didici Euangelii obedientiam, quam quæ fidei, immò ipsa fides sit in crucifixum Jesum. Vides quantum a Deo distet Christus crucifixus; ipsius cognitio via est, qua ad fidem in Deum adducar. Quid dilutius aut Lælius aut Faustus Socinus unquam potuit comminisci? At quid mirum, cum ne in Paschate quidem aut manna, quod stupendum est, Christum viderit.

Quàm orthodoxè in universum de ritibus Mosaicis sentiat, ex eo apparet, quod ab Ægyptiis mutuos acceptos cum Marshamo & Spencero statuat, succensens Justino Martyri, *ethnicos passim furti incusanti, quasi & dicta Hebræorum surripuerint & eorum mores imitati sint.... Nec mihi, inquit deinceps, credibile fit, Deum*, qui est, *ut loquitur Christus*, spiritus, *corporeos ejusmodi ritus unquam non modo instituturum, sed ne probaturum quidem institutos fuisse, nisi infirmitati hominum se accommodare voluisset, & erga eos more humano agere*. Immò Clerice accommodavit se *humanæ infirmitati*, primis mundi elementis Israëli puero exhibens typos, figuras, umbras, rerum spiritualium: *quo sensu tota terra Canaan, omniaque bona Judæis promissa, typus fuere cæli, bonorumque spiritualium ac cælestium, Christianis clare promissorum* Limborch, Theol. Christ. L. III. C. VIII. §. XXVIII. Addo quæ habet §. seqq. *promissa generalia sua generalitate etiam comprehendunt bona cœlestia, ac æterna, & bona terrena typicè adumbra-*

runt

runt bona æterna. Porro Cap. IX. §. III. IV. V. Cum quibus haud probe conveniunt ea quæ habet Clericus, tum passim, tum signate ad Exod. XXV. 10. *Nunc quæritur utrum Hebræorum simiæ fuerunt Ægyptii, hoc in negotio, an verò Deus se se Israëlitis ei rei jam in Ægypto adsuetis accommodarit? Posterius credidit* Chrysostomus, *quem ex homilia VI. in Matt. laudavit vir eruditus de* Leg. Mos. Rit. *Lib. III. Cap. I. Sect. 2. Similiter* Maimonides *Doct. Dub. Lib. III. c.* 45. „ Constat homines illos (*Idololatras*) „ templa exstruxisse stellis, atque in iis collocasse ima„ ginem, ad quam colendam unanimiter consenserant: „ imaginem nempe, stellæ vel alicui Deo consecratam. „ Hinc jussi sumus & nos templum ædificare Deo be„ nedicto, atque in eo collocare arcam. *Prius multi maluere, nulla alia de causa, quàm quia amplum & magnificum videbatur populo Hebræo neminem imitari, exemplo esse alius. Sed profectò, ut hoc solum attingam, nisi Deus, συγκαταβάσει singulari, Legem aptasset indoli Hebræorum, hoc est, opinionibus & consuetudinibus inter eos dudum receptis, non aliam tulisset, quàm quæ postea à Christo lata est; omissisque* infirmis *illis* elementis, *ad perfectiora omnia Hebræorum animos erexisset. Deus, qui* idem est hodie atque heri, *eodem modo coli illo tempore se voluisset ac postea jussit. Venùm cùm in plurimis descenderit ad abjectos & humiles Israëlitarum animos, propter eorum σκληροκαρδίαν; in hac quoque re receptis ritibus eos uti passus est, ut in cæteris omnibus, in quibus nulla naturalis honestas, nihil spirituali Numine dignum, nihil mortalibus proficuum deprehenditur. De hujusmodi legibus dicere possumus quod* Plutarchus *de Axonibus Solonis pronuntiavit:* ἦ μὲν ἄρισον ἦν ἂν ἐπήγαγεν ἰατρείαν, ἢδὲ καινοτομίαν, φοβηθεὶς μὴ συγχέας παντάπασι καὶ ταράξας τὴν πόλιν ἀσθενέστερον γένηται καθῆσαι πάλιν καὶ συναρμόσασθαι πρὸς τὸ ἄρισον. ἃ δὲ καὶ λέγων ἤλπιζε πειθομένοις, καὶ προσάγων ἀνάγκην ἐμμένουσι χρήσασθαι, ταῦτ' ἔπραττεν (ὡς φησιν αὐτὸς) βίην τε καὶ

δίκην

διχην συναρμόσας: „quà res bene habebat, neque medi-
„cinam, neque innovationem ullam attulit, veritus ne,
„si Rempublicam undequaque miscuisset, infirmior
„esset, quam ut posset iterum constituere, & prout opti-
„mum erat ordinare. At quæ dicendo sperabat se à per-
„suasis, & vim admovendo à ferentibus impetraturum,
„hæc fecit, ut ipse dicit, vim & justitiam simul tempe-
„rans. Ὅθεν ὕστερον ἐρωτηθεὶς εἴτὸς ἀρίστας Ἀθηναίοις νόμους
ἔγραψεν; Ὡν ἂν (ἔφη) προσεδέξαντο τὸς ἀρίστας: Quare
„rogatus post, num optimas leges Athenienssibus scri-
„psisset? Optimas, inquit, earum quas accepturi erant.

Non sufficit erroribus favere, nisi & bene sentientibus affingat quæ vera non sunt. Quis obsecro *prius* maluit, *nulla alia de causa, quam quia amplum & magnificum videbatur populo Hebræo neminem imitari, exemplo esse aliis.* Quid? *nulla alia de causa?* veritati magis adversum scribi non potuit quicquam.

Ipse ego quoque post alios prioris sententiæ rationem dedi, in Variis Sacris inde a Pag. 267. & seq. non unam, quas tamen inter nullibi comparet ea quam unicam nobis esse affirmat Clericus. Imo certus sum, si quis fortassis alleget id de quo Clericus, neminem tamen esse inter Reformatos, qui *nulla alia de causa* priorem sententiam amplexus sit; quod tamen adseverat Clericus, falsi heic manifestissimè convictus.

Hæc autem homines spectant, at Deum ipsum lædit, quando statuit eum *receptis ritibus* uti Israëlitas *passum esse, ut* NB. *in cæteris omnibus, in quibus nulla naturalis honestas, nihil spirituali numine dignum, nihil mortalibus proficuum deprehenditur.* Ac si mortalibus proficuum non sit serperastris uti, quibus ad majora ducantur. *Totus ille cultus*, sunt verba D. Limborch *typicus tantum fuit & umbratilis, perfectiorem & spiritualem cultum, beneficiaque spiritualia ac cœlestia adumbrans ex instituto divino.* L. III. Cap. IX. §. XI. Dic jam quæ sint *cætera*,

& *cœtera omnia*, de quibus ita blaſphemè loqueris.

Profanitati autem ut ne quicquam deſit, hæc ſubjicis. *De hujuſmodi legibus dicere poſſumus quod* Plutarchus *de Axonibus Solonis pronunciavit: quà res bene habebat, neque medicinam, neque innovationem ullam attulit, veritus ne, ſi Rempublicam undequaque miſcuiſſet, infirmior eſſet, quam ut poſſet iterum conſtituere, & prout optimum erat ordinare. At quæ dicendo ſperabat ſe à perſuaſis, & vim inferendo à ferentibus impretraturum, hæc fecit, ut ipſe dicit, vim & juſtitiam ſimul temperans. Quare rogatus pòſt, num optimas leges Athenienſibus ſcripſiſſet? Optimas, inquit, earum, quas accepturi erant.* O bella comparatio! Auctori tractatus de tribus impoſtoribus apprimè conveniens.

Ad Geneſeos. 1. 26. pag. 12. 6. *Controverſiis Theologicis o'cium* ſe *non affuſurum* pollicetur, *à quibus*, inquit, *in his noſtris Annotationibus abſtinere decrevimus:* dum tamen nullibi prætermittit occaſionem de Socinianis bene merendi. Nihil fere ſæpius agens, aut majore cum contentione virium, quàm ut ne Angelus increatus: aut veſtigium Deitatis Filii Dei ullibi agnoſcatur.

Et ſanè perquam mirum eſt Filium Dei ante Mariam exſtitiſſe, imò Deum eſſe, & nullibi tamen memorari, aut tot ſeculis ab ipſo Dei Populo eſſe agnitum. Aliter Veteres. *Inſeminatus* Scripturis dicitur Irenæo L. IV. C. XXIV. adſcribam textum integrum: *Bene igitur & Joannes meminit dicentem (Dominum) Judæis: Scrutamini Scripturas, in quibus putatis vos vitam æternam habere. Illæ ſunt quæ teſtimonium perhibent de me, & non vultis venire ad me, ut vitam habeatis. Quomodo igitur teſtabantur de eo Scripturæ, niſi ab uno & eodem eſſent Patre. (Præſtruentes) homines de adventu Filii ejus. & prænunciantes ſalutem, quæ eſt ab eo? ſi enim credideretis Moyſi, & mihi credideretis: de me enim ille ſcripſit, ſcilicet inſeminatus eſt ubiquè in Scripturis ejus Filius Dei, aliquando quidem cum Abraham loquens, cum eodem comeſurus.*

rus. Aliquando cum Noë, dans ei mensuras: aliquando autem quærens Adam: aliquando autem Sodomitis inducens judicium: & rursus cum videretur, & in viam dirigi Jacob. & de rubo loquitur cum Mose. Et non est numerum dicere in quibus à Moyse ostenditur Filius Dei, cujus & diem passionis non ignoravit: sed figuratum prænunciavit eum Pascha nominans, & in eadem ipsa, quæ ante tantum temporis à Moyse prædicata est, passus est Dominus adimplens Pascha. Non solum autem diem descripsit, sed & locum & extremitatem temporum, & signum (Occasus) solis dicens: Non poteris immolare Pascha in ulla alia civitatum tuarum, quas Dominus Deus dat tibi, nisi in eo loco, quem delegerit Dominus Deus tuus invocari nomen suum ibi. Immolabis Pascha vespere ad occasum Solis. Jam autem, & manifestaverat ejus adventum, dicens: Non deerit Princeps in Juda, neque Dux ex femoribus ejus, quoad veniat cui repositum est, & ipse est spes Gentium, alligans ad vitem pullum suum & ad ilicem pullum Asinæ: lavabit in vino stolam suam, & in sanguine uvæ pallium suum: lætificabuntur oculi ejus à vino, & candidi dentes ejus tanquam lac. Inquirant enim hi qui omnia scrutari dicuntur, id tempus in quo defecit Princeps & Dux ex Juda, & qui est Gentium spes, & quæ vitis; & qui pullus ejus; & quod indumentum, & qui oculi, & qui dentes, & quod vinum, & unumquodque ex occultis exquirant: & invenient non alium, nisi Dominum nostrum Jesum Christum annunciatum. Quapropter Moyses increpans Populum, quod ingratus existeret, ait: Hic Populus fatuus & non sapiens, hæc Domino retribuistis? Et rursus significans quoniam ab initio condidit, & fecit eos Verbum, & in novissimis temporibus redimens nos, & vivificans ostenditur pendens in ligno, & non credent ei. Ait enim. Et erit vita tua pendens ante oculos tuos, & non credes vitæ tuæ. Et iterum: Nonne hic idem pater tuus possedit (te) & fecit te, & creavit te?

Hinc Paulus reliquique Apostoli quando quam maximè Jesum prædicabant, nihil tamen dixere extra

Mosen. Noster de illo in Mose vix tantillum reperit, Paulus in omnibus ritibus legis Christum quærat quantum velit. A scopo Dei & Mosis, & Legis aberrat penitus, si nostro credas Commentatori. Unum specimen proponam Lectori, sed quod abunde sufficiet ut cujus spiritus sit clarissimè appareat. De Cherubinis ordine differens primò agit de significatione vocabuli; secundò, de forma ejus rei quæ dicitur כרוב *chroub*, tertiò de ejus origine; quartò, de institutionis illius ratione. *Ad originem Cheruborum quod attinet*, inquit, *postquam diximus Arcam videri Ægyptiacis ritibus originem debere, non dubitabimus indidem ortum Cherubinorum, qui pars Arcæ fuerunt, repetere cum Viro Doctissimo*, Spencerum designat cujus vitulo strenuè aravit in hisce Commentariis, ego ejus fundamenta penitus subverta dedi in Variis Sacris. Pergat noster.

Si quæratur institutionis ratio, nihil simplicius responderi posse videtur, quam hoc fuisse merum ornamentum operculi Arcæ, qualia fuerunt plura quæ hic memorantur, aut in Templo Salomonis conspecta sunt. Simplicitatem deperit, at eam, quæ mysteria cœlestis veritatis tollit penitus. Hinc & susque deque habens ea quæ Sacri Scriptores de hisce tradunt, suam hanc simplicitatem sibi gratulatur. Nos Paulo credimus, qui ad Hebræos Capite Octavo nobis viam præit, quâ in hisce mysteria rimemur. *Vasa* Tabernaculi aliaque sanguine a Mose conspersa ipsi dicuntur ὑποδείγματα τῶν ἐν τοῖς οὐρανοῖς Hebr. IX. 23. Noster autem in ipsa Arca, ac Cherubinis, Ægyptiorum tantum rituum κακοζηλίαν videt, mystici autem significatus nihil. Arca & Cherubim exertè memorantur inter ea, de quorum significatu nunc κατὰ μέρος non erat locuturus Hebr. IX. 5. quod ineptè diceret, nisi & in iis æquè atque in reliquis fuerit δήλωσις Πνεύματος ἁγίου versu 8.

Vel an Cherubini facti non sunt ad *typum Mosi exhibitum*

in

in monte? de eo autem in universum Apostolus adseverat fuisse ὑπόδειγμα & σκιὰν τῶν ἐπουρανίων exemplar & typum rerum cœlestium. VIII. 5. Rectè hic Clarissimus Altingius *Ex hac porro Apostoli declaratione observandum habemus.* ad Hebr. VIII. 5. p. 230. *Tabernaculum Mosaicum & omnem ejus* λειτουργίαν καὶ λατρείαν *fuisse quidem* ὑπόδειγμα καὶ σκιὰν, *sed* τῶν ἐπουρανίων, & σκηνῆς ἀληθινῆς, *quam Dominus fecit, & non homo, quod revincit sententiam satis inveteratam & magis indies invalescentem, universum cultum Mosaicum mutuatitium esse ab Ægyptiorum aliarumque gentium religione. Nam quia Israëlitæ inter Ægyptios ultra duo secula habitarunt, eorumque superstitionem, & ritus idololatricos longi intuitus adsuetudine imbiberunt: quin etiam majores ipsorum ante Abrahamum Chaldæorum ceremoniis innutriti fuerunt, Deum, ut sibi eos obnoxios subjectosque haberet facilius, se attemperando ipsorum ingenio, prohibuisse quidem religionem Ægyptiacam, Chaldæam, Cananæam: in suo tamen cultu definiendo simillima fere imperasse. Sacerdotes sacrificiorumque leges circumstantiis duntaxat variatis, ast etiam in contrarium versis. Maimonides in More Nebochim non tam Ægyptia quam Zabiorum veterum sacra docet spectata fuisse; & Eruditi nostro seculo multum in eo ponunt laboris, ut conquisitis ex Vetustate ultima quorumcunque populorum moribus & institutis sacrorum, cum iis componant, quæ Israëlitis præscripta fuerunt, ut inde petita persuadeant, atque inde etiam discendam Israeliticarum ceremoniarum rationem. Sie itaque ministraverint quidem Sacerdotes Aaronidæ exemplo & umbræ, sed* τῶν ἐπουρανίων, *non vero* τῶν ἐπουρανίων; *imo tabernaculi veritas non Dominum habuerit auctorem sed Diabolum, cujus simiam egerit Deus, & istius sapientiam, ad deliniendos devinciendosque cultorum animos prudenter imitatus fuerit.* Τύπος *ergo monstratus Mosi in monte, non fuit* ἀρχέτυπος, *sed,* ἔκτυπος *eorum, quæ antiquiores idololatræ instinctu Dæmoniorum & in honorem istorum commenti fuerant: quæ Moses ab ipsismet petere potuisset, utpote in omni sapientia Ægyptiorum institutus, nisi Numæ instar, & Lycurgi, & aliorum Legislato-*

latorum inter Gentiles ab oraculo auctoritatem arceſſendam exiſti-maſſet: quomodo Gentiles de ipſo judicant, neque iſti magnopere diffitentur, verè tamen χρηματιζόντα aſſeverantes. Sed fallun-tur magnopere. Quicquid ſacrorum rituum eſt, primum a Deo definitum mandatumque fuit. Sacrificia & qui offerrent Sacerdo-tes Deus inſtituit, cujus leges novit, & ſignificationem ceremo-niarum omnium Abel, qui per fidem obtuliſſe legitur Heb XI. 3. *utique verbo antiquiore fidem ejus moderante. Similiter poſt diluvium. Noach altare ſtruxit, & holocauſta obtulit non ſolum imitatus Veteres Patriarchas, ſed inprimis Dei ſtatuta ipſis primum revelata, & tot ſeculorum uſu conſervata. Noachi filii quod a patre didicerant, & apud ipſum exercuerant, poſteris tradide-runt qui poſt illa eos ritus ad cultum idolorum tranſtulerunt, variè interpolatos; Satana, quem in idolis coluerunt, fuco fallaciſque variis ſapientiæ opinionem quærente. ſic ergo Gentil-lium ſacra ad exemplar cultus à Deo definiti ſunt inſtituta; non contra cultus Dei ad exemplar ſacrorum Gentilium; & ho-rum veſtigia prima iſtic quærenda, non iſtius hic.* Ἐπουράνια *ſunt ad quorum ideam Moſes omnia formare juſſus eſt, quæ divinæ inventionis ſunt, non humanæ, non diabolicæ: neque Deus adeo prodigus fuit ſui honoris, ut ab his quæ ſibi ipſi, quæ Iſraëli-tis, placitura eſſent, diſceret. Maimonides rerum Kabbaliſti-carum imperitus, peritiſſimus licet jurium & conſtitutionum Moſaicarum, cum veram ideam ignoraret, neque intelligeret, eam inter gentes Dei veri neſcias quæſivit, & veram religionem falſæ reformationem aliquam eſſe credidit. Aſt Kabbaliſtæ longè aliter fuere animati, nihil niſi divinum & cœleſte repræſentatum perſuaſi; quemadmodum quæ antea producta ſunt teſtimonia evin-cunt. Quorum ſententiam non Paulus ſolum hoc loco confirmat, verum etiam Johannes in Apocalypſi, eadem ſibi in viſione mon-ſtrata faſſus, quæ Moſes typum habuit ſtructi à ſe tabernaculi Cap.* 4. *vers.* 1. *aperto oſtio in cœlo vidit thronum, Deumque illi inſidentem, Cherubinis adſtantibus. Cap.* 6. v. 9. *vidit alta-re, & ſub eo animas necatorum martyrum Cap.* 8. *vers.* 3. *vidit altare ſuffitus coram throno Dei, quæ omnia* ἐπουράνια *ſunt*

& *ad quorum exemplar terrena* ὑποδείγματα & ἀντίτυπα fuerunt adornata.

Nihilominus de Cherubinis inprimis apertum est, si Clerico credas, fuisse merum *ornamentum*, in quo *mysterium quærere sit ingeniose nugari.* Utique præ alia omni suppellectile *Cherubini gloriæ* appellantur Hebr. IX. 5. Deus insidere Cherubinis dicitur, non sane ab Ægyptiis mutuis. Ps. XVIII. 11. Utique *Cherubini* quos memorat Ezechiel Cap. IX. merum ornamentum templi non fuerunt, in quibus tamen mysterium jure non quæsiveris nisi & in Mosaicis agnoscas. Doleo hominem hac in parte non Grotio tantum verum & Breenio ipsique Crellio pejora comminisci. Aliter veteres ad unum omnes.

Non miraberis autem heic ita à vero descisscere cum ad versum 31. hujusce Vigesimi Quinti Capitis Levitici loca Hebr. XI. 6. Joh. IV. 23. &c. Parallela facere non vereatur iis, quæ apud Senecam repperit; imò ea *quæ Christus Servator & Apostoli discipulis suis inculcavere* contendit Senecæ verbis se posse exprimere. O insignem Christianum! ô Christianismum prorsus degenerem! Vides quanti Christum ejusque mortem, quanti omnem supernaturalem revelationem faciat. Sic jam unicuique in sua religione salus, & propitiatio Dei non alibi quam in propria virtute peccatoribus quærenda est.

Hinc ne quidem in Paschate noster vel tantillum reperit quod Christum respiciat. Minutias sectatur, in Ægypto alibique gentium sedulò a Spencero suo quæsita apponit, imo apud Platonem, Ælianum, Plutarchum alioque vel tantillum notasse quod cum sacris actibus convenientiæ præ se ferat specimen, thesauros reputat. Christus autem exerte licet Pascha nostrum dicatur Apostolo, & mactatus pro nobis; Johanni Baptistæ *agnus Dei*, *agnus* ἄμωμος Petro ἢ ἄσπιλος, in Apocalypsi toties totiesque sub emblemate agni veniat Christus, imò Jesaias sub ipso V. T. Christum patientem cum agno comparet quantum

velit, Veteres ad unum omnes idem doceant, ingemiscant: imo ipsæ victimæ non tantum, verum & omnes ritus ac circumstantiæ Christum indicent, carbones sunt homini nostro *nugæque ingeniosæ*. Quam vellem de his & aliis a Doctissimo Limborch meliora discere non erubescceret. Sic ille: *Agnus Paschalis repræsentavit D. Jesum verum agnum Paschalem* 1 Cor. v. 7. *cujus nullum os debebat frangi Joh.* xix. 31. & sequentibus *panes infermentati quibuscum comedi debebat*, pietatis *nostræ sinceritatem* 1 Cor. v. 7. Idem quod observandum erat in agno Paschali, præter omnem expectationem hominum, divina cura fit in Christo, & singulatim ad id animum advertit Johannes; imo adseverat id Christo evenisse *ut Scriptura impleretur*, signate quidem ea quæ Exod. xii. 46. reperitur. Quod observandum in agno id impletur in Christo, in passionibus expresse *nomine agni* jam a Jesaia nuncupato. Nihil tamen illius notat Clericus. Quid? non notat tantum, verum & Lectori tacite præripit occasionem de Christo cogitandi: aliorsum trahit omnia. *Hoc quoque adfestinationem videtur pertinuisse, nam qui properant eo usque non perveniunt, ut ossium medullam exsugant.* Eadem & Chaskuni est, sed elumbis conjectura. Chaldæus Jonathan de medulla quoque cogitasse videtur. Nimirum istiusmodi dapibus delectari solent quibus non contigit universæ gustasse Scripturæ medullam Christum Jesum. Ad veteres Ecclesiæ Doctores heic non provocat, novit enim sibi hac in parte adversari omnes.

Unus pro omnibus sententiam dicat Justinus, sic ille Dial. cum Tryphone pag. 260. d. de *tintinnabulis* è veste talari Pontificis *suspensis*: *Duodecim Apostolorum, à virtute æterni Sacerdotis Christi dependentium, (quorum voce universa terra, gloria & gratia Dei & Christi ejus repleta est) Symbolum signumque fuit.* Clericus è contrario. *Quis in campanis & malis Punicis, quibus Pontificis Maximi tunica ornata erat..., mysticas significationes investigarit,*

garit, qui acumine suo abuti nolit? Denuò Justinum audi, ad cujus testimonium toties hoc ipso in tractatu provocat noster. *Jam*, sic loquitur pagina sequente 261. b. *& alia omnia prorsus, ô Viri, inquam, à Mose ordinata enuncians, ostendere possem, figuras & notas & denunciationes esse eorum quæ Christo eventura erant, eorumque qui in ipsum ut crederent, præcogniti fuerant, atque item eorum, quæ Christus ipse erat facturus.*

Non possum non addere Tertullianum, Sic ille *Marcionem. Cur autem* duodecim Apostolos elegit, *& non alium quemlibet numerum? Næ & ex hoc meum Christum interprepretari possem, non tantùm vocibus Prophetarum, sed & argumentis rerum prædicatum. Hujus enim numeri figuras apud creatorem deprehendo: Duodecim fontes Elim; & duodecim gemmas in tunica sacerdotali Aaronis; & duodecim lapides ab Jesu de Jordane electos, & in arcam Testamenti conditos. Totidem enim Apostoli portendebantur, proinde ut fontes & amnes, rigaturi aridum retrò & desertum à notitia orbem Nationum, sicut & per Esaiam: Ponam in terra inaquosa flumina. Proinde ut gemmæ, illuminaturi sacram Ecclesiæ vestem, quam induit Christus Pontifex Patris. Proinde ut & lapides, solidi fide, quos de lavacro Jordanis Jesus verus elegit, & in Sacrarium Testamenti sui recepit.*

Certè nemo Socinianorum magis unquam exinavivit promissiones & typos, quorum in veteri Codice mentio est, nemo pauciora deprehendit Christi Jesu vestigia quam Clericus. Quapropter Socini confutationem cum pollicentem viderem, impensè miratus sum.

Quicquid ex Augustino imprimis & Origene observare, aliisque Patribus, quin & præcedentis atque hujus seculi Theologis potuit, quod Socinianorum placitis favere videatur & exinanire verba mysterium continentia, singulari dexteritate in rem suam trahentem videmus passim. Neque id à se studio factum, nisi me fallar, negare unquam audebit. Vide ad Gen. xv. 2. xvi. 13. xvii. 1. 1. xlviii. 16.

Et si forte alicubi Christum aliqua ratione indigitatum diffiteri non possit, Deitatem tamen ejus memoratam, reperies nullibi.

In Indice, ad vocabulum שילה ac si in Commentario insignem locum non satis enervasset, exertè profitetur *non capere se quis tantus esse possit loci* Gen. XLIX. 10. *usus contra Judæos.* Addit quidem *esse alia invicta argumenta quibus eos urgeamus, ex ipso Mose petita*, at parcè admodum ab ipso suis locis notata. Ad unum provocat. *Vide* inquit, *quæ notavimus* ad Deut. XVIII. 15. At ne in eo quidem seriò Christi causam agit. „ Prophetam mei instar &c.] ad ista Clericus. *Hoc vult Moses: si quid populus Hebræus aut etiam privati aggredi cupiant, ne eant ad vicinarum Gentium hariolos, ut eventum prius cognoscant; nam habebunt* NB. *Vates mei similes, divinitus afflatos, quos consulant.* Porrò de Propheta excitando sic infit, *itaque aut voce singulari* נביא nabhi, *intelligendus solus Josua, qui Mosi successit, aut si ei sequentium ætatum Prophetæ conjungantur, erit numerus singularis pro plurali. Nec deest ratio hujus Enallages, qua nihil in Lingua Hebraica frequentius; quod nimirum, plerumque unus eximius Propheta duntaxat excitaretur, quamvis alii etiam simul essent. Sic Samueli, dum vixit, par nemo fuit, nemo Eliæ, nemo Elisæo &c.* Hæc demum vera erat methodus, quâ demonstraret, *invictum* hæc verba argumentum continere quo in causa Christi *Judæos urgeamus.*

Attamen si in animum revocemus, in Veteri Testamento, non tantum esse Vaticinia, quorum verba pertinent duntaxat ad res sub Messia futuras: sed & alterum genus Vaticiniorum, quæ ita concepta sunt, ut respiciant quidem, si series orationis spectatur, res ante Messiam impletas: sed tamen & ulterius urgeri possint, quippe plenum eventum, & verborum magnificentiâ dignum ante Christum nondum sortita; si, inquam, hoc pensitemus ut par est, intelligemus in hoc loco latere sensum sublimiorem.... Nec dubito quin Veteres Judæi crediderint Mosem uno hoc promisso, cui adnectitur illud

præce-

præceptum, ita complecti omnes Prophetas, ut singulari prorsus ratione ad Messiam respexerit. Ideo Petrus Act. 111.22. *qui, ut solent Apostoli, apud Judæos ex admissis opinionibus ratiocinatur, hæc verba Jesu Nazareno, vero Messiæ & Novi Fœderis Prophetæ, aptat.* „ *Moyses dixit*, inquit, *quoniam Prophetam suscitabit vobis Dominus Deus &c.* Sic, in iis quæ unice de Christo dicta sunt à Mose, sensu tandem *sublimiore* duntaxat, quique *in illis verbis lateat*, hic de Christo cogitat. Invictam autem argumenti vim prorsus tollit, quando dicit *Petrum aptare* saltem hæc verba *Jesu Nazareno*, & *ex admissis apud Judæos opinionibus ratiocinari.* Hoc demum est ignorare Scripturas & virtutem Dei, *Aptantur* verba, & *ex admissis apud Judæos opinionibus argumentatur*; Siccine? Ex Catechesi Patrum Apostolus, ex consideratione subjecti, ex Christi Prophetia illiusque modo, indole, materia argumentatur. Qui Socinianos sequitur haud aliter ac Judæus habendus & confutandus est: sed brevitatem requirit præfatio.

Ad verba *mei instar* tacet id quod potissimum dicendum erat, & in quo, absque ulla dubitatione, Christus solus est ad *instar Mosis*, neminem in Prophetis sibi parem agnoscentis, nimirum, quod ille sit de quo Johannis primo, commate 18..... legitur *nemo unquam Deum vidit: unigenitus filius, qui est in gremio Patris, ille edisseruit*, Moses sibi parem agnoscebat in Prophetis neminem, qua in re is demum ipsi similis est, qui pariter neminem habet imo ne Mosen quidem parem. Quæ eminentia, cum à Clerico in modo revelationis, quæ utrique obtigerit potissimum quæratur, licet mediatoris munus addat, & non in eo, quo Christus potissimum eminet, nimirum Deitatis & Domini axiomate, palàm est ea non agnosci à Clerico. Aliter profectò Epistolæ ad Hebræos auctor, qui Mosen domui accenset, cujus Christum agnoscit dominum & architectum. *Ampliore enim gloria hic pra Mose dignus est habitus, quanto ampliorem honorem habet* do-

domo, qui paravit illam. Omnis autem domus paratur ab aliquo, qui autem omnia paravit, Deus est. Et Moses quidem fidelis in tota domo ipsius, ut famulus, in testimonium eorum quæ postea dicenda erant. Christus autem tanquam filius super domum suam. Cujus domus sumus nos, Hebr. III. 3--6. Atque ita ad Christum usque obtinuit, id quod legitur. Deut. XXXIV. 10. *Et non surrexit adhuc Propheta par Mosi.* Egregiè, ut solet Apollos ille Coccejus ad ultima Mosis §. 1725, 1726, 1727. *Scopus horum est, ostendere, quod in Josua & Prophetis sequentibus, ut Samuele (qui probabiliter hæc scripsit; ut antea demonstravimus) ejusque similibus, non fuerit impleta promissio, quæ extat Deut.* XVIII. 15. 16. 17. 18. 19. *Quemadmodum etiam Num.* XII. *Cæteri Prophetæ longè infra Mosem ponuntur. Non enumerabimus nunc προτερήματα Mosis præ reliquis Prophetis, quæ congessit Abarbanel in hoc loco; vel miracula ipsius, quæ convectavit Menasse ben Israël in conciliatore, sed ex comparatione loci hujus, cum eo qui est Deut.* XVIII. *hanc finalem observationem quæ est instituti nostri, proponemus. §. 1726. populus Israël debebat exspectare in terra Canaan Prophetam aliquem hominem de fratribus suis, majorem Josua & omnibus Prophetis, qui Mosen secuti sunt; parem Mosi, non ita, ut Moses illum adæquaret. Sed ut ille Mose non esset minor, & eam propositionem, quam Moses ad cæteros, ipse haberet ad Mosem ut, quemadmodum Moses excedit omnes Prophetas, & omnium Prophetarum doctor est, ita ille excedat Mosen, & Mosis ipsius doctor sit. Jam relegimus duo hæc dicta §. 739. & 988.....l. 1727. Cæterum is Propheta, de quo Deut.* XVIII. 15. *sermo est, non est Josua aut Samuel aut alius quivis similis Samuelis. id ex præsenti loco patet. In quo Josua & Samuel atque ejus similes ponuntur infra Mosen. Qui enim Mose inferiores sunt, de iis non est locutus in promissione. Nam promissio parem Mosi pollicetur.*

Quisquis ea quæ hactenus dicta sunt paulò curatius excusserit non poterit mirari doctissimum Clericum huic Socino bellum indicere. Talem enim jam dudum

se

se, edito non uno scripto, probavit, ut nihil minus de eo sperandum fuerit, quam seria præcipuorum errorum Socini confutatio. Nihilominus heic *Fausti Socini* aliquam *sententiam eversam* iri iple in fronte pollicetur, *eversamque* in præfatione *sperat*. Quam autem & agat seriò & orthodoxè sentiat, ex ipsa scriptiuncula apparet.

De universa Doctrina, quæ ad S. Trinitatem pertinet, agere *Scholarum Theologicarum esse non brevium animadversionum* haud equidem diffiteor; paucis tamen mentem suam explicare omninò conveniebat homini tot rationibus suspecto. *Integrum quoque Commentarium in hæc Johannis commata nec opus fuit, cum ab aliis*, ut rectè monet, *sint editi; ex quibus quæ hic desint peti debent. Inter quos* ex Clerici sententia, *primas merito suo obtinet* & GROTIUS, & H. HAMMONDUS, quibus si ex nostris Coccejum & ex iis qui se Augustanæ Confessioni præ aliis addictiores dicunt Calovium addat Lector, habebit quorum opera non supplere tantum, quæ in brevi Dissertatione Clerici desiderantur; verum & confutare possit ea in quibus aut hic noster, aut Grotius, ejusve imitator dicam an compilator Hammondus, à veritate divortium faciunt.

Demulcet antequam in arenam descendat, Socinianis caput, quando eos *Unitariorum* nomine insignit, quod sibi non minus quam Judæi & Mahumedani impensè gratulantur. Simili nomine olim designatos fuisse Sabellianos ad Prudentii Apotheoseos versum 245. nos docent Isonis Magistri Glossæ.

Magis autem iisdem Socinianis blanditur Clericus, quando *laudatam* dicit *eorum modestiam ab iis, qui maximè eorum dogmata improbarunt*. Non sanè ab omnibus. Quin imò specimina exhibent & Hoornbeekius & alii quibus alieniſſimi à modestia animi non unum eorum antesignanum convincant.

Alogorum nomine orthodoxos dehonestare extantio-

ris utique modeſtiæ non eſt: id tamen factum ab Unitario, quem adverſarium ſelegit Doctiſſimus Rittangelius in eo Tractatu cui heic præfamur. Incertam dixiſſe vocis Λόγος originem & ad Alcoranum remittere Lectorem, ſingularis pariter modeſtiæ non eſt.

Quæ de ſcriptis Apoſtoli Johannis effutiêre tum Schlichtingius tum alii an modeſtiam ſapiant ipſi Clerico cenſendum committo. Sic Enjedinus.

At ego peculiarem phraſin & diverſam à reliquis Euangeliſtis habere Iohannem, non diffiteor. Quæ an magnificentia & ſublimitas dicenda ſit, judicent alii: Certe ſi obſcuritas conciſa, abrupta, minimè ſibi cohærens & ex allegoriis conſtans oratio ſublimitas dicenda ſit, fateor, Iohannem ſublimem eſſe. Nam vix ullam concionem Chriſti ab eo relatam invenias quæ tota non ſit allegorica, & intellectu difficillima. Et p. 137. *Obſervandum eſt, iſtud Principium Euangelii eſſe obſcuriſſimum.* Nunc audi Socinum *At, mihi credes non habet Euangelium hoc tam retruſos ſenſus atque vulgò creditum eſt: ſed difficile intellectu rediderunt nobis ſubtiles illi ac profundi ſpeculatores cavillis ſuis.*

Contumelioſum ſcribendi genus merito ne quidem in veritatis patronis *te ferre* laudabile eſt, modo ne contumelioſum dicas, id, quo, ad vivum depicta & ſolide confutata hæreſi, in præfractè errantes ſeriò animadvertitur. Cœteroquin & ipſa Chriſti verba, ubi in Phariſæos & Scribas, nec non Pauli & Petri, ubi in Simonem Magum, Hymenæum, Philetum, mitiſſimi denique Johannis, ubi in Diotrephen ſtylum ſtringit, immodeſtiæ crimine vacua non erunt. Hæc ad præfatiunculam notanda videbantur.

In ipſo opuſculo pagina ſexta, *antiquiſſimis te teſtimoniis Alogos refutaturum* promittis. Eorum *primum* dicis *eſſe id quod ad calcem Euangelii Johannis adjectum, ubi legimus* Joh. XXI. 24. *prolatam de longæva Joannis vita Chriſti prædictionem.* Οὗτος &c. „ HIC eſt diſcipulus qui de hiſce teſtatur & qui hæc „ ſcripſit. Scimus autem verum eſſe ejus teſtimonium.

Argu-

Argumentum quidem inde petitum adversus Alogianos, Johanni hoc Euangelium olim abjudicantes, mihi quidem non displicet; verum enervari magnopere videtur, quando ὑποβολιμαῖον hoc ipsum testimonium, & ab alio quopiam, cujus nec nomen nosti, nec tempus quo vixerit, absque ulla ratione aut necessitate, additum judicas. Seriùs quidem id factum rectè ex eo evincis, quod hoc *addimentum legatur in Veteribus omnibus Codicibus:* adnexum tamen manet, ex tua sententia, non Johannis, sed aliena manu: quale quid de scriptis divinis, pro Critica licentia, absque ulla urgente ratione comminisci, modestia non est, sed temeritas, & minoris erga Scripturam reverentiæ argumentum.

An non potuit Johannes aliorum de præcedentibus testimonium ipse sua manu inseruisse? qua ratione commode quoque acceperis ea quæ hisce similia occurrunt Joh. XIX. 35. Quin imo ex ipso textu apparet, non ab alio, sed ab ipso Johanne hæc esse scripto consignata, dicitur enim, ὁ ἑωρακὼς μεμαρτύρηκεν *qui & scripsit ista.* Ad quæ verba rectè Grotius; *Mos est Johanni de se in tertia persona loqui.*

Quo probe animadverso, solida non videtur assertio Grotii, quam ut solet, suam fecit Hammondus, nimirum loqui heic *Ecclesiam Ephesinam.* Adoptat id non tantum Clericus, verum & *ostendisse* jam memoratos viros temere addit; cum ne γρὺ quidem illius adjectionis aut ratione aut testis idonei auctoritate unquam, evictum sit.

Quid si Johannes ex συνεργέταις alicui prælegerit hactenus à se exarata, illeque, rerum probe conscius, calculum suum adjecerit, & ipse sua manu hac ratione inseruerit textui hisce verbis illius testimonium, *& qui vidit testatus est, & verum est ejus testimonium:* cui testem jungat conscientiam suam hisce verbis *& ille novit quod vera dicat.* q. d. „ *Animus meus mihi testis est in conspectu* „ *Dei, quod vera dicam.* UT VOS CREDATIS. *Nempe*

pe in Deum & in Christum ejus: quod sanguinem suum pro peccatis mundi fuderit. Vide Coccejum ad l.

Johannis autem xxi. 24. *Notatur scriptor hujus Euangelii.* Et novimus. *Sunt verba Ecclesiæ, ut contestificantis. Johannes hoc addidit ut sciremus, eum inter fideles, & qui scire poterant, hæc vera esse, hæc vel recitasse vel edidisse, & tacite ab iis flagitasse, ut & ipsi subsignarent hæc vera esse. Adscripto hoc, is qui recipiebat hoc scriptum, & tradebat, testis fiebat, Johannem omnia ex vero narrasse, & indubitabile esse hoc testimonium.*

Vides itaque nullam heic de alterius scriptione aut calamo cogitandi necessitatem aut rationem esse. Nec si id fiat, parum decedit auctoritati universi hujus scripti, utpote quod non uno loco interpolatum sit, adeò ut, quod Grotius contendit, integrum Caput ultimum ab alio auctore sit adsutum.

Quanquam numeri mutatio Johanni familiaris sit, ut notat Dodwel in Addendis ad Pag. 10. Dissert. 1. in Irenæum, videtur tamen verbum singulare ὄιμαι *puto, scio* eò adegisse Grotium, ut pro Ecclesia Ephesina, quæ proculdubio, ex pluribus constitit, ac proinde dicere ita commode non potuisset, ὄιμαι, heic Ephesinum Episcopum in scenam producat; cujus & nomen hariolatur. Forte inquit, *is fuit Johannes ὁ πρεσβύτερος cujus sepulchrum se Ephesi, distinctum ab illo Johannis Apostoli, vidisse memorat Hieronymus, & cui Veterum nonnulli adscribunt epistolas duas.* Verba Hieronymi si quis accuratius fuerit contemplatus, næ is deprehendet à vero heic aberrare Grotium; non enim duo diversa monumenta quorum unum Johannis Euangelistæ, alterum sit hujus Johannis Presbyteri, *vidisse* se, sed *ostendi* dicit. Quo verbo usus videtur, ut constet se heic narrare non quid verum sit, aut sentiat ipse, sed quid alii venditent. Hinc addit *& NB. nonnulli putant duas memorias ejusdem Johannis Euangelistæ esse. Idque notavit*, inquit Calovius c. Grotium

tium *ad hunc l. propter opinionem a plerisque traditam, quod duæ posteriores Epistolæ Johannis non Apostoli sint, sed Presbyteri.* Alibi mentem suam aperit hisce verbis in Epist. ad Paulin. *Jacobus, Petrus, Johannes & Judas Apostoli septem Epistolas ediderunt, tam mysticas, quam succinctas & breves; pariter longas in sententiis.* Duas igitur illas Epistolas alii Johanni non-Euangelistæ adscribunt non Hieronymus. Quin & Eusebius, si negotium sedulò examines, nec a Johanne Apostolo alium illum distinguit, nec illi secundam abjudicat & tertiam Epistolam, ut notat Calovius loco citato. Papiæ quoque sunt non Eusebii, quæ de gemino Johanne apud Eusebium Hist. L. III. Cap. XXXIX. reperiuntur. Ut Richard Simon hæc verba merito referat in rationes, non Eusebii, sed Papiæ *Hist. Critique du N. T. Chap.* XVII. Dionysii saltem tempore nullam Epistolarum, quæ hodie Johanni tribuuntur, alii cuidam Ephesi habitanti, aut qualicunque Johanni, adscriptam esse, exertis verbis ipse testis est apud Eusebium L. VII. Cap. XXV. De duplici isthoc Johanne videsis Dodwellum Dissert. I. in Irenæum. Cujus audacem de *secunda* & *tertia Johannis* Epistola conjecturam non probo. Putat enim à *Johanne Asiatico*, sic nuncupat, scriptas, deinceps Johanni Euangelistæ adscriptas, idque factum à junioribus, qui multa de isthoc Johanne audientes cum Euangelista confuderint.

Hieronymum ea, quæ de genuino Johanne dicuntur pro certis non habere, ex loco in de Script. Eccl. ad nomen Johannes, ubi narratiunculæ de duobus sepulcris prodit incertitudinem, antea vidimus. Ad nomen *Papias* declarat idem Hieronymus, se ea, quæ de genuinâ memoriâ refert, dixisse propter opinionem aliorum de binis Epistolis secunda & tertia. Auctor Synopseos Athanasii operibus insertæ utramque Epistolam agnoscit tanquam genuina Johannis Euangelistæ scripta, quod & dictus Simon post alios notavit.

Epheſi ſcriptum eſſe Johannis Euangelium negat Theophylactus, quem ſequitur Halloix Vitæ Patrum Tom. 1. p. 265. a. *Neque enim* inquit, *illi antiquiſſimi Patres, quos pro ſua ſententia citant ii qui diſſentiunt, Irenæus ſcilicet, Athanaſius & Euſebius, ſuis verbis aliud indicant, quam Epheſi publicaſſe.* Ex Synopſi, Athanaſio adſcriptâ, citat textum opinioni ſuæ impenſe faventem. *Euangelium vero ſecundum Johannem & dictatum eſt ab Johanne Apoſtolo & dilecto, cum exulaſſet in Patmo inſula, & poſtea ab eodem editum per Cajum dilectum & Apoſtolorum hoſpitem tamen, de quo & Paulus Romanis ſcribens &c.* Epiphanii teſtimonium duorum priorum recentius eſt. Elidi tamen ea ratione, qua Halloixius utitur, non poteſt, nimis enim limpide dictum; *Quamobrem cum multos jam annos in Aſia manſiſſet Euangelium ſcribere coactus eſt.* Idem ad Auguſtinum in Joh. incerti auctoris præfatio. Cui robur addunt ea quæ Clericus p. 4. profert ex Suida: Epiphanius Hæres. L. 1. C. XII. *cum multos jam annos manſiſſet in Aſiâ Euangelium ſcribere coactus eſt*, neceſſe habuit & judicavit. Ruffinus, in Præfatione ad Canones Concilii Nicæni primi, inde Epheſinæ Eccleſiæ Epiſcopo Metropolitani nomen obtigiſſe ſomniat. *Noſtra*, ut rectè judicat Clericus, *nihil intereſt utrum credatur verius.* Satis eſt conſtare, Johannem ſcripſiſſe. Rogatu autem Epiſcopi Epheſini, ut vult Grotius: aut, quæ Dodwelli, ex Hieronymi Catalogo ad vocem *Johannes*, deſumta ſententia eſt, Epiſcoporum Aſianorum. Quod ego quidem nec ajo nec nego.

Nolim lector putet, me ſtatuere jam Apoſtolorum tempore fuiſſe tales Epiſcopos, qualem heic Grotius, ſemper autem & ubique Hammondus ſomniat; quoſque ita immodice tantoque cum fervore dicam an furore urget illius Felli Epiſcopi ſtrenuus cultor Dodwel, ut de ſalute æterna ſpem vix ullam reliquam faciat iis, qui, non interveniente Epiſcopo, communionem habeant, colant atque exerceant cum Chriſto. Abſit; Integro licet &

ſpiſſo

piſſo ſatis volumine, Anglico idiomate edito, id contendat Vir cæteroquin longè Doctiſſimus.

Eccleſiæ Epheſinæ jam tum de tali Epiſcopo prospectum fuiſſe, ex Actuum Capite Viceſimo mihi altem non liquet. Imo *Presbyteri*, quorum mentio eſt, udice ipſo Grotio, ad Verſ. 17, *vocantur & Epiſcopi: iempe quia inſpectores erant gregis ut infra dicitur verſu* 28. *Princeps* igitur ille & *excellenter vocatus Epiſcopus Epheſius* Grotii figmentum eſt, nulla ſeu ratione ſeu auctoritate fultum. Convocatis iſtheic loci Presbyteris æqualis prorſus honos defertur & dignitas, ratione habitâ paris prorſus miniſterii.

Utinam, quæ declinantis illicò poſt Apoſtolorum diſceſſum Eccleſiæ moribus, aut Doctorum non θεοπνεύστων dictis, imò vel minimis veterum Eccleſiæ Doctorum apicibus excutiendis impendunt ſtudium atque induſtriam diligentiſſimi nonnulli Angli, in Scripturæ Lectione, & ſignate accuratâ indolis regni Chriſti, atque Oeconomiæ Novi Teſtamenti, prout ei, quæ olim fuit, opponitur, contemplatione, collocarent! non ita ſemper & ubique Epiſcopatum, neſcio quem, jure divino, Presbyteratu majorem, abſque fine & modo urgerent.

Paucis confici totum hoc negotium poſſe ego quidem arbitror, eâque ratione, quæ nec Epiſcopos, quotquot veris & genuinis Chriſti & Eccleſiæ miniſtris accenſeri poſſunt, quos impenſe veneror, lædat, nec à non factioſis, modò quo ad doctrinam orthodoxis, diſſentientibus, ullo obtentu rejici poſſit. Videre poteſt, ſi quis velit, quæ paucis delineavi in Variis Sacris p. 485. & prolixius pertractata ſunt in Epiſtola, adverſus Clariſſ. Spanhemii filium Fredericum edita; cum quo id potiſſimum diſceptavi, an non Confeſſioni noſtræ Belgicæ repugnet ille Epiſcopatus, quem defendendum in ſe ſuſceperat. Qua de controverſia, ipſum Dodwellum, nedum moderatiorem qualemcunque Epiſcopum aut

Episcopatus, jure divino Presbyteratu majoris, vindicem, judicem non reprobo. Theologi Leydensis responsioni nihil hactenus reponere necesse fuit, tum quod Lectores adeò non repererit, ut, ficto novo titulo, haud ita pridem, postquam tot annos jam typis descripta esset, ne prorsus blattis & tineis in prædam aut piperi involucrum cederet, obtrudere lectoribus debuerit Typographus; tum quod præter dicteria & calumnias vix quicquam contineat. Præterquam quod ita jam ab omni scriptione prolemica alienus sit, ut, ad Anabaptistæ cujusdam pro suis Apologiam, toties totiesque ipsum erroris & falsi, vernaculo sermone, accusantem, jamque iteratò editam, mutus sit instar piscis.

Hæc quidem occasione primi, sequitur secundum Clerici contra Alogianos argumentum: inde petitum, quod Justinus Martyr passim alludat ad hunc librum, tanquam ab Apostolo conscriptum, signatè ad Caput Primum, verum id ita exequitur, ut hypothesi suæ de voce λόγ@, primum à Valentinianis usurpata, serviat. Nimirum, Johanne istoc vocabulo utente, tutò demum usurpatur Quod sane verum non est cum dudum antea vox illa usurpata fuerit. Sequentia quid velint, prorsus non capio; *quis σαρκοποιήσεως vocem sustinuisset usurpare, quæ facile in alienum sensum à malis aut incautis hominibus potuit flecti, nisi præivisset Apostolus.* At ubi Apostolus, ubi obsecro ullus scriptor sacer unquam illo vocabulo usus est? vel an Justinus, qui verbo utitur istius thematis, jam Apostolorum Catologo inscribendus erit? Figmentum quoque est, id quod de impositis ab Apostolis *rebus, supra humanum ingenii captum positis, novis nominibus contendit*, cum passim Mosen & Prophetas imitati sint, eorumque vocabula Hebraicis ferè respondeant. *Sine singulari afflatu nemini porro datum* dicit, istiusmodi mysteriis, *novas adhibere voces.* Utique unicuique licet

licet vernaculè exprimere notiones vocabulorum, quæ in Græco reperiuntur aut Hebræo textu. Peculiari instinctu ad id agendum non indigent interpretes.

Loca citat ex Justino, quibus allusisse ad Johannis loquendi modos, inprimis περὶ τοῦ λόγου, dici possit; verum eo cum selectu, ut producat ea, quæ minus a Socinianorum placitis discrepant; prætèrquam quod, versionem mutans, passim enervet ἐμφατικοτέρως dicta. ἡ δὲ πρώτη δύναμις Langus vertit *Princeps autem virtus*, noster mutat in *primam potentiam*, dilutè admodum vel eo, quod particulam δὲ prorsus negligat, quæ heic emphasi non caret. Μετὰ τὸν Πατέρα τῶν ὅλων καὶ δεσπότην Θεὸν, καὶ υἱὸς, ὁ λόγος ἐστὶν· Langus habet *secundum parentem & dominum universorum Deum, & Filius, Verbum est.* Particula καὶ junxerat *Filium* cum *Virtus*, ut significet, eundem, qui Virtus dictus erat, Filium esse, quem deinceps Λόγον nuncupat. Noster copulam negligit, incisionemque, quæ inter vocabula καὶ υἱὸς & ὁ Λόγος ἐστὶν reperitur, ejicit. Dilute quoque vertit, *post patrem omnium & Dominum Deum, & Filius est Ratio*; cum dicat *Virtus & Filius Sermo* est.

Pag. 83. οἱ μετὰ λόγου βιώσαντες, Χριστιανοὶ εἰσι καὶ ἄθεοι ἐνομίσθησαν, οἷον ἐν Ἕλλησι μὲν Σωκράτης &c. *qui cum Verbo vixere Christiani sunt*, noster *qui cum Ratione vixerunt.* Non quidem ægrè ferrem exigui momenti mutationem; modo vocabulum Sermonis substituisset, sed utrumque illud vocabulum studio evitat, eo quod, usu dudum recepto in sacris, rei cujusdam subsistentis in nobis notionem excitet, quæ notio conceptibus D. Clerici prorsus repugnat. Et revera ea est mens Justini. Putat illis hominibus, quos inter gentes beatos prædicat, Christum Filium Dei aliquo modo innotuisse. Imò doctrinam tum primorum patrum ante legem, tum Mosis inter gentes percrebuisse; quin omnem gentium sapientiam ex sacro fonte derivat hac ratione; ita putasse vide-

videtur & τὸν λόγον Filium Dei καὶ μέρος ipsis cognitum fuisse; atque ita *secundum* eum viventes & ratione bene usos & tandem beatos fuisse. Pieronius in Notis loca ex Augustino profert, quæ eandem fere sententiam produnt. Pag. 155. & 156. Justini Op. Tom. 1.

Adde de Clemente Alexandrino Lanssellii, Justini Operibus p. 520. b. subjuncta. *Neque toto illo Libro, neque alibi voluit Philsosophiam suffecisse ad Salutem æternam: sed vice versa & alia mente censuit Philosophiam disponere homines ad veritatis cognitionem & fidei susceptionem. Libro primo ejusdem operis.* καλαβαμβάνει ἡ Ἑλληνικὴ φιλοσοφία τὸ μέγεθος τῆς ἀληθείας ἔτι ἢ ἐξασθενεῖ πεάττειν τὰς κυριακὰς ἐντολάς, ἀλλ' οὖν γε προκατασκευάζει τὴν ὁδὸν τῇ βασιλικωτάτῃ διδασκαλίᾳ ἀμηχέτων ζωφρονίσασα καὶ τὸ ἦθος. *Eodem libro primo pag. 137. clare ostendit philosophiam tantùm juvare, non autem esse causam* δικαιοσύνης. (*nisi moralis & naturalis*) *ideo docet se vocasse philosophiam* σωσίπολιν καὶ σωτῆρα τῆς ἀληθοῦς καταλήψεως, *Illa est causa, cur eodem lib. 6. pag. 270. dicat, Deum elegisse in Ethnicorum vulgo viros quosdam probatissimos, raræ & spectatæ virtutis, à quibus sicut à prophetis veram de Deo doctrinam acciperent. Videtur sane Casaubonus non satis cepisse mentem Clementis, dum illa* ὡς ἴδιοί τε ἦσαν δέχεσθαι τὴν παρὰ θεοῦ διδασκαλίαν *refert ad ipsos sapientes. Fidei vero necessitatem tantam esse judicavit, ut idcirco sacram scripturam in Latinam Linguam versam esse dixerit: ne philosophi ignorationem fidei pro excusatione adferre possent. lib. 1. Stromat. pag. 125.* Ἀβραὰμ δὲ οὐκ ἐξ ἔργων ἐδικαιώθη ἀλλ' ἐκ πίστεως. *Vide pag. 136. 137. 153. 154. 270. 271. Postea vero docet doctrinam cultus divini esse donum, fidem autem esse gratiam. Ex quibus profecto luce clarius elucet nullam à Justino committi periculosam homonymiam, neque nudæ rationi salutem Ethnicis adscribi. Sed fidei, sine quà ratio parum valet. Itaque hanc priorem hujus animadversionis partem cum Aureo Justini nostri dicto claudere placebit ex prima apologia sub finem.* οἱ γὰρ, *inquit* συγγεγραφεῖς πάντες ἀφ'

ἡ ἐνέσης ἐμφύτου ξ λόγυ σπερᾶς, ἀμυδρῶς ἐδύναντο ὁρᾶν τὰ ὄντα. ἕτερον γὰρ ἔστι σπερμά τινος ἢ μίμημα κατὰ δύναμιν δοθὲν, ἢ ἕτερον αὐτὸ ᾧ καθ' χάριν ἡ ἀπ' ἐκείνυ ἡ μετυσία ἢ μίμησις γίνεται, *Nam scriptores omnes propter rationis semen illis inditum, perquam tenuiter ea quæ sunt, cernere potuerunt. Aliud enim semen alicujus, & imitatio pro virili parte concessa; aliud ipsum semen primarium per cujus gratiam inde proveniens, participatio illa & imitatio existit.*

Quæ cum Justini mens fuerit, ut pluribus testimoniis facili negotio evinci posset, non alio sensu nonnullos ex priscis gentibus Christianos beatos dixit, quam quo ἡ μέρ& Christum cognovere.

Præter eos, quos sacra pagina memorat, Græcos tantum aliquos recenset; at quis ita parum a lectione Justini instructus sit, ut ignoret omnem Græcorum sapientiam, juxta ipsius sententiam, ex ea manasse, quæ in Mosis scriptis reperitur & Hebrææ genti revelata fuit.

Ut irritum heic duplicem Clerici conatum videas. Unum quo veram ξ Λόγυ notionem nobis excutere, alterum quo evertere necessitatem cognitionis filii Dei conabatur. In transitu id agenti pariter in transitu verbum unum atque alterum regerendum putavi.

At vide quantum in errore profecerint Remonstrantes, antesignanum sibi gratulantes hominem plurima audacter profitentem, quæ decessores non sine maxima sollicitudine vel mussitantes proferre ausi fuissent. Audi Doctissimum Anglicanæ Ecclesiæ Antistitem Wigornienſem cum vivere desiit Episcopum. „ *Inter* „ *Remonstrantes*, inquit, *furit cum Socinianis Venator; Nego* „ (*inquit*) *hanc propositionem, Nemo potest salvus fieri qui* „ *Christo per veram fidem non sit insitus. Sed cautior ipse* „ *Arminius, facienti quod in se est inter Ethnicos substernit gra-* „ *tiam, ut ad alteriora promoveatur, juxta illud, Habenti da-* „ *bitur, ubi meritum ex congruo Jesuitarum, expresse agnoscit.*

„ *Abhor-*

Digitized by Google

„ *Abhorrent autem à ſententia Curcellæi, non ſolum omnes*
„ *Euangelici, tam qui Lutherani dicuntur quam Reformati, ſed*
„ *plerique etiam è Pontificiis Theologis; Quamvis enim Scholaſti-*
„ *corum nonnulli, quos* transverſos abripit meriti æſti-
„ mium, *inquit Prideauxius, videantur propugnaſſe ſalutem*
„ *Ethnicorum, etiam eouſque ut Colonienſes Theologi librum olim*
„ *emiſerint* de ſalute Ariſtotelis, *tamen procul fuerunt ab eo*
„ *errore quotquot tam propè ad caſtra Pelagii noluerunt accedere,*
„ *prælucentibus tum Lombardo ipſo Scholaſticorum parente*
„ *lib. 3. Sent. dict. 25. tum Thoma Aquinate, Angelo Scholæ,*
„ *1. 2. quæſt. 113. art. 4 ad 3. & 4. Videantur fuſe, hanc ipſam*
„ *quæſtionem pertractantes Melchior Canus Dominicanus, Cana-*
„ *rienſis Epiſcopus, de Sacram. p. 2. & Joſephus A Coſta Je-*
„ *ſuita de Procur. Jud. Sal. libr. 5. cap. 3.* At è diuerticulo
„ in viam.

Subſiſtentem λόγον cogitaſſe Juſt. Martyrem, quantumvis nonnunquam impedite loquatur, ex eadem Oratione ad Antoninum apparet; ſic habet pag. 157. *Qùam vero ab cauſam; per virtutem Verbi & de Parentis univerſorum & Domini Dei conſilio & voluntate ex virgine homo ſit editus & Jeſus cognominatus..... ex his quæ prolixè dicta ſunt, cordatus homo percipiet*, pag. 57. c. edit. Pariſienſis Morelli, *non alium fas eſt intelligere ἢ τὸν λόγον, ὃς καὶ πρωτότοκος τῷ Θεῷ ἐστι. Hic virginem illapſus prægnantem eam reddidit.* p. 5. c. *Ille eſt qui per Davidem dixit foderunt manus meas & pedes meos.* p. 766. c. d. e. 77. a. b. 95. tota. Imo dicit illum qui *ut perſona locutus eſt in Prophetis. Sed enim cum &c.* Verum denuo Clericum audiamus.

Varias voces Platonicas antequam Johannes ſcriberet, in religionem Judaicam & Chriſtianam illatas exerte dicit. Premit veſtigia Socini & Chriſtophori Sandii: quem alii jam dudum ſolide confutarunt. Cum Clerico inprimis eandem ferè controverſiam nobis movente paucis decertanda ſimilis pugnavidetur, utpote qui doloſe magis quam dictus jam Arianus eandem hæreſin palliare atque inculcare

care pro viribus satagit. Seriò quidem negotium hoc agam, non tamen *malignè*; faxo enim, ut *rectè reprehensus* si non sibi, æquis saltem arbitris videri possit.

En Hominis theses pag. 15. 1 *Variæ voces Platonicæ antequam Johannes scriberet*, in *religionem*, quod valdè obscurum est & dubii sensus, dico igitur potius *in Sacram Scripturam* illatæ sunt. Obrepserint scriptoribus Christianis, in *religionem* tamen illatæ dici non possunt, nisi in eam Scripturam, quæ religionis norma est, sint illatæ, de qua & hic quæstio est & thesin suam adseverat Clericus. 2 Id factum esse *antequam Johannes scriberet*. 3 Johannem eas *primum usurpare*. Ubi ex sensu aliorum, quibus heic adsensum præbet, repperit *une quantité de Phrases Platoniciennes dans le Nouveau T particulierement dans l' Euangile de S. Jean* Biblioth. Univers. Tom. x. p. 400. 4 *Et quidem ab ipso Euangelii sui initio*. 5 *Apostolum docere quo sensu voces illæ usurpari debeant*, 6 Signatè id omne verum esse de voce Λόγος.

Ad probandas illas theses se accingens hæc præmittit p. 16. *Si extarent nunc Scripta veterum illorum hæreticorum, non exiguam, sine dubio, lucem huic negotio afferrent.* Inanis autem hæc velitatiuncula est.

Primò quidem nihil de illorum hæreticorum (Cerinthi signate & Ebionis, mentionem fecerat) scriptis constat: minus adhuc de scriptis quæ extiterint ante literis consignatum Johannis Euangelium. De Ebionis signate scriptis nihil supereſt quod absque dubio illius sit. Nec unquàm extitisse certum est. *Inseminatum* a Cerintho errorem dicit Irenæus, loco a Clerico allegato *Cerinthi, Ebionis, cæterorumque semina pullulasse* dicuntur Hieronymo cum Johannes scriberet.

Quinimo an Ebion, id est homo aliquis qui nomine illo ut proprio insignitur, in rerum natura fuerit, pariter vix constat. Eusebius Ebionæos memorat, non hominem, nedum hæresiarcham aliquem Ebionem. Appellative videtur sumere vocem. Duplex Ebionitarum

genus fuisse notat Hist. III. 27. & v. 8. verum ab homine aliquo qui Ebionis nomen gesserit, sic dictos esse, haud credidit. Pejores sic dictos putat tanquam πλωχῶς καὶ ταπεινῶς περὶ τοῦ Χριστοῦ δοξάζοντες, reliquos autem, eosque melioris notæ, à Judæis propter paupertatem Ἐβιωναίους sic nuncupatos centet Origenes c. Celsum, L. II. pag. 56. Hinque datum hoc nomen putat à Judæis, qui de eorum gente in Christum credebant. *Ebionæi dicuntur, quicunque e Judæis Jesum pro Christo receperunt*, sic mentem Origenis exprimit in Notis Guilj. Spencerus. Irenæus sequioris illius generis Ebionæos non memorat, quod jubet, ut recte notat Grotius, in partem meliorem de ipsis judicare. Hieronymus dubius hæret in Epistola ad Augustinum. *Dogma* Ebionis &c. *tunc consurgens*. Idem testatur locis Clerico p. 15. & 16. allegatis. De scriptis autem eorum nihil adseverant. Cerintho, Caji auctoritate, revelationes quasdam adscribit Eusebius L. III. c. 28. ut Ebionis cæterorumque hæreticorum scripta extitisse unde tibi innotuerit scire desiderem.

Secundò, licet & homines illi *extiterint* & scriptâ, quis ita te certum hujus rei reddidit, ut adseverare audeas, *non exiguam ea, sine dubio lucem huic negotio fore allatura?*

Tertiò, quis præstabit ex iis non fore manifestum contrarium prorsus adeòque falsi esse facillime convincendum Clericum? Quis dicet veram originem & usum hujus vocabuli λόγος magis cognitum fore, si scripta illa legendi daretur copia? Quam autem falsa, imò invicem evertentia Ebioni & Cerintho imputentur, vel eo apparet, quòd nonnulli ipsam Johannis Apocalypsin huic adfinxerint. Tam parum est, quod de illorum hominum sententiis novimus.

Sed perierunt: rectè. At ex iis, quæ nec sunt nec unquam fuisse constat, paradoxas positiones firmatas velle, ineptum est.

Defectui illi aliquâ ratione refarciendo inservire posse putas

putas *fragmenta eorum, quæ apud Irenæum extant*: at profer obsecro ex illis fragmentis, quo thetes tuas fulcias. Nihil ex iis extundi posse, quicquid obtendas, vel eo palam facis, quòd, omnibus Christianis omissis, ad unum Philonem provoces. Hunc *Apostolis, si nonnullis Veterum credamus, familiarem* dicis. De Apostolis pluribus non legi, de uno eorum, nimirum Petro, Philoni cognito, Hieronymus & Photius alicubi, verum sic satis dubitanter. *Ajunt* dicit Hieronymus & *Suidas* de Viris Illustr. *Ferunt Photius* Vol. 105.

At quid de Philone? ab *eo eædem voces tam sæpe adhibentur, ut non minus ad eum, quam ad memoratos hæreticos, respexisse Johannem crediderim p.* 17. Voces nimirum Platonicæ in Religionem Christianam illatæ antequam Johannes Euangelium scriberet, sæpe adhibentur à Philone. Siccine? Ego verum illud esse pernego, immò nullam *vocem Platonicam in religionem Christianam*, ante scriptum Johannis Euangelium, *illatam* esse, mihi est certissimum.

Quin Johannem Philonis scripta legisse prorsus fictum censeo. Opportunè mihi incidit locus Chrysostomi, paulò quidem prolixior, non unam tamen ob rationem heic inserendus, sic ille: in Joh Homil 1. *De Johannis genere patriaque & vita disserere profecto admodum peropus est, quippe cum quis Ioannes fuerit, & unde, & quibus ortus parentibus: deinde ejus vocem sapientiamque didiceris, non illius esse doctrinam, sed divinæ virtutis, quæ ejus animam inspiraverit, planè cognosces. Quâ igitur fuit patriâ? Nullâ quidem, sed è villa, & regione abjecta, nulli rei utili; Galilæam enim contemnunt Scribæ, cum inquiunt: Interroga & vide, quod ex Galilæa non surgit Propheta. Nec non & verus Israëlita: Ex Nazareth potestne aliquid boni esse? Hujusmodi Ioannes patria, non modo non insigni aliqua familia, sed ne notâ quidem, ortus est patre piscatore, adeò paupere, ut eandem artem filios erudiret. Acmo autem ignorat nullam opificem cupere sibi*

filium suæ artis hæredem relinquere, nisi nimia paupertate cogatur, maximè si ars ejus vilis sit & abjecta: piscatoribus verò nil pauperius, nil abjectius, addo etiam indoctius: in eorum autem numero alii aliis præstant, hunc autem Apostolum ex vilioribus fuisse id argumentum est, quod non in mari, sed parvo quodam in stagno, cum patre & Jacobo fratre piscabatur, scissaque resarciebat retia: quod non modicæ erat paupertatis indicium.

Sic eum vocavit CHRISTUS. Ex his sane intelligi potest, quam expers fuerit externæ doctrinæ, & omnium penitus studiorum. Lucas etiam non solum indoctam, sed ignarum omninò literarum fuisse testatur, & rectè quidem. Nam qui cum adeo inopia laboraret, ut nec in foro versaretur, neque virorum præstantium ullam haberet consuetudinem, sed piscationi toto animo intenderet: vel si cui aliquando congrederetur, si piscatores essent & coqui, quidnam feris & bratis præstare debuisset? Quid non piscium potius more obmutuisset? Hic tamen piscator circum stagna, retia, pisces, semper versatus, a Bethsaida Galilææ, patre piscatore paupere & rudi, qui literas, neque ante, neque postquam CHRISTUM secutus est, usquam didicit, videamus quid loquitur, quam aggreditur disputationem. Nunquid de rebus agrestibus aut fluvialibus, quibusve instrumentis pisces capiantur? Hujusmodi enim a piscatore cognoscere quispiam expectaret. Verum aliud narrantem audiemus, hoc est, quæ in cœlo sunt, & quæ nemo unquam ante hac intellexit. Talem enim & tam profundam doctrinam, vitam optimam, & Philosophiam ad nos affert, qualem credibile est ab ipsis Spiritus Sancti thesauris accepisse, tanquam modo ex ipso cœlo descenderit: imò neque omnes qui in cœlo sunt scire ea credendum est, ut jam diximus.

Nunquid hæc tibi piscatoris videntur, an oratoris potius, an Philosophi, an alterius cujuspiam in hac exteriori edocti sapientia? Nequaquam: non enim humanæ simpliciter est animæ, de immortali & beata illa natura, & quæ cum illa sunt potestatibus, de natura corporum mortalium, & eorum futura immortalitate, de supplicio, de futuro Judicio, de verborum, operum, cogitationum & sententiæ unusquisque examinibus intelligere,

quid

quid homo sit, quid mundus, quid verè sit, quid cum non sit esse videatur: quid vitium, quid virtus. Horum namque nonnulla Platonici & Pythagorei investigare contenderunt. Neque enim reliqui nobis Philosophi memorandi sunt, qui in hujusmodi disputationibus perridiculi reperiuntur: hi etiam qui apud eos præ cæteris admirationi fuerunt, & illius scientiæ habiti sunt Principes, hi maximè sunt, qui & Respublicas & leges condiderunt: in quibus longe magis, quam pueri sunt deridendi, cum mulieres omnibus communes instituerint, & mores, & nuptiarum pudorem, omnemque denique vitam tam ridiculis corrumperent sanctionibus. Ut autem doctrinam aliquam de anima afferrent, nihil turpitudinis reliquerunt. Quippe qui mures, culices, frutices hominum animas fièri, & Deum ipsum animam esse, & alia quadam hujusmodi turpissimè assererent. Neque hoc solum vituperandum est, sed magnus est ipsorum verborum Euripus. Quemadmodum enim qui in Euripo sunt, huc illuc jactantur: itidem hi nunquam sibi constant, utpote incertâ, & fragili sententiâ omnia loquentes. Verum hic piscator omnia absque ulla dubitatione disserens, tanquam petræ innixus, nulla ex parte titubat. Atqui illiteratus hic, & rudis à Bethsaida Zebedæi filius, etsi sæpenumero nominum asperitatem Græci deriserint, audenter tamen dicam. Quanto enim magis nostra gens barbara illis videtur, & gentili ornatu & cultu abstinet: tanto nostra apparent clariora. Hic, inquam barbarus & ineruditus hæc loquitur, quæ nemo unquam mortalium novit: neque loquitur tantum, sed persuadet. Quod si illud duntaxat assecutus esset, non parvam de se concitasset admirationem. Nunc cum alterum accedat longe mirabilius, quod maximè arguit divina esse, quæ ab eo dicuntur, quod per omne hujus vitæ curriculum, doctrinam suam universis persuaserit auditoribus. Quis infusam ei virtutem incredibili admiratione non prosequatur? Et profectò hoc maximum est argumentum, nihil ex se ipso Ioannem locutum, qui ex media barbarie Euangelio suo universum comprehendit orbem. Corpore autem habitavit Asiam, ubi antiquitus omnes Philosophorum sectæ philosophatæ sunt: iccircò locus is dæmonibus obnoxius est,

& admodum formidabilis. In medio tamen inimicorum claruit, illorum fugata caligine, arcem evertit quam munitissimam. Animo vero in eum secessit locum, qui idoneus & accommodatus esset, qui ejusmodi operaretur, ut gentilium opiniones penitus abolerentur, sua autem indies fierent clariora. Ex quo enim & hic & reliqui piscatores fuerunt, & Pythagoreæ & Platonicæ floruerunt disciplinæ, quæ superiori tempore tanti nominis & auctoritatis ferebantur, ut ne nomine quidem à plerisque sint cognitæ. Atqui & Plato ad tyrannos se contulit accitus, ut ajunt, & multis cum sociis in Siciliam navigavit. Pythagoras vero magnam Græciam inhabitans, innumera magicæ genera novit. Nullam hic tumorem verborum, atque fucum, nullam superfluam compositionem & stylum ineptum videbimus (longe enim hæc ab omni absunt Philosophia) sed divinum & inexpugnabile robur, & sacrorum dogmatum tantam vim, ut nullo possit pacto superari, præterea innumerabilium bonorum satietatem. Verborum sane & orationis curiositas superflua est, & sophistis digna, vel potius ignaris adolescentibus, ut ipse quoque apud eos Philosophus inducat magistrum suum admodum hanc artem apud judices coarguentem, quod verba ab ipsa audient simplici, ut ita dicam, doctrina, subrustica, nullis vocabulorum fucata illecebris. Quid enim decet, inquit, ô viri hac in ætate fictâ fucatâque oratione adolescentuli more, me audiatis. Et animadvertite quam sit ridiculus. Quod enim tanquam turpe, Philosophiæ indignum, & adolescentulorum opus fugere professus est, huic ipse maxime operam dedit, hoc unum summo studio contendit, & nihil in Platone præter hoc admiratione dignum videri licet. Si quid enim ab his utilitatis accipi posset, & amplius huic sermoni esset immorandum: sin adeo frivola, turpia, ridicula, despicienda sunt & supervacanea. Quare tandem eorum fabulis omissis veram aggrediamur doctrinam, quæ ad nos per hujus piscatoris linguam cœlitus deducitur. Nihil enim humanum, nihil terrenum sapit. Agite igitur ipsam Joannis orationem in medium proferamus: In principio enim erat verbum, nihil aliud quam quod semper sit significat. Ecce veram Philosophiam, & divina dogma-

ea non qualia gentilium, qui tempora, & Deos hos antiquiores, illos fumores posuerunt, sed nihil tale in nostra religione. Nam si Deus est, quemadmodum est, nihil eo superius: si omnium conditor, primus: si dominus & princeps omnium, omnia post ipsum & creaturæ, & secula.

Quantum hæc differant à nostri hominis cogitatis necesse non est ut singulatim recenseam. Siluisse post præceptores illos auditos Pythagoricas & Platonicas disciplinas longe aliud quid est, quam illustratas a Johanne, imo verba & phrases inde in religionem translatas singulari que cura explicatas esse. Meræ nugæ.

An Philo jam ita innotuerat, ut de sensu, quo ille Platonica vocabula acceperit, ex ipso doceri potuerit Johannes? Nec Johanni tantum, verum & iis qui primi Euangelii Lectores futuri videbantur, cognita esse debuerunt Philonis scripta, tantæque auctoritatis, ut magnopere se ædificatos & Johanni obstrictos crediturí sint, eo quod didicerint quo sensu Philo acceperit quæ in religionem translata erant vocabula. Spencerus alicubi, *veritatis hujusce geminam, radio licet obscuriore emicantem, in Philonis ante laudati, fabularum stercquilinio forsan ostendere possimus*, de Leg. Hebr. L. III. Cap. IV. Dissert. VII. p. 399. Quam parum proinde ei tribuat sequentia palam faciunt. *Sed forte Philonem illum, ut nugacem & nullius fidei scriptorem, non pauci repudiabant.* Tam exigua existimatio est, quam, tot seculis, ipso Spencero teste, sibi comparavit Philo, cujus tamen adhuc recentis, imo vix dum cogniti, tam sollicite ab ipsis apostolis ratio sit habita, ut de vocabulis *in religionem ex ipso & eiunde translatis* mentem explicare Iohanni operæ pretium fuerit?

Ab uno figmento, somniantis instar, ad aliud progreditur Clericus p. 17. Johannes enim licet, temporis ratione habita, potuerit legisse Philonem, legisse tamen tu nec probasti nec probabis unquam. Certe

Johan-

Johannis vitam, prout ea nobis a Veteribus narratur & habitationis atque exilii loca, præterea, genium, labores, ſtylum & omnia ubi conſideres, præjudiciis dementatus ſis oportet, qui lectum à Johanne Philonem credas, nedum ita ſecure adſeveres. Nimirum, verbis Origenis utor *a paternis retibus abductus* Galilæus Philonem legit examinavit & cum Platone contulit.

Immò verò ridet Origenes quando Platonica ab Apoſtolis male accepta cauſatur Celſus, quos ea ne quidem noviſſe autumat, nedum curaſſe, ut ne forte minus rectè ipſorum vocabula acciperentur.

Et legerit Philonem, haud tamen ſequitur vocabula ex Platoniciſmo jam dudum *in veram Religionem illata curiosè obſervaſſe*, nedum *explicaſſe*, & *adverſus eorum abuſum lectores munire voluiſſe*. Haud ſecus ac ſi hac in parte Scholiaſten Platonis aut Philonis egerit vir Dei. Vides quam altum noſter de divina inſpiratione ſentiat, quam Spiritus Sanctus ita direxerit, ut in re maximi momenti ea Johanni dictaverit, quæ ad convenientem vocum Platonicarum, Philoni forte familiarium, ſenſum facere videantur. In reliquis ipſa quoque verba a Spiritu S. Sacris Scriptoribus inſpirata eſſe, non credit, ubi autem de Platonicis vocabulis ſcribendum erat, peculiarem curam adhibuit Spiritus, ne illa non in ſacris literis reperirent honeſta, quibus memorarentur, loca. Tanta res eſt ſapere & de Critica habilitate ſua altum ſentire. Quid? luce meridiana clarius demonſtrabo, falſa, ficta & vana eſſe omnia; teque in re ſeria ludere, faciam, ut palpet Lector.

Johannem *potiſſimum illas voces* in initio ſui Euangelii adhibere non minus falſum eſt, quam prophanum illud tuum de Popa Samaritano Pentateuchi ſcriptore *ευρημα*.

Johannem *id egiſſe, ut, quo ſenſu uſurpari poſſent, Chriſtiani intelligerent*, pariter fictum eſt, nulloque vel leviſſimo ti-

bici-

dicine fultum. Lego Johannem, initium Euangelii ejus ego & relego, nusquam deprehendo id quod incauto Lectori ita audacter obtrudis. De λόγῳ multa loquitur, ut de usu & significatione ac sensu vocis dic obsecro, quid tu ex Johanne didiceris. Vera si loqueris, quæ ratio, quod viros summos de istius vocabuli sensu ita adhuc dissentientes non erudias, eorumque componas dissidia, qui ad unum omnes Iohanni adsurgent?

Nec quicquam dictorum *ex collatione Johannis cum Philone*, ulli cordato & prudenti persuadebis. Sed *antequam ad rem ipsam aggrediaris conjectura allata pondus te addituram* polliceris. Id pondus te addere tibi imaginaris *locutum nonnullis* Philonis *locis, in quibus similia habentur vocabulis, quæ a Christo ipso in hoc Euangelio, Apostolisque dicuntur* p. 17. De vocabulis Platonicis locutus eras *in religionem relatis* antequam Iohannes scriberet. Addideras, Iohannem in eo esse, ut doceat quo sensu vocabula illa Platonica accipi debeant. Hæc probaturus ad unum Philonem provocas. Admiranda argumentandi ratione! nimirum haud secus ratiocinaris, ac si ex eo, quod variis a Christo & Apostolis prolatis *similia in Philone* occurrant, sequeretur, vocabulum λόγος a Philone mutuum acceptum & per Philonem ex Schola Platonis in religionem translatum esse, signatè quidem à Iohanne receptum atque explicatum. Quibus nullam vim inesse ipsi tyrones vident.

Verum quantumvis varia ex Philone polliceris, iis quæ à Christo & Apostolis dicta sunt similia, ne unicum tamen specimen exhibes, cui non magis simile quid in Mose & Prophetis occurrat. Hosce autem cum legerit Johannes, ad eosque tum Christus, tum reliqui Apostoli loquentes provocent, imo nihil extra illos docere ita serio testentur: Imo cum eodem spiritu actus fuerit quo illi: verborumque ab illis usurpatorum recta acceptio ipsi, ut magni momenti res, cordi fue-

fuerit, quis, præter Clericum, in animum inducat, ut credat eum de Platone tamen, de Philone similiumque vocabulis potius cogitasse, operamque navasse ut genuinam illorum significationem Christianis inculcaret. Certe ita inane hoc somnium est, ut divino judicio factum credam, vana eruditione turgidum, veraque verbi & spiritus Christi veneratione destitutum hominem, tam se prostituere turpiter.

Et, quod magnopere ad hanc rem facit, quis est qui ignoret, ut jam Mosen taceam & Prophetas, quanta sit in Novo Testamento copia locutionum, quibus prorsus similes in paraphrasibus Chaldæis Judæorumque traditionibus reperias. Hæc notasse ad convincendos Judæos non inutile videri queat; sed vocabula, ubi de rebus maximi momenti & ad Christianæ doctrinæ nucleum facientibus agunt discipuli crucifixi Jesu, eorumque sensum ex Platone repetita velle; aut Jesu discipulos de Platonicorum vocabulorum vero sensu sollicitos fingere, næ id deliræ est prorsus ne dicam profanæ Critices. Unice ceteroquin id omni studio agentes, ut ne rerum quidem nedum verborum, sub Mosis nomine scripto consignatorum, curam habuisse Spiritum Sanctum putemus, heic suarum hypotheseων obliti, ubi Platonica occurrunt, de selectu vocabulorum sollicitum fingunt Sp. S. Paulus sentet ἀκυρολογίας, hibrido Johannes stylo est, & in præsenti de accurata perceptione vocabulorum Philonis ita est sollicitus. Hæc demum nostri hominis sublimis & vere erudita Crisis est.

At obsecro, cum similia iis, quæ ex Philone profert, etiamnum in Judæorum vetustissimis scriptis, inprimis Kabbalisticis, occurrant, an & ea ex Philone potius hausta dices, quam ex decessorum monumentis, quantumvis clara illorum repperias apud eas vestigia.

Ad

Ad Philonem redeo: is utique Mosen legit & Prophetas; alios præterea homines, Catecheseos patrum ignaros, & traditionibus veterum innutritos si non legerit, loquentes saltem audivit: quæ igitur tandem ratio, cum ex iis & cogitata illa & vocabula quam plurima quæ respicis, hoc saltem de quo nobis lis est, haurire potuerit, quæ inquam ratio te adigit, ut, occasione similitudinis tum conceptuum, tum vocabulorum, in illis reperiundorum, non de iis potius, quam de Platone cogites?

Inprimis cum is sit Philonis genius, ea indoles, ut quis eam probe considerans, longe facilius credat, ex Judæis, eorumque doctrina, imo Scriptura ipsa delumpsisse quæ de rebus divinis tradit, quam ex Platone aut similibus. Tenacissimus fuit patriarum legum sectator, Platonem vero nec ita multum legisse videtur, nec amasse. Prius, quantumvis paradoxum sit, ex eo conjicio, quod de sententia Platonis, in re maximi momenti, hæsitanter loquatur: en verba in Tractatu *Quod Mundus sit incorruptibilis*, pag. 728 F. *Ipse forte fortuna in commentarium Ocelli hominis Lucani incidi, cui de universi natura titulus, in quo mundum incorruptibilem non tantum asserit, verum etiam argumentis conatur ostendere. genitum autem sed incorruptibilem* ajunt *a Platone in Timæo dici.* Ut ab aliis de mente Platonis hæc & quæ sequuntur accepisse videatur. Inprimis cum, iis enarratis, quæ Platonis verba sint, ad Aristotelis de mente Platonis testimonium provocet, pag. seq. *verum etiam quia hoc de Platone testatur Aristoteles, quem puduit mentiri ut Philosophum, & fide dignum creditur testimonium amici de amico.* Agit de dogmate, de quo, quid Plato sentiat, vix ambigere queat ita in Platonis scriptis versatus, ut in rebus maximi momenti eum fuerit secutus; id quod Clericus ex communi opinione statuit. Neque ad alterius de Platonis mente testimonium provocaret, si diligenti lectione ipse de illa satis instructus esset; inprimis in ea re

re de qua istic agit Philo. Quisquis enim in Platonis scriptis mediocriter tantum fuerit versatus, dubitare non potest an statuerit id quod toties totisque inculcat.

Accedit quod Platonem tantopere vituperet, *Hæc quoque*, loquitur de Xenophontis & Platonis dictis, *si conferantur cum nostris contemplativæ vitæ sectatoribus, erunt ridicula. ..... Hæc a Mosis discipulis a prima ætate Veritati assuetis fastidiuntur.* Vides quam male de Platone sentiat, quamque ipsi immensum præferat Mosen: quapropter, hoc missio, in rebus divinis Platonem potissimum consuluisse, nunquam credam. Imo in Tractatu de Temulentia videre est quam exigui apud ipsum ponderis fuerint cum Mose comparati ad unum omnes Philosophi. Videsis p. 269. Quin imo ab initio dicti tractatus mentem suam aperit his verbis. *Quæ ab aliis Philosophis de temulentia dicta sunt, ut potuimus in præcedenti libro memoravimus: nunc consideremus quænam sit maximi sapientissimique legislatoris super ea re sententia.* p. 187. a. Quis credat in rebus divinis cernendis non pariter Mosen summum doctorem selegisse? Nec puto diversam ipsi fuisse Philosophandi rationem, cum ea, quam tantopere in suis illis therapeutis prædicat & therapeutridibus. *Versantes sacra volumina, dant operam Philosophiæ per manus accepta a majoribus.* En Philosophiæ Philonicæ fontem, non Platonem, quem tantopere vituperat, sed Moses aliique qui Spiritui Sancto a manu & actis fuere.

Dicis: *nullo dogmate Christiano magis offenduntur Judæi quam eo quo ita Deum unum esse dicimus, ut tamen Patrem Filium & Spiritum Sanctum, in quorum fidem baptizamur, memoremus.* Sic viam pandis ad probandum id quod antea affirmaveras. Nimirum Judæi illam doctrinam adspernabantur: apud Philonem reperiuntur quæ eam redoleant, pariter apud Platonem occurrunt phrases vocabula ei exprimendæ idonea: ex hoc igitur ille, non ex Mose, non ex Judæis didicit, saltem voces illas, quales cum

& Jo-

& Johannes usurpet, concludis eas in religionem translatas antequam Johannes Euangelium scriberet, earumque verum usum accurate docere. Imo verisimile est *lectitatum a Johanne & in deliciis fuisse Philonem* p. 19. Meta ἀνεξόδια.

Primo quidem noto hominem nostrum ita hoc proponere doctrinam Christianorum, ut ne quidem hodie, ita nimirum proposita, Judæis offendiculo sit; possunt enim verba illa accipi sensu Socinianorum, atque ita, ut, licet Baptismus ille non arrideat, doctrina tamen magnopere offendere non possit. Etiam Socinian*i ea ratione Deum unum esse dicunt, ut* tamen *Patrem Filium & Spiritum Sanctum, in quorum fide Baptizantur, memorent.* Et notum est, eos remotum illud Judæorum S. S. Trinitatis offendiculum sibi gratulari. Astutinam illi quoque qui inter Remonstrantes hac in parte minus hetrd orthodoxè ipsi sentiunt, non & Judæis & Socinianis eousque occurrant, ut, si non veritatem, credendi saltem istius dogmatis necessitatem negent; imo serio atque operosè eos oppugnent, qui eam statuant. Exemplum sit D. Limborch, tum in tepido scripto adversus Orobium, tum in Theolog. Christ. L. v. c. IX. qua in parte premit vestigia decessoris sui Episcopii.

Secundo: id quod de Judæis dicit, hodiernis magis convenit, quam iis, qui tempore Johannis vixere, utpote quando doctrina Trinitatis nondum fuit penitus obliterata. Doctrinam Trinitatis cum dico, non respicio potissimum vocabula aut phrases quibus hodie plurimi utuntur, sed ipsum illud dogma, quo Deus statuitur unus & tres, ea ratione, ut tres sint unum. Vestigia illius veritatis adhucdum in Judæorum scriptis palam faciunt receptam fuisse olim & agnitam. Non enim à Christianis aut Græcis ea Kabbalistis & Karræis recepta dicet, nisi qui utrarumque sectarum genium & mentem prorsus ignoret. Imo ipsæ illæ denominationes priscis Judæis cognitæ fuere & receptæ.

Locum ex Zohar huc facientem exhibeo in Summa Theol. Cap. III. §. CCCLXXXII. Hæc ex porta Justitiæ producit *Josephus de Voisin de Trinitate* §. VIII. *Scriptum est Deut.* VI. 4. *Deus, Deus noster, Deus unus est. Quod est mysterium unitatis nominis Tetrogrammati hac ratione. Dictio prima, Deus, refertur ad Literam primam nominis divini, Jod, quæ complectitur mysterium Coronæ superioris, & Sapientiæ secundum mysterium apicis Literæ, Jod, & ipsius jod.* Tó *Deus noster, designat Intelligentiam, quod est mysterium He prioris nominis Sancti.* Tó *Deus designat decorem, quod est mysterium Vau Literæ tertiæ nominis divini. Addit ex Zohar* אבא הוא חכמה *pater est sapientia.* INI אתקרי בן *Vau Vocatur Filius.* רוח אלהים בינה *Spiritus Dei est Intelligentia. De loco Deut.* VI. 4. disserit egregiè Bisterf. c. Crell. p. 107. Sabbathi die quod tria celebrent convivia, huc respicit, in Libro jam allegato. Quum quis tria celebrat convivia die Sabbathi, perinde est ac si unitatem Dei benedicti curaret NB. secundum Mysterium *Zach.* XIV. 9. *Deus unus, & nomen ejus unum, Deus cujus nomen est* בשלשה ספרים in tribus numerationibus *ex Ietzira cap.* I. מן השלשה יסד מעונו וכלם הלוים ועומדי מכחד ex tribus fundavit locum suum (*NB.* locus quotiescunque de Deo occurrit, profecto intelligitur gradus essentiæ Dei benedicti. *Maimon. More Nebhochim part.* I. *cap.* 8.) quæ quidem tria pendent & stant in unitate. *Hæc tria Hebræi vocant in lib Ietzira* ספרים numerationes החויות hypostases & in *libro portæ Justitiæ* פנים הפנימים personas & facies intrinsecas. *Hinc Indæi in die Tabernaculorum.* Deus qui sanctificaris tribus benedictionibus. *Notandum autem, quod Emanationem quoque significet Sanctificatio. Sic in Libro Portæ Justitiæ,* Scito Sanctificationem esse mysterium, quo designatur *NB.* processio Emanationum è CORONA. (*hæc est Pater ut antehac notavimus*) quod est Mysterium Jesaiæ Capite Sexto, Sanctus, Sanctus, Sanctus,

„Theodoretus Tom. IV. p. 496. Trinitatis tamen „dogma ne tunc quidem ventura in posterum penitus „occultavit, perfectionis Theologiæ quasi semina quæ„dam dispergens. Ideo singulariter quidem sub unius „nomine legem fancit, obscure tamen Trinitatem in„dicat. Quo enim dicit *Audi Israël, Dominus Deus Tuus „Dominus unus est.* & unitatem Docet & Trinitatem in„dicat. Semel enim Deum enuntians bisque Dominum „repetens, Trinitatis numerum ostendit. Addens vero „*unus est*, & NB. congruentem Judæis doctrinam attulit, „& unam eandemque divinam substantiam esse docuit. „Una siquidem sanctæ Trinitatis & substantia & pote„stas est, & voluntas. Eamque ob rem invisibilium „potestatum chori hymnum Deo concinentes ter qui„dem *sanctus*. Semel autem *Deus* proferunt: ibi quidem „numerum proprietatum declarantes, hic autem com„munem dominatum significantes. Atque hic quidem „per ænigmata quæ Trinitatis erant ostensa sunt, alis „autem locis manifestius eadem Sancti Patres. Moses „enim vir divinus, mundi genituram conscribens, nar„ransque hominis plasmationem, Deum omnium opi„ficem sic locutum ait: *Faciamus hominem secundum ima„ginem nostram & similitudinem.* Mose subjunxit *Fecit Deus „hominem secundum imaginem Dei fecit ipsum* & Deum ap„pellavit tum opificem hominis, tum eum cujus ad „imaginem formavit quem effinxit, non quod alia hujus, „alia illius sit species una siquidem natura est Trinita„tis. Ideoque ait Deum dixisse *faciamus hominem secundum „imaginem nostram & secundum similitudinem* addiditque. „*Secundum imaginem fecit ipsum*, Ut ostenderet differen„tiam personarum. Sed & Noemo &c. Gen. IX. 3. „XIX. 4. Ps. XXII. 6. Eandem vero nobis doctrinam „tradunt Esaias Propheta, & Hieremias, & Ezechiel, „& Daniel, & Zacharias, & Michæas, universusque „Prophetarum chorus. Nec ineptè idem ex loco

Deut.

Deut. vi. 4. pro trinitate argumentatur *Illud enim Dominus, Deus Tuus, Dominus unus est, unitatem substantiæ unam & personarum numerum demonstrat, semel enim posuit Deus, bis autem Dominus.*

Verum occasione *trium benedictionum* in die tabernaculorum, mihi incidit id quod docte & acute alicubi in Epistolis ad Reuchlinum & a Reuchlino scriptis dictum reppert. Sic Galatinus Reuchlino dictarum Epist. L. VI. *Scribis præterea priscos Romanorum tribus erectis digitis, reliquisque duobus in palmam depressis hominum multitudini benedictionem tribuere solitos fuisse. Quod nusquam ego (ut verum fatear) me legisse memini, te tamen qui longe plura vidisti apud eos legisse minime dubito. Ego enim apud Hebræos duntaxat id factitatum comperio. Nam cum summus sacerdos populo benedicem hæc ex Dei præcepto diceret* יברכך יהוה וישמרך יאר יהוה פניו אליך ויחנך ישא יהוה פניו אליך וישם לך שלום *ambas manus ante faciem suam protensas tenebat. Quum vero nomen Dei Tetragrammaton proferebat, mox utriusque manus digitos, pollicem scilicet indicem & medium altius erigebat, reliquos duos in palmam depressos habens, & sic nomine illo prolato, tres statim ejusdem digitos insimul iuiebat, ut veteres Thalmudistæ tradiderunt. quod nihilam aliam ob rem fieri institutum est, nisi ut divinarum personarum Trinitatem, divinæque naturæ unitatem per nomen illud designari palam ostenderetur.*

Nunc Reuchlinum audi. *At de numero ipso digitorum planè hoc me superas, qui a veteribus Thalmudistis traditum legisti, pollicem, indicem & medium in benedictionibus erigi, reliquis depressis. Quanquam & ego digitorum meminisse Salomonem Gallum legi. Sed non singulatim quin penè individue sic.* לכך הכהנים פורסים כפיהם לומר ה' קבה עומד אחרינו שנ' הנה זה עומד אחר כתלינו משגיח מן החלונות מבין אצבעות של כהנים Propterea extendunt Sacerdotes manus suas ad indicandum quod Deus consistat post nos, quemadmodum dictum est Ecce

hic

hic consistit post parietem nostrum, prospicit ex sinestris, ab inter, e medio, digitorum Sacerdotis: *Quas autem nunc credimus Benedictiones, ea Romanis vota & imprecationes fuerunt, non dira, sed, divinæ bonitatis invocationes, quæ indigitamenta nuncuparunt. Unde indigitare idem est quod imprecari, Festo Pompejo autore. Utique in sacris Romanorum scriptum legimus Virgines vestales ita indigitant. Apollo Medice! Apollo Pean! Et Cornelius Labeo asserit. Majam eandem & bonam. Faunamque Opem & Fatuam. Pontificum libris indigitari. Quo insinuant, non tota palma, verum una, discretis digitis, sacerdotales imprecationes fieri. tribus autem tantum numero nec ultra, qui numerus apud Pythagoreos in sacris Deorum prævaluit, & ritui subscribit eidem in libro Cœli Aristoteles. Unde arcanum hoc esse dum per te licet opinabimur, quia in illorum Pontificum disciplinis verbum digitare tribus lineolis præscriptum erat. Idque postea prophani & ejuscemodi sacris non initiati, quippe nescientes legerunt indigitare pro ut digitare, hoc est tridigitare, quod æque potuissent ut triplicare trisulcare tripertiri, & ejus formæ cætera. Veteres sane ter consulem tribus lineolis præpositis ita. III. COS. notarunt. Sed nos multitudinem sequuti dicimus indigitare tribus digitis bona precari, hoc est benedicere. Quem morem & ab Hebræis Pythagorei, & a Pythagoreis Romani recipere potuerunt, & nos a Romanis juxta oraculum Apollinis Pythii, quo institutum erat religiones teneri quæ essent in more majorum, & ex moribus eum qui esset optimus. Unde ut similia homines, sic Maga illa quondam apud Ovidium sacerdotes Romanos imitari conatur. Et digitis tria thura tribus sub limine ponit. Tribus igitur digitis primoribus erectis & reliquis duobus humilitatis.*

Galatino quidem quantum tribuendum sit neminem hodie fugit. An tamen hæc ita prorsus explodenda sint, ut arbitratur Clarissimus Wagenseilius in Sotam pag. 673. penes Lectorem judicium sit. Saltem Weidnerus, citatus Calovio, suo testimonio confirmat id quod de trium digitorum elevatione Galatinus. *His benedictioni-*

bus Sacerdos alicui benedicens, protensas ante vultum suum palmas utrasque tenebat, cum vero diceret Jehovah, tres digitos priores, pollicem videlicet, indicem atque medium manus utriusque erectos altius erigebat; & dicto ita Domino, digitos ut prius remittebat. At quicquid aut rideat Smalcius c. Schopperum p. 13. aut spernant alii Judæi: Trinam repetitionem nominis Dei in benedictione Pontificis non sine continua accentuum mutatione, mysterium indicare Bechai & Rakanati rotundis verbis declarant. Imo Rakanati exerte dicit heic esse יחוד הפרצופין *unitatem personarum*, Prius vocabulum non Talmudicis tantum verum & Targumistis passim Dei, nominisque ejus unitatem notare certum est: sic Cantic. VIII. 9. יחוד שמיה Threnor. III. 28. שרשמא דיי יחודא *unitas nominis*, unitas nominis Jehovah. Alterum Græcam sapit origenem, quod recte notat Buxtorfius in Lexico, *est corruptum* ex Græco πεύσεως. Kabbalę denudatę editor pariter vertit *personas.*

Lubet audire Altingium Fil. Tom. I. p. 320. *Elohim: cum Jehova unitatem essentiæ dicat, hic pluralitas indicatur: Plures sunt Personæ. In ipsa creatione & regiminis initio illud patuit, ut diximus. Kabbalistæ: qui per literas de arcanis mnemosyna faciunt, dicunt, „ Elohim significare* אל הם *Deus sunt, „ plures illud habent quod Dei est, & nomen illud facit competere; sed autem quod deest in duabus istis vocibus, ad indicium exiare. Eccl. 12: 1. Recordare* בוראיך *Creatorum tuorum; quod intelligentes facile assequuntur. Plures ergo sunt Creatores, quia Elohim in Creatione dicitur: quemadmodum etiam Job. 35: 10. cuivis id agnoscendum esse docetur, quando queritur Elihu; neminem dicere, ubi est Eloah* עושיך *factores mei. Nam Spiritus Domini fecit omnes. Job. 33: 4. & Verbum illuminat omnem hominem venientem in mundum. Joh. 1: 9. & memoratur in Baptismo Christi. Matth. 3: 16. s. & in Baptismo nostro Matth. 28: 19. quemadmodum olim apud Judæos in*

Baptismo

Baptismo proselytorum Elohim triumviri judices auctoritatis & testimonii ergo interfuerunt, sic Christus voluit trium cœlestium (quos illi repræsentabant) nomen invocari, & præsentiam illorum professione exprimi. Atque sic in V.T. Es. 63:9. s. memoratur Iehova, & Angelus Faciei, (qui alibi Angelus Exod cap. 23:20. & facies Dei, cap. 33:14. Mal. 3:1.) & Spiritus Sanctitatis ejus; de quo etiam Neh. 9:20. Judei clarius loquuntur, veteris Ecclesiæ doctrinam explicantes. אנא & אתרה & הוא Sunt ipsis nomina Dei, quæ simul si conveniunt, quando sic in festo tabernaculorum compellant, אני והו הושיעה נא Ego & ille, juva nunc; quæ meram absurditatem habent, nisi tres personæ simul compellatæ intelligantur. Cùmprimis insigne dictum. Menah. Raka. f. 132. col. 3. s. Tres sunt Spiritus colligati in unum; Spiritus intimus, qui vocatur Sanctitatis: Spiritus medius, qui in medio est, & vocatur sapientiæ, & intelligentiæ, & hic est Spiritus, qui egreditur è medio pulchritudinis consummatæ, cum igne & aqua; Spiritus summus, qui absolute est in silentio, per quem consistunt omnes Spiritus Sancti, & omnes personæ lucidæ. „ Quomodo ordo personarum indicatur, & quod omnes à prima habent vitam seu essentiam communicatam, & operentur quoque ab illa, Joh. 5:19---26. cap. 16:13. s. cap. 15. vers. 26.

Subdo verba ejusdem Raknatensis *Sic dixerunt*, sc. Vetères, *Perfectio omnium*, *Antiquissimus antiquorum*, & πάντα ἕν, *omnes unum sunt*; Omnes ὁ ἦν, & omnes ὁ ὤν, & omnes ὁ ἐσόμενος, *non mutatus fuit, nec mutabitur, nec mutatur, quod si dicas quid inter hunc & illum discriminis? omnes sunt ejusdem ponderis, sed dividuntur suis operationibus. Hæc autem mysteria non sunt tradita, nisi illis qui agnum sanctum metunt.* Alibi: *Iehovah est principium omnium in splendore, antiquus ille Sanctus & vocatur Pater. Elohim noster est profunditas fluminum & scaturiginum, manantium ad omnes. Iehova est ipsamet virtus, arboris arbor, perfectio radicum. Unus, omnes sunt una perfectio; colligatusque est unus alteri, neque reperitur separatio, sed omnes unus sunt.*

Hic auctor Rekanati Bartoloccio, Rittangelio Harakinati, qui & Kabbalistis eum accenset, alius Rikanati, jam ultra quatuor secula diem suum obiit. *Tres primariæ numerationes* passim apud Rittang. ex Haraknati p. 193. *tria sunt unum & hoc per se stat.* Numerationes summas, primam Coronam summam, secundam Sapientiam primordialem, coronæ summæ per omnia æqualem & coæternam, tertiam intelligentiam nuncupant. Sic ex Tykune Sohar hæc habet p. 64. *Unum & duo sunt tres numerationes superiores, de quibus dicitur Unum, Unum, Unum Tres sunt unitates & ecce unum sunt* p. 65. *Dixerunt sapientes Kabbalæ tres primarias numerationes, quæ sunt Corona Summa; Sapientia, intelligentia in æquali dignitate quasi summe unum quid esse.* Venitque hæc veritas ibidem Rabbino Schabbe nomine *mysterii* Addo p. 66 *Verum in tribus MENTIBUS diffunduntur & patefiunt, quod qualibet illarum sit MENS per se, & propter hoc sunt illæ in æquali dignitate quasi summè UNUM quid: Verum non UNUM proprie & simpliciter uti sunt in ipso CENTRO; quia in ipso CENTRO nullum cernitur DELUBRUM sed tantum UNITAS CENTRI. Verum hæc tria DELUBRA jam ante prodierunt & distincta jam sunt in tria DELUBRA quæ sunt CORONA SUMMA, SAPIENTIA, INTELLIGENTIA, tria inquam DELUBRA distincta.* Unde apparet rudera & in hunc usque diem veritatis illius inter Judæos conspici.

Δυνάμεις certe Philonis quisquis ritè consideraverit, næ is luce meridiana clarius deprehendet eam doctrinam quam Zephiroticam appellant Kabbalistę, saltem illius vestigia; imo confestim videbit, ovum ovo similius non esse, quam doctrinæ Kabbalisticæ de Sephiroth, ea est, quę de potentiis passim occurrit apud Philonem. Inspice de Legatione ad Cajum p. 769 a. & *Deum summum illud bonum pulchrum, deinde autem potestates eum stipantes, creatrices, regias, provisorias, cæteraſque &,* Pro-

fecto

fecto ovum ovo similius non est quam hæc cogitata iis, quę de Sephiroth olim à Kabbalistis docta sunt. Est istic *Kether* seu *Corona summa* utrimque stipatata *intelligentiâ* בינה & *sapientiâ* חכמה / porro fortitudine & magnificentia, Rittangel. Lib. 1. Jetzirah. p. 10 De בינה hæc habet Kabbala denudata: *Ipsa velut Interpres & Orator est inter eminentiores & inferiores Sephiras. Hæc enim NB. influxum dimittit atque benedictionem à Corona Summa in omnes reliquas Sephiras. Et Binah dicitur, quia per eam homo intelligit omnium radicum radicem, omniumque fundamentorum fundamentum. Hæc enim ni foret, scientia de anteriorunate Altissimi benedicti nulla adiri posset via. Hæc quoque Oratori vel Advocato similis est, sicut & Moscheh inquit Deut. v. 5.* Ego stabam inter Dominum & inter vos. *Nisi Binah esset nemo* hominum haberet aditum ad cognitionem Illius, qui primus est in mundo. In ipso latet mysterium generationis &, Binah consistit inter Chochma & Daath *quæ omnia unita sunt. . . . Tunc ipsa vocatur Binah ut indicentur omnes tres.* Sexcenta talia ibidem reperias. Imo ut dicam id quod sentio. Valentinianorum Æones similiaque dictorum olim hæreticorum cogitata pariter putem esse contortos Judæorum de Sephiras conceptus. Hę Sephirę & quæ de iis male accepta novitii Judæi in mira figmenta transmutarunt, ab Irenæo aliisque reprehensa quidem, sed ita refutata, ut sæpe utraque pars in tenebris micare videatur.

Judæi Divinam Triunitatem, ante hac satis omnibus cognitam, aliaque de divinis perfectionibus in Scripturis revelata, explicare volentes, commenti sunt jam dictas Sephiras: id quod aliis dudum jam est observatum. Has igitur Sephiras doctrinæ veritatis propagines esse juxta cum aliis existimo.

Philo quoque non ignarus eorum quæ inter Judæos agebantur, descisens à fide promissionis, &, neglecto Judaicæ religionis nucleo, corticem que lambens, eaque reti-

retinuit, talibus vocabulis expressit, qualia profert Clericus. Adeo ut in iis minime ex Platone sapiat, sed priscæ Catecheseos exhibeat reliquias.

Præterea Baptismum in nomine Patris Filii & Sp. S. administrandum jusserat Christus Dominus. Id multo minus ignorare Philo potuit, quam Johannes ea quæ Philo in chartam consignavit. Hanc doctrinam cum Veteri convenientem videns, procul dubio iis potius vocabulis expressit, quæ Kabbala jam finxerat, quam iis, quæ Christus adhibuerat. Saltem ex doctrina Christi jam per Apostolos, haud parum propagata & a solis auditoribus Petri per omnis generis Judæos Sparsa, cum istæc scire potuerit, quid rei obsecro, quod, nulla valida ratione urgente, de Platone, ut primo istiusmodi vocum inventore, somnies?

Quin imo ex ipso Novo Testamento probari potest non ita prorsus ab illa doctrina alienos fuisse Judæos illius temporis, eos quoque, qui Jesu Nazareno adversabantur. Verum id non agimus in præsenti. Notasse sufficit, ne putet largiri nos id quod pro auctoritate heic a Clerico supponitur, tanquam si de omnium temporum Judæis verum esset.

Jesum Nazarenum sibi ea arrogare, quæ de Messia & Filio Dei ex Scriptura aut traditione didicerant, aut hodie adhuc tenent, ægerrime quidem ferunt Judæi; quemadmodum & Baptismum nostrum adspernantur, & in nomine Jesu tingi ipsis displicet magnopere: at Deum unum dici, ita ut Patrem Filium & Spiritum Sanctum ut distinctas personas memores, tanto Judæis offendiculo esse, nemo dixerit, nisi qui Kabbalistica prorsus ignoret. Ut ut se hæc res habeat, nihil in ea roboris, quo figmenta sua confirmet Clericus.

Ipsa igitur Philonis loca expendamus, ut palam fiat, ne γῤὶ quidem in iis reperiri, quod non ex sacris longè doceri luculentius Evangelista potuit.

Deum

Deum *Patrem* memorat p. 287. citat Clericus locum p. 18. Verum ignorare non potest, Johannes saltem non ignoravit, id nominis de Deo plus semel usurpari in scriptis Veteris Testamenti Jes. LXIII. 16. LXIV. 8. Ps. LXVIII. 6. LXIX. 27. Imo jam Jobi tempore Elihu id usurpavit Job. XXXIV. 36. Moses pariter obtestatur Israelem, tanquam probe illius conscium Deut. XXXII. in viridi adhuc erat observantia diebus Mal. I. 6. Hinc alienum accidere non potuerit Iudæis, Christum Deo nomine compellatum à suis Deum voluisse Matt. VI. Quin imo pronomine possessivo addito, ipsis Iudæis eam alloquendi Deum formulam familiarem fuisse tempore Christi & deinceps luculenter probari posset locis ab Lightfooto ex Thalmude allegatis. Repeto verba Raknatensis, *JEHOVAH est principium omnium in splendore, antiquus ille Sanctus & vocatur PATER.* Ut a Platone tantumtam Iohanni hanc vocem esse inde haud evincat noster; imo ne Philoni quidem. Quid? Ipse Philo exertis verbis, ipsissimo in loco, ad quem provocat Clericus, Scripturam cogitationis illius fontem allegat.

Vel an eo potissimum respicit, quod Philo Patrem dicat *medium inter binas potentias, effectricem & regiam?* Sed iterum rogo quid heic sit, quod Platonicum dici deceat; quid, quod ex Scripturis doceri non potuerint Iohannes aliique, quos Platonica vocabula in Religionem jam ante Iohannem admisisse somniat. Inspiciat locum Psalmi XXXIII. 6. *In Verbo Jehovæ cœli facti sunt, & in Spiritu oris ejus omnis exercitus illorum.* Quis heic præter Clericum non videat memorari *verbum* in quo res creaverit & per quod creaverit, nec non *Spiritum oris ejus*, cujus fotu eas coagmentaverit & in ordinem redegerit, ut creatarum rerum universitas merito, non qualiscunque multitudinis, sed exercitus nomine venire queat? Quis heic non videat Deum Patrem λογικόν effe-

effectrice ac rectrice quasi stipatum? Addo Haggæi Capitis secundi versum 4 & 5. *Nam ego vobiscum sum ait Jehovah Deus exercituum; cum Verbo de quo peromisi vobis; cum exiretis ex Ægypto & Spiritus meus stat in medio vestri.* Nonnulla Græca exemplaria habent ἐγὼ μεθ' ὑμῶν εἰμι λέγει κύριος ὁ παντοκράτωρ. Ὁ λόγος ὃν διεθέμην ὑμῖν αὐτῷ ἐξελθεῖν ὑμᾶς ἀπὸ Αἰγύπτου, καὶ τὸ πνεῦμα μου ἐφέστηκεν ἐν τῷ μέσῳ ὑμῶν. Hæc forte legerit Philo. En denuo Iehovah comitatum Verbo & Spiritu. Iesaias introducit Messiam hæc verba loquutum: *& nunc Dominus Jehovah misit me & Spiritum suum.* XLVI. 16. Iehovah res magnas molitus, mittere dicitur duos, quibus eas efficiat, quos proinde duas δυνάμεις merito quis seu Philo seu alius Scripturæ lector dixerit. Sive pro angelis acceperit creatis, qui passim δυνάμεις audiunt, sive aliter cogitaverit *mysterium unius & trium*, ipsis Iudæis non ante tantum verum & post Christi tempora plus semel memoratum.

Philonis contextum quisquis paulo consideraverit attentius, non tam Platonica in eo reperiet quam similia iis, quæ olim Kabbalistæ olim, de *Kether* in medio *Binæ* & *Chochmah* docuerunt. Confer sis ea quę superius allegata sunt p. 20.

De sequenti loco Philonis denuo præmonendus lector est, ipso auctore invito à Clerico obtendi eum ex Platone heic sapere, cum ipse dicat, se *latentiorem aperire* ipsius *Scripturæ sensum.* Dicit mentem, Deum Abrahamo triplici specie apparentem contemplantem τρεῖς φαντασίας ἑνὸς ὑποκειμένου καταλαμβάνειν· τὴν μὲν οὖσαν, τὰς δ' ἄλλας δυοῖν, ὡς ἂν ἀπαυγαζομένων ἀπὸ τοῦ ὄντος. *Tres imagines unius subjecti percipere, unam ipsius entis, duas alias tanquam si essent refulgentes ab eo umbræ:* de hisce postquam s[illegible]more disseruit quid subjungit p. 288. c. omnino videndum est, ut appareat quam ridicule heic reluctante ipso Philone, Platonica somniet. *Quod autem*

mus subjecti triplex sit imaginatio, liquet non solum ex contemplatione allegorica, verum etiam ex ipsius Scripturæ narratione. Non ad rationem, non ad Philosophiam, minime ad Platonem Philo provocat, sed ad scripturas ipsas, dudum ante Platonem à Mose exaratas.

Verum ne minus apertè & candidè agere videar, verba ipsa apponam, prout à Clerico sunt exhibita. Postquam igitur Philo exerte dixisset se ex Scriptura hæc indicisse, ejusque *latentiorem sensum propositurum*, subdit deinceps: *Stipatus ergo utrimque suis potentiis perspicaci intellectui, nunc UNIUS, nunc TRIUM imaginem exhibet. UNIUS quando summè purgata mens, & non solum multitudinem numerorum, sed etiam unitati affiniorem binarium numerum supergressa, ad nulla mixtione aut compositione temeratam ideam, eamque per se existentem, nec ullius rei prorsus indigam æstimat; TRIUM vero, quando nondum magnis mysteriis imbuta, adhuc minoribus operatur, nec potest Ens sine alio ex ipso solo intelligere, sed per facta aut condens, aut imperans.*

Nihil autem in iis, quod signate Platonicum dici queat. Taceo nunc, Mosen, alios que Scriptores θεοπνεύστους; imo ipsos gentilium antesignanos, dudum quoque ante Platonem similem τριάδα agnovisse. Aristotelem produco testem; sic ille Op. Tom. 1. L. 1. de Cœlo Cap. 1. pag. 610. Editionis du Vallianæ. *Nam, ut Pythagorici etiam inquiunt, ipsum omne, ac omnia tribus sunt definita.* Accipit id quidem Aristoteles eo sensu, ac si de trina corporis dimensione dictum esset; sed Pythagoram τὸ πᾶν aliter concepisse, quemadmodum & passim apud veteres Gentiles Deum denotat, nemo paulo doctior negabit. Nec hodie desunt qui putent trinam corporis dimensionem esse trinitatis aliquod vestigium.

Quid præterea in Verbis Philonis, ea quæ de trinitatis mysterio tum ex sacris literis & Catechesi patrum, tum ex Kabbala discere potuit, attemperare

Pythagoricis conceptibus volentis, quod non pari ratione exprimat: seu Plato seu Philo seu quisquis sit, qui, simplicibus Scripturæ notionibus non contentus, immodice amet ἀνθρωπίνης σοφίας λόγους? Pythagoram autem à Judæis doctum Scheffero in de Philosophia Italica, Vossio de Philosophis aliisque ante illos dudum notatum est.

Operæ pretium erit hac de re legisse doctissimum Anglum Cudworth, qui notat, ea, quæ Plato de Trinitate scivit & docuit, dudum ante Platonem fuisse cognita; nec notat tantum, verum & luculenter probat expressis Plotini Platonici verbis Ennead. v. L. 1. p. dicentis, *esse hosce sermones non novos, aut hodie aut heic natos, sed antiquitus quidem non explicatè dictos, eosque qui nunc dicuntur illorum interpretationes esse.*

Notum præterea est, Parmenidem Pythagoricæ Sectæ addictum fuisse, adeoque probabile, hanc de Divina Triade doctrinam arcanorum illius Scholæ unam fuisse. Quod ulterius confirmatur eo quod Numenius Pythagoræus celebris id recipit ut tale. Et Moderatus (docente id nos Simplicio) simpliciter affirmat, hanc Principiorum trinitatem esse traditionem Pythagoricam. ---- Habemus tandem testimonium Jamblichii eo faciens apud Proclum. τρεῖς εἶναι θεὰς τάτας ἡ παρὰ τοῖς Πυθαγορείοις ὑμνουμένας. *At jam antea vidimus Pythagoræ Phylosophiam derivatam esse a Cabbala Orphica, quod Proclus alio loco planissime testatur Theol. Plat. L. 1. c. 5. Trinitatem autem aliquam Orphicæ Cabbalæ seu μυσαγωγίας partem esse jam ex Amelio probavimus, apud Proclum adseverante tres reges Platonis eosdem esse cum Trinitate Orphei, quæ erat Phanes, Uranus, & Cronus. Præterea, postquam hi tres, Orpheus Pythagoras & Plato peregrinantes in Ægypto ibidem arcana Ægyptiorum (dictæ Hermeticæ) Theologiæ essent initiati, probabile videtur (ut antea observatum est) hanc doctrinam de Divina Triade, partem fuisse arcanæ Theologiæ Ægyptiorum. Notatum pariter est, fuisse nonnulla istiusmodi Trinitatis vestigia*

in Mythricis Persarum mysteriis, à Zoroastre propagatis; quemadmodum idem expresse continetur Magicis dicam an Chaldaicis oraculis, cujuscunque sint auctoritatis. Quin imo indicatum est, Samothraces revera antiquitus aliquam Deorum habuisse Trinitatem: quæ erat princeps omnium Deorum, quamque appellabant Hebræo nomine, Cabbirim, ac si dicerent potentes Dii. (In sacris Job. XXXVI. 5. Deus dicitur גִּבִּיר Cabbir maximum vertit Coccejus, potentem alii.) unde Romana Capitolina Deorum Trinitas ortum habet. Cujus secunda erat Minerva, quæ apud Latinos, ut apud Græcos Athena accipiebatur ut significans Divinam Sapientiam. Tandem Ternarius seu Trias, non solum sacro numero accensebatur apud Pythagoræos, verum etiam ut continens aliquod Naturæ Mysterium, quapropter apud Græcos aliosque gentiles, in religiosis ritibus usurpatur: quod ex Aristotele discimus de Cœlo L. 1. c. 5.

Verum cum non benè concipi queat, quomodo istiusmodi divinarum hypostasium Trinitas, humana solum industria atque ratione primum detecta sit, quanquam in ea probe intellecta nihil sit quod rationi repugnet: & quoniam in antiquis Veteris T. scriptis certa reperiuntur pluralitatis aut plurium quam unius hypostaseos in Deitate indicia, rationi convenienter concludimus, quemadmodum Proclus de hac Trinitate, prout in Chaldaicis Oraculis reperitur, adsirmat, verum esse, fuisse Theologiam illam primum divinitus traditam seu revelatam, aut divinam Cabbalam, nimirum inter Hebræos primum, & ab iis postea communicatam Ægyptiis aliisque gentibus. Quæ pro captu suo loquentes diversis usæ sunt vocabulis & phrasibus. Primo universi Trinitatem suam dixerunt Trinitatem Deorum. Primum, secundum, tertium Deum; verum Philosophia inter ipsos magis imbuti vocant Trinitatem Causarum; & Trinitatem Principiorum & nonnunquam Opificum: hac ratione hæc Cabbala Trinitatis exprimitur Proclo ἡ τῶν τελῶν θεῶν παράδοσις. Huic convenienter Numenius apud ipsum, quod Tres cum hymno laudasset Deos τριαγωδῶν καλεῖ, πάππον, ἔγγονον, πάτραν, validè affectus, nuncupaverit eos, Avum, Filium,

lium, Nepotem. Quo Numenius innuit, quemadmodum bonum Deorum secundus ortus esset Primi Dei, ita Tertium quem primi vocat Nepotem, ortum debere primo tanquam Avo secundo autem tanquam Patri. Harpocrationem pariter Atticum & Amelium, eandem hanc traditionem de Tribus Deis amplexos Proclus auctor est: ultimus eos appellat βασιλέας τρεῖς, *&* τριτὸν δημιουργῶν, *tres reges, & tres opifices seu conditorem universi. Simili ratione de Secundo harum trium* ὑποστάσεων *loquuntur (hoc est,* νοῦς *Mens prima, aut Intellectio) eam vocat* δεύτερον θεὸν. *Idem alibi tres simul memorat volens hunc Mundum imaginem esse omnium: Quapropter hic mundus commode dicitur imago, semper* εἰκονιζόμενος· ἐκείνων μὲν ἓν πάντα, καὶ δεύτερα, ἓν ὂν τρίτα *&c.*

Longe plura memoratu digna ex elaboratissimo opere produci possent, verum indagare genuinam in omnibus Platonis mentem instituti nostri non est; aut demonstrare cum veteri Hebræorum doctrina magis consentire vetusta Orphica Pythagorica & Platonica, quam nova Arii inventa, a quibus tam longe abest Plato, ut Tritheismi potius damnari debeat. Court of Gentils Part. III. b. 2. Ch. 6. §. 4. Quod Doctissimi Gales judicium haud parum confirmat Procli censura in Origenem, in Plat. Theol. L. II. Cap. 1. p. 89 & 90. Quam, mirum est, nec ab Huetio nec ab aliis qui causam Origenis egere, quantum scio notatam esse: cum palam faciat νοῦν seu λόγον ipsi fuisse *id quod optimum est, & quod sit id, quod primò est, & quod primo unum est.* Ægre fert Proclus quod Origenes τὸν λόγον dicat esse summum & cum summo unum; Plato enim Summum entium catalogo eximit, summum aliquod, *unum* dicit Proclus, quod *omni mente, & omni ente superius est. Miror autem equidem*, dixerat paulo ante, *& cæteros omnes Platonis Interpretes, qui intellectuale regnum in ipsis Entibus admiserunt, ipsam vero ineffabilem, & arcanam Unius excellentiam, & Essentiam ex universis excedentem, & his uni-*

ver-

versis superiorem *non etiam ocius admiserunt.* Hoc Platoni in tenebris reconditum.

Post illud unum forte non tempore, sed ordine quodam sequitur Trinitas Platonica. Illorum autem, quibus illa Trinitas constat, nullum est Creatura. Imo nulla Creatura est, in qua vel tantillum sit quod illis tribus, aut ulli eorum adsimilari queat. Epist. ad Dionysium: tria illa aut tres illi, adeoque ea Trinitas æterna est, addo necessariæ existentiæ, & determinati numeri Ternarii; quorumque unusquisque totum universum complectatur & contineat, imo sit ἀρχὴ, αἰτία, δημιουργὸς.

Verum contrahenda vela sunt. Sufficit constare & vulgarem satis, & Platone longè antiquiorem esse ut universam Trinitatis doctrinam, sic signate eam quam de mente, sapientia, λόγῳ tradidit, imo ab Hebræis derivatam. Egregie solidus pariter atque accuratus veritatis hujus vindex Daniel Withby contendit phrasin hanc *Verbum Dei* Judæis non solum, verum & omnibus Philosophis fuisse notissimam, Tract. de Vera Christi Deitate p. 107. Hæc pag. 109.

Primo, Agnoscebant *Philosophi* secundam *hypostasin*, νὸν λόγον, *mentem, sermonem, & filium primæ appellabant. Multi Philosophorum*, inquit *Origenes, unum esse Deum, qui cuncta creaverit, scribunt, in hoc consentiunt legi Dei: Aliquanti etiam hoc addiderunt, quod Deus cuncta per Verbum suum & fecerit, & regat, & Verbum Dei sit, quo cuncta moderentur, in hoc non solum Legi, sed & Euangeliis consona scribunt. Jam ediximus*, inquit *Tertullianus, Deum universitatem hanc mundi, verbo, & ratione, & virtute molitum; apud vestros quoque sapientes λόγον, id est sermonem, atque rationem constat Artificem videri universitatis, hunc enim Zeno determinat factitatorem, qui cuncta in dispositione formaverit*: In quibus respicere videtur hæc apud *Laertium* conservata, *duo nempe esse omnium principia, creatorem, & materiam, & ma-*

teriam quidem esse qualitatis expertem substantiam, Creatorem vero verbum Deum esse, quod in ipsa sit, hoc enim sempiternum existens, per universam materiam singula fabricavit. Melius Graeci λόγον dicunt, quam nos verbum sive Sermonem, inquit Lactantius. *λόγος enim, & sermonem significat, & rationem, quia ille est & vox & sapientia Dei, hunc sermonem Divinum ne Philosophi quidem ignoraverunt, siquidem Zeno rerum naturae Dispositorem atque Opificem universitatis λόγον, appellat. Habet Deus*, inquit *Hermes Trismegistus Rectorem imposium sermonem opificem Dei omnium qui post illum est prima potentia, ingenita, infinita, ex illo prospectans, quae & incumbit, & imperat omnibus ab eo formatis*; haec, & his similia multa congessit *Cyrillus*, ut manifestum faceret *etiam Gentium Philosophos genitum ex ipso secundum naturam filium ipsius opificem, Verbum agnovisse.*

„ Secundo, Eum ab æterno extitisse statuebant, & „ λόγον ἀΐδιον, seu Verbum sempiternum fuisse de„ clarabant; secundum enim Platonis, & aliorum Theo„ logiam, erat is ἄχρονος, ἀεὶ ἦν μόνος ἀιώνιος, *Mens tem„ poris expers, & sempiterna.*

„ Tertio, Hunc λόγον sive sermonem δεύτερον θεὸν, „ i. e. secundum esse Deum pronuntiant, quem qui„ dem Deum secundum appellant ad enotandam ejus à „ primo dependentiam, utpote qui ab eo genitus fuerit, „ & essentiam suam acceperit, eundem tamen æternum „ esse, necessario existere, & περιέχειν τὸ ὅλον, *mundum „ universum sub se* continere asserebant.

„ Quarto, Eundem omnium *Opificem* δημιουργὸν, πατέρα „ τῶν, ἀρχὴν, αἰτίαν, principium, & causam esse statuunt. „ Porphyrius opinionem Platonis exponens, ait, Dei „ substantiam (οὐσίαν Gr.) usque ad tres hypostases pro„ cedere, esse vere supremum Deum optimum, μετ' „ αὐτὸν δὲ καὶ δεύτερον τὸν δημιουργὸν, post ipsum vero, „ & alterum creatorem sive opificem, juxta quæ omnia „ facile iis erat intelligere, quæ hic Apostolus de Deo

„verbo enarravit, Socinianorum vero de hoc verbo „commenta, eorum in animos, ne per somnium qui„dem irrepere potuerunt.

„Ex his enim verbis D. Johannis, ante mundum „genitum fuisse Verbum, cum Deo tunc fuisse, & „Deum esse probant Just. M. Dial. cum Tryph. p. 285. „D. Iren. l. 1. p. 36. 38. & c. 19. l. 2. c. 2. l. 3. c. 8 & „c. 11. p. 256, 257. & c. 31. l. 4. c. 52. l. 5. c. 18. Theo„philus p. 100. C. Clem. Alex. Adm. ad Gentes p. 5. „B. Tertull. adv. Hermog. c. 18. adv. Praxeam, c. 8. 21. „Syn. Antioch. Concil. Tom. 1. p. 845. D. Cypr. test. „adv. Jud. c. 3. & c. 6. Origen. infinitis in locis Lact. l. 4. „c. 8 Euseb. Eccles. Hist. l. 1 c. 2. p. 5.

„*Johannis* hæc verba sensu familiari & proprio accepta, „ad amussim convenire cum Platonicorum, & Pytha„goræorum, aliorumque Philosophorum περὶ τοῦ λό„γου de Verbo placitis, libro eruditione eximia referto, „manifestum fecit ὁ πάνυ Cudworthius. Non quod ea „debeat Philoni aut Platoni, sed una simul Mosi & „Prophetis.

Platonis Doctrina Alexandriæ inprimis vigente, Judæisque, obliteratæ veritatis instaurationi, a Christo & sequacibus factæ una cum Alexandrinæ Scholæ doctoribus reluctantibus, Philonem ut obstinatum Judæum, imo, si Eusebio aliisque credimus, Christianismi abnegatorem & desertorem doctrinam tum Trinitatis tum περὶ τοῦ λόγου studio inquinare & torquere sequentibus ipsum Numenio, Jamblicho, Porphyrio, Plotino aliisque, nemini mirum esse debet.

Atque ita non tantum Philonis operâ, sed imprudenti, Origenis inprimis & Clementis Alexandrini κακοζηλίᾳ factum, ut mysteriis, quæ gentes a Judæis acceperant, impurisque suis cogitatis miscuerant, præsidium apud Platonem aliosque se reperire putantes, Ario errores suos fingendi & formandi occasionem de-

de-

derint, Phrasibus & verbis Spiritus Sancti ex gentilibus illustrare dum conantur ipsi veritati tenebras obducentes; haud secus ac jam noster Clericus. Thomas Aquinas id dudum acri judicio notavit & reprehendit Sum. Part. 1. Q. 32. A. 1. item Q. 34. A. 1.

Arium in Schola Alexandrina a Platonicis multa recepisse evidens est, inquit, Doctissimus Theophilus Gales in incomparabili Opere Court of Gentils Part. III. *b.* 2. *C.* 1. §. 9. *erat enim Arius illius Ecclesiæ Presbyter, & Scholæ illius discipulus, in qua Pythagorica & Platonica Phylosophia illo tempore vigebat (Aristoteles diu post demum in scenam prodit) qua Clemens Origenes & alii utebantur tanquam medium illustrandi & probandi magna fidei mysteria, divinum λόγον verbum Joh. 1. 1. memoratum, sperantes hac συμβιβάσει & affinitate cum hisce Philosophis nationibus & traditionibus (origene Judaicis) spectantibus Platonicum λόγον, νῦν, τριάδα multum auctoritatis lucraturos sibique conciliaturos illorum Sophistarum animos. Hinc docti hi Patres Clemens & Origenes gnaviter id agebant ut aperirent gentilis Philosophiæ cum Ecclesiæ mysteriis cognationem; contendentes Philosophiam esse tantum reflexum radium, seu inflexam derivationem & traditionem Sacræ Revelationis. Quod ceptum excellentis usus fuisset, modo docti Patres passim detexissent vanitatem & corruptionem Paganæ Philosophiæ tunc obtinentis: verum tam longe ab eo aberrarunt, ut insignem partem Pythagoricæ & Platonicæ Philosophiæ, quoad materiam & formam, suam fecerint & cum Sacra sua Theologia miscuerint, atque ita ex illis omnibus finxerint imaginem illi Nebucadnezareæ similem Dan. II. 31, 32. Et inter alia mysteria Platonica, illud de λόγῳ verbo, eo quod ulterius Ammonius & Plotinus commenti sunt, deinceps etiam admisso & applicato divino λόγῳ verbo apud Johannem explicato.*

Quibus omnibus probè consideratis, Platonem aliquid audivisse de dogmate Hebræo non dubitandum videtur, ut &, cum traditione tunc adhuc reliqua, Philonem Platonica commiscuisse ita tamen ut uterque ignoraverit

veram Trinitatis & divinitatis ἐν λόγῳ doctrinam, solide probat idem Gales Part. III. b. I. c. III. §. 2. Universi hujus argumenti accuratissimam pertractationem quisquis desideraverit, velim ut adeat Voigt T. L. Viri sane eruditi & judicio pollentis *Imaginem* S. S. Trinitatis. Apud vetustissimos Scriptores Judaicos similia reperiri videre est in Libro Jezirah a Rittangelio Notis illustrato loco non uno. *Tres in mysterio* p. 41. *UNUM & DUO sunt TRES NUMERATIONES SUPERIORES, de quibus dicitur UNUM, UNUM, UNUM: TRES sunt UNITATES & ecce UNUM sunt: & hoc est MYSTERIUM* p. 64. *Rabbi Schabthe dicit: Et ecce nobis perspicuum est id quod explicavimus in capitibus prioribus. Mysterium nempe, quod dixerint Sapientes Cabalæ seu Theologiæ Tres primariæ (NUMERATIONES) quæ sunt CORONA SUMMA, SAPIENTIA, INTELLIGENTIA in æquali dignitate quasi summè unum quid esse* p. 66 *Verum in tribus MENTIBUS diffunduntur & patefiunt, quod quælibet illarum sit MENS per se, & propter hoc sunt illæ in æquali dignitate quasi summe UNUM quid: Verum non UNUM proprie & simpliciter uti sunt in ipso CENTRO; quia in CENTRO nullum cernitur DELUBRUM; sed tantum UNITAS CENTRI. Verum hæc tria DELUBRA quæ sunt CORONA SUMMA, SAPIENTIA, INTELLIGENTIA &c.* pag. 66. *Et MYSTERIUM hujus rei est illud Ps.* CXVIII. 20. *Hæc est porta domini; justi intrabunt per eam. Hæc est porta justorum, & illis est facultas adscendere illuc: Et hæc CORONA significat illum, qui est JUSTUS & in eo JEHOVAH: ille dignus est mereri DIVINITATEM, & hæreditario jure possidet eam. Et transit per eam in Regem qui est COLUMNA MEDIA (Mediator seu Reconciliator) qui est Rex & ipsius est Regnum* p. 126.

Verba Rittangelii pag. 3. mea facio. „Patere hinc „quoque universis & singulis sacræ paginæ addictis

„absque dubio censeo, antiquissimos & doctissimos „Hebræorum Theologos ab Abrahami tempore, ut „recentiorum Hebræorum libri testantur, tres primor„diales existendi modos vel potius juxta meliorem signi„ficantiam Hebrææ vocis NUMERATIONES, „EMANATIONES vel PROCESSIO„NES (quarum primam, CORONAM SUM„MAM, secundam, SAPIENTIAM PRI„MORDIALEM, CORONÆ SUMMÆ „per omnia æqualem & coæternam, tertiam, IN„TELLIGENTIAM vocarunt) statuisse, co„luisse & adorasse: Earumque coæternum, splendi„dissimorumque omnium splendidissimum splendorem „ex ipsissima Deitatis ipseitate, & è fontani luminis in„finitatis inaccessibili abysso egredi, ita tamen ut nihil „intelligatur de ea emanare vel procedere quò splendi„dissimus hic Deitatis splendor dilatetur & perfundatur, „aut inapprehensibilis ejus infinitas diminuatur. Et il„las tres NUMERATIONES, Emanationes „vel Existendi Modos, esse in Unitate maximè una & „perfectissima, nec ullam in se ipsis pati divisionem; „quum tamen ratione processus alia ab altera, ordine „suo tanquam inferior aut superior distinguatur, quam„vis quælibet harum in seipsa mensurari aut circum„scribi minimè possit. Prima igitur harum de qua in „hac Semita agitur, vocatur CORONA SUM„MA. Et propterea etiam ejus delubrum vocatur ad„mirabile vel absconditum, quia in hujus contempla„tione omnium mentis oculi caligant, linguæ obmu„tescunt, vox omnis silet, animus deficit, ob inper„scrutabilem ejus altitudinem: hoc enim peculiare & „proprium habet, quod omnes NUMERATIO„NES ab ipsa, illa vero à nulla procedat: Et com„prehenditur tribus Numerationibus superioribus, „quas nostri Theologi Personas vocarunt, quarum

„quæ-

„quæque ut diximus, incomprehensibilis est, secun-
„dum quidditatem, non verò emanationem.

Non possum committere quo minus hisce subjiciam ea quæ habet Clarissimus p. m. Altingius in Deuter. p. 423. b. *Raknat fol.* 201. *col.* 2. Nullam in lege literam esse *dicunt*, unde non magni montes dependeant; (*ut significent non supervacaneam esse plurium nominum divinorum congeriem, sed insuper inexhaustam esse sapientiam, quam Spiritus Sanctus in Scriptura deposuit; ut Scrutatio, quam Christus commendavit, Joh.* v. 39. *nunquam finem habere queat, sed quamvis tot seculis in iis laboratum sit, tamen abunde relictum sit, quod & in hoc & in futuris seculis occupatos habeat homines, & scrutantes non vento vanitatis, sed solidis divitiis impleat.*) Intellige, quod hic memoret initio Nomen illud propriissimum, post illud Deus Deorum, & tandem Dominus Dominorum. (*Sic quoque Ps.* CXXXVI. 1, 2, 3.) indicat enim istis tres personas primas, (*subsistentias*, הויות) & de prima dicit, qui facit mirabilia magna solus, ℣. 4. de secunda, ℣. 5. qui facit cœlum per intelligentiam, & de tertia qui expandit terram super aquis, ℣. 6. Deus ille magnus, validus & venerandus. Deus ille est Deus Excellus; cætera indicant tres patres, (*personas illas duas*,) Magnus indicat Benignitatem; Validus robur seu Judicium; Venerandus Misericordiam, ex illo apud te est Condonatio, ut timearis. *Antitrinitarii clamitant dogma istud novum esse & confictum a Christianis, & quæ in N. T. dicuntur de eo distorquent. Alii qui confutant ipsos, id tamen eis largiuntur in V. T. non quidem penitus ignoratum fuisse, sed tamen adeo obscurum, ut exigua admodum fuerit ejus notitia, adeo ut vix sine N. T. explicatione intelligi queat. Verum Judæi veteres illud habuerunt exploratissimum, adeo ut ubique ejus non tantum vestigia, sed demonstrationes reperiant. Ita ut heic quoque ex triplici descriptione Dei tres personas indicatas profiteantur, quarum omnium operam in creatione animadvertantur. Prima tribuunt ex Psalmo omnium*

actionum principium, qui Jehova Essentiator primus; mirabile maximum enim dare esse cum non esset, Job. V. 19. Secundæ, factionem cœli, Ps. XXXIII. 6. qui Deus Deorum, Elohim gubernator summus supra omnes creatos; quicquid Deus vocatum est præter ipsummet. Tertiæ, expansionem terrarum super aquas, Dominus Dominorum, qui exercituum seu incolarum productor Ps. XXXIII. 6. & in prima creatione terræ super aquas incubando fovit sua virtute Gen. 1. 2. Porro, Deum summum & unum prorsus, trium Patrum nomine denotant, id est personarum, quæ principium omnium rerum; quarum actiones sunt, in administratione mundi, & Ecclesiæ potissimum. Benignitas amplissima magnitudine, Judicium validissimum robore: Misericordia condonationis ergo reverenda.

Tandem audiri dignus est Clarissimus Whitby in Tract. de Vera Christi Deitate pag. 111. Notandum tertio Apostoli hæc verba, sensu Catholico per universa Æræ Christianæ sæcula obtinente accepta, cum Judæorum Antiquorum sententiis amice consptrare, ii qui in eorum scriptis summa diligentia versati sunt, multis edocuerunt. „Paulus Fagius in hæc verba Chaldaicæ Paraphrasis (Ego fuebam inter verbam Domini) sic loquitur, habet hoc peculiare Chaldaismus, ut plurimam mentionem faciat verbi Domini, maxime in iis locis, ubi Deus inducitur, loqui cum homine, quæ res pulchrè facit ad mysterium Christi, qui est Verbum Patris, & confirmat fidem nostram qua tenemus illum præsentem fuisse Patribus, sub variis figuris, & imaginibus nunc Angeli, nunc nubis, nunc flammæ, &c. locutum fuisse Patribus. Quod autem & veteres Hebræi per verbum Dei in Scripturis, Messiam intelligant, liquide videre est ex verbis R. Isaac Aramæi. Probatur præterea & hoc ex Paraphrasi Chaldaica R. Jonathæ in Psal. 110. ubi enim veritas Hebraica habet, Dixit Dominus Domino meo, Sede ad dexteram meam. Ibi Jon. habet, אמר יי׳ למימריה id est, Dixit Dominus Verbo suo. Speciatim Raymundus Martinus tria hæc ex eorum scriptis probat, viz.

Primo,

Primo, Christum extitisse ante Matrem suam, ante Sclem, immo egressus ejus fuisse ab Antiquo ante Dies saeculi. *Pug. fid. part.* 3 *dist.* 2. *c* 8. §. 11, 12. *Secundo*, *Verbum hoc* principium creationis fuisse, *dist.* 3. *c.* 1. §. 2. *Tertio*, Deum esse, *Ibid.* §. 5.

Familiarem priscis Judæis hanc veritatem fuisse ex novissime & paulo ante dictis, meo quidem judicio, perspicuum est. Imo, cum nulla ratio suadeat istiusmodi pluralitatem, eaque unice ex revelatione ulteriore cognoscenda sit, dubium esse non potest, quin gentes a Judæis nonnulla didicerint, quæ ipsis recepta erant. Hæc autem alia esse non potuere & diversa ab iis, quæ adhuc hodie ex prisca eorum Catechesi constant, & in suas hypotheses flexa, ea ratione sunt explicata quam apud Pythagoreos & Platonicos reperimus. Ipsa doctrina Philonis id ultro arguit. Pluralitatem quandam peculiarem & signate trinitatem, ita passim intrepide memorat, ut de re notissima ac receptissima confidentius loqui haud potuerit. Ex Targumim res pariter perspicua est. Sic & olim Judæi vocabula ipsa Personæ & Personarum adoptare haud sunt veriti, ut merito, communem Judæorum doctrinam dicat doctrinam trinitatis Tertull. Apol. c. xxi. ut & c. Praxeam c. 9. *quia jam adhærebat illi Filius, secunda persona, sermo ipsius: & tertia, Spiritus in Sermone, ideo pluraliter pronunciavit, faciamus & nostram & nobis.* Nihil Kabbalistis frequentius est, quam vocabulum *Parzuphim*, seu Personæ aut potius Personarum. Tres statuentes superiores *Sephiros.*

Inde factum putem Baptismi formulam a Christo præscriptam Judæos non offendisse. Imo facile foret ex non uno Scripturæ loco palam facere Deitatem Messiæ & universam de Trinitate Doctrinam, tempore Christi, adhuc multis Judæis fuisse agnitam. Christus vindicaturus, quam professus erat, suam cum Patre unitatem,

tem, atque identitatem, tanquam rem cognitam urget, multo magis nomen Dei competere Sanctificato a Patre, & in mundum misso, quam iis, ad quos verbum Dei factum est, adeoque λεγομένοις θεοῖς.

Jesum Nazarenum Messiam esse non admittebant Judæi, eaque hypothesis ab ipsis continuo in controversiam vocabatur. Messiam fore, qui Davidis jam olim Dominus fuerat, in dubium non vocant; Jesum autem de Nazareth eum esse, id erat quod sibi persuaderi non patiebantur. Johannes Baptista venisse se testatur *parandum viam* Domino Jehovæ *Deo nostro*, quo loquuto, deprehensuri erant *os Jehovæ locutum esse* Jes. XL. 3. 5. cujus erat *templum*, qui erat Dominus, quem olim *quærentes* fuerant Judæi, in *quo erat ipsorum beneplacitum* Mal. IV. 1. Quo regnante futurum erat ut *regnum Cælorum seu Dei* conspiceretur & Rex esset Deus ipsorum, Jes. LII. 7. *qui baptizaturus erat Spiritu*. Axioma profecto quod sibi vindicat formator Israelis Jes. XLIV. 3. Quo propter & tantis laudibus Dominum jam jam revelandum evehit. Ægre non ferunt Judæi usque dum hæc Jesu Nazareno applicaret.

Imo ne hæc quidem magnopere curaturi videntur, modo ne sibi suæque existimationi metuissent. Johannes, rogatus ab emissariis Judæorum, aperte tum ipsis tum turbæ testatur, Jesum esse *Filium Dei* & *Dominum*, coram quo via ab Angelo paranda erat; at nihil hactenus inde litis. Prædicat, Baptizat absque impedimento. Idem in ipso Christo observare est. Hic Hierosolymæ in ipso Templo illustria exhibet tum divinitatis suæ, tum missionis specimina, templum tanquam *sui patris* domum repurgat, sibique tribuit resuscitandi corporis potentiam. Nicodemum docet multosque ad se allicit; nec dum vix ulla lis cum Judæis. Johannis demum III. 20. memoratur ζήτησις, sed qua de re? ὅτι ὁ καθαίρων deinde Joh. IV. 1. invidiæ Pharisaicæ causa dicitur non hoc

)c aut illud dogma, sed discipulorum Christi incre-
entum. Erumpunt in apertam inimicitiam Naza-
thani; verum non antequam ipsos acriter pupugisset.
uc. IV. 27, 28. Deinceps violatio Sabbathi litis erat
ateria Matt. XII. 1-8. Marc. II. 23--28. Luc. VI.
-5. porro Joh. V. 1--49. Matt. XII. 9--14. Marc.
I. 1--6. quod factum est secundo ministerii ejus anno.
Certe Judaismus universus sic dictus, signatè pro-
res & Senatus, de doctrina & dogmatis parum viden-
r fuisse solliciti: haud secus atque hodie Papa, Cardi-
les, Clerus Romanus, utpote qui omnia concoquere
)test, modo ne aliquid doceatur, in quo Hierarchiæ
quod periculum.

Præfecturæ suę metuentes serio demum de Jesu com-
scendo consilia cudunt: quibus obtentum quæren-
s in sequiorem sensum trahere ipsius dogmata imo
palam oppugnare incipiunt. Potissimum postquam
Christum esse publice & absque involucro erat con-
ssus.

Verum & in altercationibus, cum ipsis Pharisæis ha-
tis, vestigia non obscura deprehendimus, receptæ
im & nondum prorsus exoletæ de Christi divina ex-
llentia doctrinæ: adeo ut ipse ex Psalmo CX. dispu-
ns, supponat tanquam rem notissimam David dudum
gnovisse Messiam Dominum.

Summa mea Cap. III. §. 382. *Quin imo & in ipsis*
scis Judæorum scriptis manifesta hujus veritatis vestigia jam
udum indagarunt Viri eruditi. Hac ex porta Justitiæ *pro-*
ucit Josephus de Voisin de Trinitate § VIII. Scriptum est
Deut. VI. 4. *Deus, Deus noster, Deus unus est: egregiè*
unc trinitatem docet, quod est mysterium unitatis nomi-
is Tetragrammati, hac ratione. Dictio prima, *Deus*,
efertur ad Literam primam nominis divini, *Iod*, quod
omplectitur mysterium *Coronæ*, superioris, & *Sapientiæ*
:cundum mysterium apicis Literę, *Iod*, & ipsius jod.

τό *Deus noſter*, deſignat *Intelligentiam*, quod eſt myſterium *He* prioris nominis *Sancti*. τό *Deus* deſignat *decorem*, quod eſt myſterium *Vau* Literæ tertiæ nominis divini. *Addit ex Zohar* אבא היא חכמה pater eſt ſapientia. ואו אתקריבן Vau vocatur Filius. אתתא מנרא Spiritus Dei eſt Intelligentia. *de loco Deut.* VI, 4. *diſſerit egregiè Brſterfeld c. Crell. p.* 107. *Sabbathi die quod tres celebrent convivia, huc reſpicit, in Libro jam allegato.* Quum quis tria celebrat convivia die Sabbathi, perinde eſt acſi unitatem Dei benedicti curaret NB. ſecundum Myſterium *Zach* XIV 9. *Deus unus, & nomen ejus unum.* *Deus cujus nomen eſt* בשלשה ספרים in tribus numerationibus *ex Ietzira Cap.* 1. בס השישה יסד מעונו וכלם ex tribus fundavit locum ſuum (*NB.* locus quotieſcumque de Deo occurrit, profecto intelligitur gradus eſſentiæ Dei benedicti. *Maimon. More Nebbochim part.* 1. *Cap.* 8) quæ quidem tria pendent & ſtant in unitate. *Hæc tria Hebræi vocant in lib. Ietzira* ספירים numerationes חתוארת hypoſtaſes & in *libro portæ Iuſtitiæ* פנים הפנימים perſonas & facies intrinſecas. *Hinc ludei in die Tabernaculorum*, Deus qui ſanctificaris tribus benedictionibus. *Notandum autem quod Emanationem quoque ſignificet Sanctificatio. Sic in Libro Portæ Iuſtitiæ.* Sexto Sanctificationem eſſe myſterium, quo deſignatur *NB.* proceſſio Emanationum è CORONA. (*hæc eſt Pater ut antehac notavimus*) quod eſt Myſterium Jeſaiæ Capite Sexto, Sanctus, Sanctus, Sanctus.

Harum rerum ignorantia aut neglectus & Scripturarum vim Myſteriaque fidei exinaniendi pruritus, faciunt, ut, quę Philoni domi nata, ſed Platonicis loge imprudenter expoſita atque adulterata ſunt, Platonica dicantur, & *in religionem relata* ante ſcriptum Euangelium & a Johanne ſollicite explicata. Quibus figmentis confirmandis ita parum ſufficit noſter, ut proprio ſe gladio jugulet, ſuasque nugas iiſdem verbis ſubvertat, quibus ea

emonstrasse videri vult & impudenter præ se ferre haud rubescit.

Certè ea quę περὶ τοῦ λόγου, (Græco vocabulo heic tor, quoniam de accuratiore illius versione nondum sceptatum est) quæ, inquam περὶ τοῦ λόγου p. 19. ex hilone adfert bene si consideraveris, non una ratione i prorsus adversa deprehendes. *ait Deum* προηγήσασθαι τὸν εἰκόνα Λόγον Πρωτόγονον, ὃς τὴν ἐπιμέλειαν τοῦ ἱεροῦ τούτου ἀγέλης, ὡσάπερ μεγάλου βασιλέως ὕπαρχος ἀναδέξεται εὖ *fecisse rectam suam Rationem Primogenitum Filium, qui ram sacri hujus gregis, ut magni regis præfectus suscepit.* t notet Lector quanto artificio illi, quam nobiscum gnoscere videri vult, veritati, continuo insidias struat. ideat obsecro, quam sollicite caveat, ne vel tantillum sibi excidat, quo confirmetur orthodoxa fides de ilii Dei æterna patrique coessentiali Deitate, illiusque istincta subsistentia, ab ea, quę Patris est. Imo impetrare à se non potuit, ut non potius torqueret atque exinaniret ipsius Philonis verba, quam ut in illis llum sit veritati præsidium. Hinc ad primum locum nuerat *in ejusmodi sententia fuisse, quæ similior esset dogmati, quod postea Arius propugnavit. Similior* autem comparativus est; at quænam illa est cui minus similis sit hilonis sententia, quam illi, quæ Arii fuit? Vel an am exprimere veretur? *Effectricem* δύναμιν *Deum* vocat hilo, & eam quidem δύναμιν quam a Patre omnium istinxerat; ita ut Pater intermedius esset, hanc effectricem δύναμιν inter & βασιλικὴν. Verum quid hic quod Arianismum sapiat? Philonis quidem causam non ago ut de ipsius mente altercabor, sed in Clerico id displiet, quod ita sedulo caveat ne Lector in orthodoxa fide Trinitatis nimis forte verbis Philonis confirmetur: Patrem certè medium dicere inter utramque δύναμιν, quamvis utraque Deus sit, puram veritatem sapit, quam & Cabbalistis agnitam vidimus p 50. & seq. Nil saltem heic quod Platonis sit,

Ad ſecundum locum Philonis idem ſe prodit virus. *Hæc certè viri Doctiſſimi inter Arianos, ipſum dogma Chriſtianum eſſe crediderunt.* Ante ſuum meiculoſe prodidit judicium, heic Arianis imputat eandem ſententiam. Doloſe ut orthodoxis eripiat argumentum, quo Philonis forte conſenſum hac in parte eſſent probaturi. En ſeriem verborum paulo altius repetitam. *Mundum*, cujus multas partes recenſet, ὡς ποιμὴν καὶ βασιλεὺς ὁ Θεὸς ἀληθὴ δίκην καὶ νόμου, προσησύμενος τὸν ὀρθὸν αὐτῷ λόγον πρωτόγονον υἱὸν, ὃς τὴν ἐπιμέλειαν τῆς ἱερᾶς ταύτης ἀγέλης, ὁἰα μεγάλη βασιλέως ὕπαρχος ἀναδέξεται (al. ἀναλάξεται) Sic verto *Mundum* ----- *tanquam paſtor ac rex Deus regi ſecundum jus & legem, præfecto genuino ſui Sermone*, ſeu Verbo *primogenito filio, qui curam ſacri hujus gregis tanquam magnus pro-rex in ſe ſuſcipiat.* Quæ religioni Chriſtianæ ſimillima eſſe nemo quidem negaverit; Platoni autem deberi, indeque concludere Platonica, jam ante ſcriptum Johannis Euangelium, *in religionem illata*, quin imo Johanni propoſitum fuiſſe, quo ſenſu voces illæ Platonicæ eſſent accipiendæ, Chriſtianos docere: nullis fiduculis ex hiſce Philonis verbis unquam extorquebit Clericus.

Quid ſi Philonem hæc à Chriſtianis accepiſſe contenderim? Audire utique potuit ea, quę, paſſim à Chriſto & Apoſtolis dicta atque inculcata, volabant per ora hominum. Judæos inter ſe, eruditos inprimis quotidie de iis ſermones miſcuiſſe quis dubitet? Filio à Patre regnum demandatum eſſe, *curamque ſacri gregis eum in ſe ſuſcepiſſe* nunquam non ingeminabant Chriſtiani. Vix concipi poteſt hæc prorſus fugiſſe Philonem; hominem rebus agendis idoneum & deſtinatum. Quin imo ex Veteri Teſtamento Regem, imo Filium Regem, eumque Primogenitum Filium, Judæisque mittendum noviſſe potuit, gregique præficiendum. Quid heic quod ex Platone ſolum diſci debuit? Ipſa *Sapientia*, utique

λόγ& istiusmodi hyparchatum sibi manifestis verbis ibuit: quo respexisse Philonem potius dixerim, quam t in hisce unicè Platonis cogitata & verba sua fecerit, σοφίαν & λόγον unum idemque esse Philoni Op. p. 128. videre est; & signatè eam σοφίαν quæ locuta legitur rov. VIII. Op. pag. 190. d.

Verum quid altercamur, cum ipse Philo hanc litem idum plane diremerit. Inspicias modo eundem locum dem hic ob oculos habuit Clericus, & mirare mecum minis supinam, ne quid pejus dicam, negligentiam. ὦ δ εἰρηται πθ. Ἰδὸ ἐγὼ εἰμι ἀποστελῶ ἄγγελον μ& *dictum enim alicubi: Ecce ego sum, mittam angelum meum ante ciem tuam, ut custodiat te in via.* Nisi Moten in Platonem verteris, hunc locum nullo colore iis accensere teris, ex quibus probes varias *voces Platonicas in religionem Christianam illatas esse.* Quid tibi polliceri de isthoc omine Lector poterit? Philo dicit se ex Scriptura loqui, imo ipsissima profert Scripturæ verba, idem tamen Philonis contextus nostro argumentum est, quo probet, *varias voces* in religionem, non Judaicam tantum, cui adhærebat Philo, sed Christianam illatas esse. At si forte, licet res ipsa a Mose accepta sit, voces tamen Platonicas ad eam exprimendam adhibere contendis, in promptu responsio erit, ipsissima Moses seu potius Dei ex Mose repetita a Philone adhiberi. Ubi vides Clerice, ubi candor tuus? Et tu pro ea, quae querimonia & Vatiniano in omnes fere vere Theologos odio, conqueri de illorum amaris censuris audes.

Quin ne quidem ipsissimum illud vocabulum πατὴρ. ὃν quod ita signanter memoras, Platoni debet Philo; quandoquidem toties in versione Alexandrina, imo nonnunquam de ipso Filio Dei futuro Rege Israel certe usurpatur Ps. LXXXIX. 27.

Sequens locus ne γρὺ quidem est validior, & præterea ita mutilus producitur, ut fidem tuam ea quoque

citatione magis mihi ſuſpectam reddiderit. Data opera verba nonnulla reſecat, & quidem ea, ex quibus appareret, non ex Platone denuo ſed ex Sacra Scriptura ſuo modo ſapere Philonem. En integrum Philonis locum p. 397. *Illud quoque mirari ſubit ſacrum Verbum, quod magna contentione ac celeritate intercurrit inter vivos & mortuos. Mox enim inquit Moſes ceſſavit attritio, non ceſſatura profecto, nec relevatura ab afflictione confractioneque animam noſtram, niſi amicus Dei diremiſſet ſanctos, qui vere vivunt, a profanis, qui mortui ſunt, ſi rem vere conſideres. Sed magis etiam miror dum NB e ſacris eloquiis diſco, quomodo nubes interjecit ſe medium inter Ægyptiacas & Iſraeliticas copias..... Verum Archangelo & antiquiſſimo Sermoni donum eximium conceſſit qui univerſum genuit Pater, ut in confinio ſtans id quod factum eſt diſcerneret ab eo qui fecit. Ille autem ſupplex ſemper eſt pro mortali peremte, legatus autem principis ad ſubditos. De dono illo (ſc. legationis) exultat & honore ornatus illud enarrans, inquit: & ego ſteti medius Deum inter & vos, neque ingenitus tanquam ſi ille Deus eſſem, neque genitus ut nos, ſed medius inter extrema, utriſque agens obſidem: apud creatorem, ut fides fiat nunquam eum deleturum aut deſerturum univerſum genus impuritatem pro concinno amplexum; apud creaturam vero, uti ea certam ſpem habeat nunquam Deo propitio curam operis ſui defore. Nam ego denuncio creaturæ pacem ab eo, qui bella tollit Deo, pacis cuſtode perpetuo. Poſtquam igitur de Sectione in parte aquas Sacra Scriptura nos docuit &c.*

Vides ſtudio omiſſa verba quibus palam eſt Philonem non Platonem heic ſed Moſen reſpicere. Imo apertè profitetur, ſe hiſce verbis explicare ea quę a Moſe dicta ſunt & apud Moſen reperiuntur. Ut fraus iſta Clerici nullo colore palliari poſſit. Signum quidem addidit, quo aliquid à ſe omiſſum eſſe ſignificat; verum iſtiuſmodi verba deſiderari, ex quibus contrarium apparet illius, quod ex iſtoc contextu probare nititur, non jam temeritas ſed dolus eſt.

En

En omissa, post verba *legatus autem principis ad subditos.* ἀγαλλεται ὃ δὴ τῇ δωρεᾷ καὶ σεμνυνόμενος αὐτῶν ἐκδιηγεῖται φασκών, Κἀγὼ ἱστήκειν ἀνὰ μέσον ὑμῶν καὶ ὑμῶν, ἅτε ἀγέννητος ὡς ὁ Θεὸς & vertit Gelenius *de dono sc.* legationis, *exultat & honore ornatus illud enarrans, dicit: Et ego steteram medius inter vos & Dominum.* Noverat Clericus, nisi hæc omitteret, fieri non posse, ut quisquam heic de Platonicis cogitaret. Satius igitur fuit subtesta fide agere, quam non δόλεῖν suæ hypothesi. Tanto autem imprudentius id a nostro factum est Critico, quanto magis initium, medium, finis, denique omnes hujus textus partes clamant Scripturaria non Platonica tradere Philonem. *Mox enim, inquit Moses, cessavit attritio.* Utitur iisdem verbis quæ occurrunt in versione Alexandrina καὶ ἐκόπασεν ἡ θραῦσις Num. XLVIII. 50. *Nubes media inter Ægyptiacas & Israeliticas copias &c. Scriptura nos docuit.* Omnia alium dictorum Philonis auctorem principem indicant, quam Platonem.

Et sane plurima in sacris, imo plus quam sexaginta loca legerat Philo, quæ, non consulto Platone nedum ipso auctore, ansam dabant de *angelo* loquendi, ne autem nova dicere videar & heri aut nudius tertius nata, Cyrillum Alexandrinum audi. *Consueverunt Sancti Prophetæ Dei Sermonem appellare angelum..... est magni Consilii Angelus* Jes. IX. in Oseam Cap. I. 1. Similia prorsus apud Theodoretum reperies in Exod. III. *Quando,* sunt verba Justini Apol. I. p. 95. *cum eo* sc. *Mose locutus est Christus noster.* Nihil Justino familiarius quam Angelus Sermo, Angelus Deus, Angelus Christus olim auditus, visus; creditus patribus. Similia sæpe Irenæus. Imo frequenter & Sacræ literæ & Ecclesiæ Patres de eo ut hominem inter & Deum medio, seu personam respicias seu munus. Ut & de Angelorum Principe; vocabulo magis conveniente non exprimendo, quam illo, quo utitur S. S. quando cum Ἀρχάγγελον nuncupat. Legitur

utique de Angelo מלין *interprete illo*, qui, intercedens pro peccatore apud Deum, provocat ad *repertum redemtionis pretium* Job. xxxiii. Apud Zachariam memoratur Angelus intercedens apud Jehovam Dominum exercituum, qui intercessione sua efficit, ut Angelus, loquens in Zacharia, jubeatur à Jehovah, loqui Zachariæ bona & consolantia verba, Zach. i. ἱκετὴς passim dicitur Philoni, idem juxta Hesychium quod παράκλητος, qui Christus est. Παράκλητον ἔχομεν πρὸς τὸν πατέρα ait Johannes, Epistola Prima Capite secundo. Quod vocabulum παράκλητος ut plura similia, ipsis Judæis quoque receptum fuisse notum est. Imo ipsum illum Jobi locum jam allegatum vertens Chaldæus, hoc vocabulo, utitur מַלְאָכָא אֶחָד מִן אַלְפִין דְּמַלִּיל טָב *Angelus unus Advocatus*. Glossa in Cap. iv. Pirke Avoth *Paracletus est interpres bonus hominis apud regem.* מְתוּרְגְּמָן הַמֵּלִיץ טוֹב עַל לַמֶּלֶךְ David de Pomis dicit antesignanum in bello quoque eo nomine venire: a quo ὁ ἄρχων ἄγγελος seu ἀρχάγγελος non longe abest.

Priscæ de Angelo intercessore & Archangelo fidei vestigia adhuc hodie in Judæorum scriptis manifesta sunt. En verba Bechai, spectatæ apud Judæos auctoritatis Viri, Eximium Doctorem רבינו passim appellant: Wagenseil. Tela Ignea p. 356. & 357. quæ exhibet Altingius in Exod. xxiii. pag. 55. *NB. hinc prima & tertia persona promiscue.* Officium *ejus defensio in viâ, & immissio in destinatam sedem ac possessionem*, ℣. 20. *NB. quæ Angelus loquitur & facit, Deus mittens se loqui & facere testatur; ob mutuam immanentiam, & essentiæ communionem.*

Clarissimi Altingii contextum si legisset Clericus, deprehenderet visum & facile solvi posse, imo solutum dudum esse nodum, quem nectit ad Exod. xxiii. ℣. 20. *Qui volunt τὴν δὲ πέρυ τελάδος σωτῆρα e jugo Sinaï montis locutum, Angelum saltem creatum promitti hic fateantur oportet, neque enim tuta eademque σωτῆρος sui ipsius nuncia esse*

poteſt: *quod miror a Viris Doctis non animadverſum.* Τὸ πρόσωπον apparuiſſe aut locutam eſſe, non eſt accuratus aut orthodoxis receptus loquendi modus. ὑφιστάμενον ipſam perſonam dicere aliud eſt quam ὑπόστασιν: at amat ita loquentes paſſim introducere recte ſentientes, ut cum veritate ſermonem quoque noſtrum oblivioni tradidiſſe, aut ſtudio ita torquere videatur, ut aut nihil dicere nos aut abſona loqui lectores credere jubeat. Mutentur igitur hæc verba & in illorum locum iſthæc ſurrogentur. *Qui volunt verbum Dei*, Dei filium primogenitum, angelum fœderis, perſonam ſecundam Sacro Sanctæ Trinitatis *e jugo montis Sinai locutum eſſe.* At quid fiet de iis qui id volunt? *Angelum ſaltem creatum promitti hic fateantur oportet.* Ego autem in creatum promitti nullus dubito, Clerico, multis Judæis heic magis cœco, nequicquam reluctante. Angelus certè, cujus faciem obſervare, & audire vocem ipſa gens ſancta jubetur, creatus non eſt. Cujus eſt remittere & non remittere peccata, in cujus, non ſuperficie, ſed *medio*, ſed penetralibus eſt nomen Dei, creatus certe angelus non eſt.

At quare creatum heic intelligam? Dicet Clericus, addetque mirari ſe *à Viris Doctis id animadverſum non eſſe.* Quis non argumentum expectet longe ſolidiſſimum? *Una eademque* ὑπόστασις, *una*, dicam ego, *eademque* perſona divina *ſui ipſius nuncia eſſe non poteſt.* At antequam reſpondeam precor Clericum ut ſe potius & cœcitatem ſuam deploret potius, quam miretur & aliena putet ea quæ ab aliis recte dicta ſunt. Quis mi Clerice decem verba locutus eſt? Nonne Jehovah? Deus forte tibi omni modo ac ratione unus, non trinunus. At an non ille in decem verbis ſui ipſius nuncius & teſtis eſt? Annon is qui dixit *ego ſum Jehovah Deus tuus, non habebis Deos alios coram facie mea, ego Jehovah Deus veſter, ſum Deus zelotes*, orationem eandem proſequens, deinceps dicit verſu ſeptimo, tanquam de alio, *non proferes nomen*

Jeho-

Jehovæ Dei tui, temerè, *neque enim Jehova, qui nomen suum* temerè *protulerit, eum innocentem habebit*, porro *quies erit Jehovæ Deo tuo. Sex enim diebus &c. perfecit Jehova, diei benedixit Jehova.* Quapropter in prioribus heic Patrem locutum esse & in sequentibus Filium haud absque omni ratione statuit Clarissimus Altingius. Quin in sequentibus idem observare est quod in decem verbis. Deprecatur populus ipsius Dei adlocutionem petitque ut Mosen audire liceat. Hic montem conscendit & quæ relaturus erat ad populum, in monte, procul satis a populo remotus, accepit, *tum dicebat Jehovah Mosi* XX. 22. is autem Jehovah denuo plus semel loquitur de Jehovah tanquam de alio XXII, 11. 20. XXIII. 17, 18, 19. Adeo ut in ipso hoc contextu eadem difficultate laboret noster, quam iis frustra nectit, quibus heic adversatur. Sic habet versus 17. *ter quotannis omnis masculus tuus coram facie Domini Jehovæ comparebit*, en Jehovam loquentem de Jehovah.

Nec ulla ratione te expedias, licet eam sententiam aliis præferas, *qua Angelum creatum Dei personam sustinentem, legem tulisse volunt* tum Judæi hodierni, tum Sociniani, quibus Papistæ, τῇ ἀγγελολατρείᾳ obtentum quærentes, adstipulantur. Hinc & error errorem trahit, unaque fictione aliam fulcit. *Angelum* nimirum *nomine Dei ὰμέσως loquentem, aliumque angelum, qui non personam Dei plane induerat, sed ejus legatum duntaxat agat, promittere.* Angelus creatus Dei personam ita sustinens in Scriptura nullibi reperitur, aut unus angelus creatus ita mittens alium. Et si hæc in hunc locum quadrent, malum certe verbum non fuit, quod tamen tale merito visum est Israeli eumque tantopere perculit Exod. XXXII.

Nec enim alius angelus ipsis Exod. XXXIII. promittitur aut qui majus quid præstiturus erat, quam quod hic præstiturus dicitur, nimirum *intromittet te ad Emo-*

raum

tum & missurus Israelem in Canaan. Vel an tantum ipsis a alio angelo creato situm est, ut terram versus proere detrectent, licet de occupatione terræ certissimi? Sic solent se multis absurdis implicare, qui, ἐμφύτως λάλουντες, admittere nolunt id quod Deus exerte cuit. Omnia plana sunt, si, agnito Sacro Sancto rinitatis mysterio, consideremus loqui Deum mittenam de Deo mittendo, cui demum competunt illius ngeli Cap. XXIII. promissi prædicata; cujus que sine comitatu merito iter promovere non audet Moses aut polus. Hujus ductu negato nihil erat quod illis animum adderet, ad expeditionem in Canaan suscipiendam. Deus utique tam creati Angeli mittendi, quam reati Angeli mittentis opera uti poterat eodem successu, cujus cum certior fieret Israel Exodi XXXIII. on minus quam antea, *malum certe verbum* videri non otuit, aut itineris suscepti promotio à populo non intum verum & a Mose ulla specie negari. Vel an lus præsidio, qui, paucis Angelis adhibitis ex æquo xiliari potest quam pluribus, unusque Angeli comitum, æque reddere validum atque alterius, diffidam, o quod, adhibita unius pro alterius creaturæ ope adesse eht & præstare promissa? Egregie igitur Judæus Rakati: *Hic Angelus sc.* Exod. XXXIII. promissus *non est Angelus fœderis, de quo tempore beneplaciti dixit facies mea ibit tecum, id nunc præsentia Dei gratiosa se subduxerat, voluitque alius Angelus ductu apud eos uti.*

Filio Sponsore ejusque præsentia destitutos plorasse arioni profecto longe magis convenit. Hic merito *facies* dicitur cum sit ἀπάυγασμα τῆς δόξης Patris, adeo ut *qui eum vidit & Patrem viderit* Joh. XIV. hujus comitatus confirmare animum, hujus auxilium Mosen & universum Israelem securum demum reddere & *quiescere* cere poterat. Raknatensis denuo: *Facies mea ibunt, hoc est, Anaclus redemtor, de quo dicitur, & Angelus faciei ejus*

servavit eos Jes. LXIII 9. & *Angelus fœderis quem vos desideratis* Mal. III. 1. αὐτὸς πορεύσεται *ipse præibo* habent, ut ipse notas ad XXXIII. 14. Septuaginta Interpretes. R. Sal. *non amplius mittam Angelum, sed ipsemet vos.* Utinam sciviſſet miser Judæus hunc Angelum, qui & *facies* dicitur, ipſum eſſe *Deum. Schechinah Meabu:* Onkelos.

Atque ita evaneſcit hæc nebula, & facile ſolvitur omnis difficultas. Loquitur una perſona Deitatis de alia. Sed dicet: Angelum Dei nomine loqui, adeoque eam perſonam, quæ nomine Angeli nuncupatur. Verum quo argumento probabit, Exod. XXIII. eam perſonam loqui, quę Angelus dicitur? Vidimus jam antea nunc unam nunc aliam loquentem introduci. Quid? Patrem loquutum Exod XXIII. dixerim? De mutata perſona cogitandi anſam in textu dari non negaverit quiſquis deprecationem quæ Exodi XXXIII. 12--17. narratur probe animadverterit.

Quid ni addo Spiritum Sanctum quoque venire nomine Angeli, Zachariæ locum non unum id nos docere vidimus antea. Is igitur loquens, dicere potuit, *mittam Angelum*, nempe Filius ut Sponſor Teſtamenti, ut dux, ut caput Eccleſiæ, à Spiritu quoque Sancto miſſus dici potuit. Eſt locus apud Jeſaiam XLVIII. 1. qui verti poteſt *ecce Dominus Jehova miſit me & Spiritus ejus* æque ac *& Spiritum ejus* Notavit id dudum Origenes c Celſum L. 1. p 35. καὶ νῦν κύριος ἀπέσταλκε μὲ καὶ τὸ πνεῦμα αὐτοῦ, *quæ verba cum ambiguum ſenſum habeant, utrum Pater & Sanctus Spiritus miſerint Jeſum, an Pater miſerit Chriſtum & Sanctum Spiritum &c.* poſtremum præfert, priorem licet, ipſo judice, verba ferant. Idem Coccejus Summæ Theol. Cap. XIII. 51. Tandem quid ſi dicam Filium Jehovæ dixiſſe de ſe, ut Angelo, ecce *ego mitto Angelum.* Ego ipſe vobis iſtam illum nunciùm &c. Atque ita plusquam una ratione ſolvi nodus ille poteſt.

Ad

Addit Clericus, *mirari* se *a Viris Doctis id non animad-*
versum, scilicet Angelum Deum heic non promitti,
ed frustra eo quod tum idem ex nostra sententia heic
equatur, tum probe animadversum sit a Viris Doctis,
d Trinitatis mysterium atque OEconomiam agno-
entibus, eodem habitu dici id Jehovah dixisse Zach.
11. 1, 2, quod, Juda teste, Angelus dixerat, sc. Fi-
ius Deus. Non desunt autem qui & notarunt id quod
on animadvertisse miratur Clericus, & facili negotio scru-
ulum quem ipse movet lectoribus exemere.

Verum, ut ad reliqua Philonis loca examinanda
ergam, opportune accidit, Clericum signate ad
um quoque provocasse pag. 21. §. 7. qui est in Tra-
atu, in quo demonstrandum suscipit, *Quod pejus*
it insidiari meliori, quoniam eundem exhibet Eusebius
raep. E. L. XI. Cap. XIV. & XV. addito judicio,
uod figmento nostri hominis prorsus est contrarium;
on enim de Platone somniat & ex ipsius scriptis illatis
Religionem vocibus, sed ex eadem scaturigine de-
ivat, quam nos post veteres ad unum omnes heic
deundam diximus. Cap. XIV. dixerat Platonem ea quæ
abet de *Secundo Principio*, non ipsum excogitasse, sed
x Scripturis hausisse, expressis locis unde haurire po-
uerit, hisce verbis ad calcem capitis adjectis, NB. *Hæc*
criptura cujus quidem doctrinæ sensum Philo Hebræus expo-
eit, clarius hunc modum illustrusque repræsentat; clarius
imirum quam Plato; ita tamen ut utriusque senten-
ia ex Scriptura repetita sit.

Lubet addere integrum Caput. *De primò totius uni-*
versi Principio hæc à nobis pro confessis habeantur. Nunc verò
in secundi contemplationem ingredere, quod Dei Verbum, ac
Deum ex Deò esse Hebræorum docent oracula, cujusmodi Theo-
logiâ nos etiam imbuti & informati sumus. Moses certè quidem,
Dominos agnoscit prædicatque duos, dum ait, Gen. XIX. 24. Et
pluit Dominus à Domino ignem & sulphur, super im-

piorum civitatem: *Tibi solito more similem apud Hebræos* amborus literarum notam expressit, *quæ alia non est, quam* illa ipsa quam efferre nequeunt, *elementis quatuor informata* divini Numinis appellatio. *Eidem quoque David accinens,* alius & ipse Hebræorum Prophetæ simul & Rex, *ita loquitur,* Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris meis: *Ubi* quemadmodum pueris Domini voce Deum maximum, *ita posteriori appellatione alterum ab illo declaravit. Quem enim cogitare fas est, qui ab ingenita Divinitate ad ipsius dexteram considendi* acceperit, *præter unum illum, quo de sermo à nobis instituitur* quem idem ipse Prophetæ, *planius adhuc alibi Patris Verbum* esse pronuntiat, *dum illum universi Multiorem esse testatur* ponit, Verbo, *inquiens,* Domini Cœli firmati sunt. *Quin omnium etiam, ejus ope & curatione indigentium, Servatorem illum esse confirmans,* Misit, *inquit,* Verbum suum, & sanavit eos. *Similiter ejusdem filius simul atque* successor Salomon, *appellatione quidem aliâ, sensu tamen prorsus eodem, pro Verbo Sapientiam nominans, hac illius ex Persona* commemorat, Ego Sapientia habitans in consilio, & cognitionem & intelligentiam invocavi. *Tum paulò post* ita prosequitur, „ *Dominus creavit me initium viarum suarum* „ *in opera sua. Antè sæculum fundavit me, in principio antequam* „ *terram faceret, antequam montes constituerentur. Ante* „ *omnes colles genuit me. Quando præparabat cœlum, aderam ipse.* Ejusdem quoque sunt quæ sequuntur, „ *Deus in Sapientia fundavit* „ *terram, præparavit cœlos in prudentia. Tum etiam ista,* „ *Omnia occulta & aperta novit: omnium enim artifex docuit* „ *me Sapientia.* Quibus sequentia deinceps adjungit, *Quid autem* „ *rem est Sapientia, & quomodò genita est? Ego referam &* „ *non abscondam à vobis sacramenta, sed ab initio nativitatis* „ *investigabo. Deinde rem illustrans uberius, Est enim, inquit, ipsa Spiritus intelligentiæ, Sanctus, unigenitus, multi-* „ *plex, subtilis, mobilis, disertus, incoinquinatus, omnem ha-* „ *bens virtutem, omnia prospiciens, omnes permeans spiritus, in-* „ *telligibiles, puros, tenuissimos, omnibus enim mobilibus mo-*

„ *bilius*

„bilior est Sapientia: penetrat autem ac pervadit omnia propter „suam munditiam. Vapor est enim virtutis Dei, & emanatio „quædam est Omnipotentis gloriæ sincera. Et ideò nihil inquina„tum in eam incurrit. Candor est enim lucis æternæ, & specu„lum sine macula Dei efficacitatis, & imago bonitatis illius. „Attingit autem a fine usque ad finem fortiter, & disponit „omnia suaviter. Hæc Scriptura. Cujus quidem doctrinæ Sen„sum Philo Hebræus exponens, clarius hunc in modum illustriusque repræsentat.

„Decet enim, inquit, eos, qui cum scientia societatem inierint, „ejus quod est, videndi desiderio teneri: aut, si minus id possint, „ejus saltem imaginis, hoc est sacratissimi Verbi. Quo eodem „libro, hæc etiam quæ sequuntur habet. Ut quis minus adhuc „filii Dei appellatione dignus fuerit, se ipsum tamen ad primoge„nium illius Verbum, qui Angelorum antiquissimus, ac ve„luti Archangelus plurimis nominibus insignis est, conformare co„netur. Et enim Principium, Dei nomen, Verbum, Homo se„cundum imaginem, & videns Israel appellatur. Itaque ad ce„lebrandas eorum virtutes paulò ante permotus sum, qui nos omnes „Hominis unius filios esse dicunt. Nam ut nondum idonei simus, „qui pro Dei liberis habeamur; ejus quidem imaginis sensum „omnem superantis, Verbi inquam sacratissimi esse possumus. Dei „enim Imago Verbum hoc antiquissimum est. Tum ista subjungit, „Quin etiam ab socio Mosis aliquo ejusmodi pronuntiatum esse „orientem audivimus, Ecce Homo, cui nomen Oriens. „Novum profecto nomen, si aliquem ex corpore animoque con„flatum intelligas. Sin autem incorporeum illum, ac divinum „exemplar ferentem accipias, tum enimverò, convenientissimum „hoc ipsi Orientis nomen impositum esse, facilè admodum libenter„que fatebris. Eum quippe Filium antiquissimum edidit univers„ Parens, quem etiam alibi primogenitum appellavit. Is autem ex „Deo genitus, in archetypa illius exemplaria respiciendo forma„vit. Hactenus ex illo Hebræi Philonis opere, cujus hic titulus est, „Deterius perfectiori semper infestum esse. Verùm cum „alibi veterum Hebræorum dogmata pietatem religionemque

complexa protulerim, tum verò quæ secundum ad Principium pertinent, hoc in Euangelicæ Præparationis opere, satis abunde pro instituto quidem meo disputata sunt: ad quæ proinde nunc studiosos remittam. Cùm igitur ejusmodi apud Hebræos de secundo rerum universarum Principio Theologiæ ratio fuerit, tempus jam est, ut Platonem in Epinomide ita differentem audiamus.

Locum quem exhibet Clericus §. 2. pag. 19. paritèr apud Eusebium reperies Præp. Ev. L. VII. c. XIII. p. 323. b. verum & huic ea præmittit quę Clerico è diametro adversantur, quando ad Capitis præcedentis calcem p. 322. sic infit. *Verum, ne arguas me putes, Hebræum tibi hominem producam; harum literarum sensa resignantem, qui cum res suæ gentis à Majoribus acceptas accuratè ac diligenter expendit, tum hujusce dogmatis rationem ex Doctoribus ipsis intellexit, si tamen ita de Philone persuasum habes. Audiatur, quemadmodum ipse similia divinæ Scripturæ loca accipiat.* Vides quam longè a Clerici figmento abfit Eusebius, utpote qui non ex Platone sed ex Sacris literis hæc Philonem didicisse nobiscum ita exerte affirmat.

Perge igitur Clerice & voces, Philoni ex Platone haustas, religioni Christianæ illatas jactita, iis quoque in locis, in quibus confirmandis ipse Philo ad Sacras Literas palam provocat. Est quoque in Scripturis phrasium ubertas quas allusit Judæus scriptor.

At videamus an ex reliquis locis exterebare queant pro temere asseveratis argumenta. Locus est p. 20. ex tractatu de Somniis p. 463. At quantumvis tædeat, denuo rogo, quid hic ex Platone, ubinam *variæ voces in Religionem illatæ*, quas ipsi debeamus? De *Pontifice* loquitur, fateor, at vocabulo notissimo Sacris Scriptoribus: de *Primogenito:* sed a quo, prisco tempore obiri solebat ut plurimum Sacerdotis munus, adeo ut, de Pontifice locutus, vix non cogitare de Primogenitis potuerit. Verum quæ hęc voces, quæ vel minima vocula Platonica? Vel an ex Platone didicit Pontificatum & Primogenituram alicui

tribuere, qui λόγος sit? Utique veritas est ex V. T. notissima. Quin & hoc, si ulpiam, ad Mosen, ad Sacras Literas toto contextu provocat ipse Philo. Allegoriis deditum esse Philonem frustra quis neget. Adeo quidem absque omni modo iis indulget, ut universum Pentateuchum allegoricè explicandum sentiat. Inter alias allegorias, hanc quoque reperio *Sacerdotem ingredientem in ædes Leprâ suspectas*, esse λόγον *animam nostram ingredientem*, hisce additis ὁ γὰρ ἱερεὺς ὁ πατὴρ ὁ λόγος, ὃν ὁ ἀεὶ πατὴρ χρὴ καλεῖν τὸν ἱερέα. ex quibus apparet unde ipsi natum sit τὸν λόγον vocabulo Sacerdotis exprimere. Sacerdos autem esse non potest, nisi & summus sit, adeoque Pontifex. Postulat id verbi excellentia lib. Ὅτι ἀτελεσπόητον τὸ Θεῖον Edit. Reg. p. 211. Gelinianæ autem p. 244. a & b. Alii hujus calcem propudiosa incuria factum, ut integer versus seu linea tum Græco desit textui tum Latino. At quid in hisce ex Platone? *Templa* nos dicit Paulus, at ubi id apud Platonem? In promptu sunt phrases Prophetis usitatæ, quas potius respexerit infensus Platonicis hostis, hostis inquam non ut Pharisæus, qui legi adhæserat, inde a pueritia, sed ut Christianus & Doctor gentium. Utique *habitare Deum apud eum qui contritus est & humilis Spiritu* exercuit Jesaias LVII. 15. *Habitabo in medio eorum* Ezechiel XLIII. 7, 9 tempore nimirum, quo materiale templum futurum non erat, saltem potissimùm eo tempore. Divina *sapientiæ* quoque domus tribuitur, ità descripta, ut de spirituali, de animarum domo non possit non cogitare, qui attente legerit Prov. IX. 1--6. *Germen Jehovæ sibi ædificaturum templum* Zacharias vaticinatur VI. 12. ex quo uno loco, si probè adverteris, omnia esse possunt quæ hoc a Philone dicuntur. Est *germen* Jehovæ, ἐστι ἰσχυὸς, ὃς οἰκοδομήσει τὸν ναὸν Κυρίου, καὶ αὐτὸς λήψεται ἀρετὴν, καὶ καθίξει ἐπὶ τοῦ θρόνου αὐτοῦ, καὶ ἔσται ὁ ἱερεὺς ἐκ δεξιῶν αὐτοῦ, βουλὴ εἰρηνικὴ ἔσται ἀνὰ μέσον ἀμφοτέρων. Tu mihi vel

unum

unum Platonis locum exhibe, qui tam multa continet in quæ digitum intendisse videri queat Philo. Imo ex universo opere Platonis si tantum collegeris convenientiæ, quantum hic unicus versiculus cum hisce dictis Philonis continet, eris mihi magnus Apollo. Vix operæ pretium est de hisce pluribus disserere. *Domus quædam aut templum sacratum fabricabatur*, quando Deus initio corpus formabat Adamo, *rationali anima, quatis illa divina imago circumferre debeat.* Op. p. 23. §. Sic in omnibus Scripturam spectat, suaque ex ea, non ex Platone derivare satagit. pag. 21. §. 6. *Philo, variis locis, docet* Λόγον *esse* εἰκόνα Θεοῦ *imaginem Dei* Siccine? at quid hoc ad Platonem, *vocesque* ex illius scriptis *religiose illatas?* cum ipse addas, Philonem Mosi adscribere, *quod Dei* Λόγον *vocet imaginem Dei.* Utique *facies* dicitur ille Angelus, cujus absque comitatu, iter Canaanem versus promovere non audebat Moses Exod XXXIII. *Facies Dei*, Deum referre necesse est. Vide ea quæ dixi pag 77. *Manna*, ut ipse observas ad Exod XVI. 15. Chaldaica terminatio est ן Man, habetque Onkelos מָנָא. Nimirum, ex traditione Patrum, Manna Christum designaverat verum panem vitæ, hinc ita appellare τὸν Λόγον commode potuit Philo. *Redemptor prior descendere faciet pro iis Manna, sic & redemptor posterior descendere faciet Manna.* Midrasch Coheleth Fol. 86. 4. *Messias ipse comestum* dicitur in Talmude Sanhedr. Fol 98. 2. Loca exhibet Ligtfoot ad Joh. VI. *Cibum Fortium* vocat Psaltes τὸ Man Ps. LXXVIII. Judæi putarunt fortibus Angelos denotari, adeoque Man, cibum fuisse cœlestem: vocatur quoque in textu *frumentum cœlorum*, seu cœleste. Quod homini, Philonis, more allegorizanti, facili negotio ansam dare potuit, de animarum cibo Sapientia & Λόγῳ cogitandi; adeo ut & in iis, quæ habet §. 7. pag. 21. nihil, quod aliunde esse, quam ex Platone haud possit producatur. Paulus exerte 1 Cor. X. 4. dicit, eundem

ipse

spiritualem cibum ac potum hausisse, & de Christo cogitat. Ipse Dominus Jesus declarat se esse verum Man Joh. VI 32. 33. ex quibus dubium non est quin Manna Christum respexerit.

Cave autem ne absonum putes, ex prisca Catechesi & paraphrasibus quoque sapuisse dici Philonem. Scio supinam linguæ Hebraicę ignorantiam ipsi Scaligero exprobari, ut an legere potuerit ambigat, in Bench. Trihæres. c. 18. ut & Epist. 13. ad Gilb. Seguinium. Potuit autem, linguæ Judaicæ ignarus, scire quæ inter Hellenistas non minus quam reliquos recepta erant, quorumque vestigia in doctrina, signate de Sephiroth, Kabbalistica, adhuc hodie reperimus. Philonis quisquis rite consideraverit: næ is Sephiros Kabbalistarum se reperire extemplo deprehendet.

Multa, ait Clericus, *alia sunt apud Philonem*, Christianæ *Doctrinæ affinia*. Credo equidem nec miror; cum Judæus fuerit, legeritque scripta ex quibus Christi & Apostolorum doctrina hausta est. Præterea ignorare non potuit quæ de Christo, de Apostolis, de doctrina eorum jam eo tempore omnium ore, doctorum inprimis terebantur. Romæ autem cum fuerit, maxime si cum Petro habuerit commercium, ut tu ex Hieronymo & Suida noscere voluisti, dubium non videtur, quin audiverit ea quæ Christus & Apostoli docuerant. Ut ut sit, jam in ipso tempore Tiberii res Christianorum, Romę, præsertim magnatibus, satis cognitę fuerunt. Tacitus, Neronis in Christianos sævitiem narraturus, A. xv. 44. *Repressam in præsens exitiabilem superstitionem rursus erupisse* dicit Nerone regnante. Fuit igitur ante Neronem sed repressa. Aquila quoque & Priscilla tempore Claudii Romam deseruere: imo fieri non potuit, quin missus ad Cajum Philo scire ea debuerit, & satis exactè. Cum enim *Judæi impulsore Chresto assidue tumultuantes* dicantur Sueto-

nio in Claud. 25. fieri haud potuisse videtur, ut Judæus, a Judæis missus ad Claudium, rationes dare non potuerit eorum, quę, a Christo patrata, Judæis crimini vertebantur. Taceo ea quę jam p. 74. notata sunt.

Formulam Baptismi *in nomine Patris Filii & Spiritus Sancti* quoque ignorasse, quis est qui sibi persuadeat? inprimis cum tot essent jam gentis suę homines hac ratione sacro fonte lavati. Crucifixus est Christus Dominus & resuscitatus eo tempore, quo undequaque confluxerant Judæi, qui res tum temporis Hierosolymis gestas, quocunque profecti sunt, non celavere, ut ignorare eas Philo vix potuerit.

Haud inscium autem & non assentientem tamen, quid magis in proclivi est ut credamus, quam priscę Catecheseos reliquias hujusce doctrinę, quam percrebescere indies probe noverat, ita interpolasse, ut nec negare videretur, id, quod, non una ratione, ipsi constabat; nec palam profiteri; cujus progressum impedire ita serio studebat. Fuisse enim templi & cultus Mosaici studio atque amore prorsus immodico nemine inferiorem, ex Legatione ad Cajum manifestum est. Plura addi possent, si ex professo hoc argumentum pertractare vellem. Verum hæc sufficient, ut constet, ne unica quidem voce ex Platone in religionem illata, Philonem scribere potuisse ea quę protulit Clericus.

Scrupulum, fateor, heic forte alicui movebit quod LXX. Interpretes tamen eandem doctrinam vix imo ne vix quidem reperisse videantur. Blesensis putat *data opera istiusmodi loca ab ipsis fuisse aut tam inextricabiliter obnubilata, aut aliud inhærendo mutata, aut penitus prætermissa, ne Ægyptii plures Deos coli ab Hebræis arbitrarentur.* Novarini Schediasm. L. XI. N. 161. Verum qui genium Judæorum non penitus ignorant, heic non hæsitabunt. Solent & hodie plurima abscondere, eumque in modum suis communicare ut aliis tecta maneant. Hujus hęc

ipsa, de qua loquor, doctrina insigne est specimen. Præterea verum non est a LXX. ita absconditam eam doctrinam esse, utpote qui multis in locis satis fideliter & emphatice verterunt loca in quibus Hebræus codex aperta satis hujus veritatis documenta exhibet. Quin Capellus, Vossius, Waltonus & similes vel ea ratione tantopere evehunt illius versionis puritatem, quod magis causæ Christianæ faveat, quam textus, ut Vossius loqui solet, Rabbinicus.

Inane quoque μορμολύκειον est omne id quod *de seducendis à facundissimo scriptore Christianis* obtendit p 21. Primo quidem ita rara erant, nondum, istis saltem in locis, cognita arte Typographica, ita rara erant librorum exempla; præterea tam tenuis passim sortis homines veritatem scrutantes eamque profitentes, ut à recens scripto opere tantopere non fuerit metuendum. Accedit, quod, jam ante tempus, quo Euangelium suum Johannes exaravit, vulgata multum fuisse Philonis scripta non constet.

Verum quæcunque tandem voces in religionem ex Platone illatæ sint, de voce tamen Λόγος illud verum non esse an Lectori validis rationibus persuadere possim faciam periculum.

Notatu quidem mihi dignum videtur veterum ad unum omnium de hac re silentium. Consule eos, qui & Johanni & Philoni non tantum longè fuere propiores; Irenæum puta Justinum Martyrem, Polycarpum, Barnabam, Ignatium, Clementem utrumque, Origenem. Taceo prolixa serie alios; non tanto propiores solum, verum & magnam partem in scriptis Platonis versatissimos, adeo ut plus quam unum eorum Platonicissimis penitus non imbutos sed incoctos dicere haud verear, neutiquam tamen reperies id ipsis notatum esse, quod post tot secula noster obtrudere lectori suo est ausus. Nihilominus Vocabulum Λόγος, quod eruditè no at,

Daniel Withby Anglus Doctissimus, Judæis & gentibus notum pariter atque ulitatum fuit. De Vera Christi Deitate p. 107.

Video eorum nonnullos, Origenem inprimis & Clementem Alexandrinum, quam diligenter si me notasse, quæ ex Platone pro ulla veritate Euangelica deprompsi potuere, neminì tamen in mentem venere nostri hominis somnia.

Celsus omni conatu id agit, ut nostra ex veteribus Philosophis, Platone signatè hausta probet, vocem tamen hanc Λόγος mutuam acceptam ab eo esse, quod omnino objiciendum fuerat, non dicit. Tacet quoque hanc rem Doctissimus & Φιλοσοφώτατος Imperator Julianus. Plurima περὶ τῦ λόγε disputata olim fuere. Cardo doctrinæ Christianæ ὁ Λόγος erat, ut si tale quid hoc obtendi potuisset, taceri profecto non debuerit. Tacent tamen inimici pariter atque amici tum veritatis tum Johannis Euangelistæ. Nemo nostrum agnoscit nemo adversariorum exprobat, id quod notasse non unam oblationem utriusque intererat quam maximè.

A Johannis tempore remotiores, singulatim Eusebius, Photius, Hieronymus, Suidas post tot de Λόγῳ certamina, de Philone illiusque scriptis ac sententiis loquentes, ante omnia notare debuissent id quod Johanni tam luculentam materiam suppeditavit; non sine ingenti credentium discrimine negligendam. Vide Euseb. L. 11. c. 18. Phot. Cod. 105. Suid. Orig. c. Celsum. Inprimis hic memorandum est Eusebium in Demonstratione Euangelica studiose & prolixe Lib. XI. XII, XIII. collegisse quæ apud Platonem repperire potuit religionem nostram spectantia, nullibi tamen hoc repperire quod somniat Clericus.

Imo est locus apud Origenem cujus circumstantiæ vix patiuntur, ut reticuisset, si quid tale cogitasset, nedum credidisset. At vide obsecro quam procul à nostri

homi-

hominis figmentis abfuerit Patrum facile doctissimus, quem, ut in Origenianis p. 194. d. refert Huetius, Hieronymus, & jam ante Didymus *alterum Ecclesiarum post Apostolos magistrum nuncupant*: imo Hieronymus in Præfat. ad L.ib. Hebraic. Nomin. addit *neminem hoc nisi imperitum negare*. Objicit Origeni Celsus c. Cels. L. VI. p. 275. plurima quæ ad agnitam nobis veritatem spectant *aptius apud Græcos* dici quam auctores quos divinitus inspiratos credimus. Respondet Origenes, ad homines convertendos, qui horum scopus est, magis idoneum stylum adhibuisse quam Plato aut similes. Seligit deinceps dictum quod in verbis Platonis præ aliis & utile & perspicuum videri debeat pag. 278. contendit autem multo id ante non minus concinnè in Scripturis dictum esse per Prophetam, ut & deinceps in N. T. a Johanne, signatè ubi de Verbo agit Euangelii Capite Primo. Quod posterius imprudenter dixerit Origenes, si per Philonem ea ex Platone mutua sumsisset noster Johannes. Regeri enim id à Celso potuisset: nec Origenes impunè addidisset, *melius Platone hos*, sc. sacros Scriptores, tam Veteris quam N. T. *vidisse tum quid scribendum aut quomodo, tum quid prædicandum quid non.*

Et si verum sit, quod excogitavit Clericus, Johannem in eo esse, ut *doceat quo sensu voces* ex Platone a Philone desumtæ *usurpari debeant*, tacere id non debuisset Origenes, minus autem falsè ridere crimen à Celso exprobratum, ac si, quæ *aptius* à Græcis dicta essent, minus decore essent elocuti, imo *parum intellectas Platonis sententias depravassent* scriptores sacri. Dicere cum Clerico debuisset, tam longè à *depravatione* abfuisse, ut verborum aut sententiarum genuinum sensum docuerint. Alia prorsus Origenes; imo ridet Celsum id obtendentem, innuitque non credere se de iis sollicitos fuisse Apostolos, ne Johanne quidem excepto, *Videndum an non vero sit absimile Paulum pelliums sutorem*, &

Petrum piscatorem, & Johannnem abductum a paternis retibus male intellectis Platonis addo & Philonis dictis seu Epistolis, *tales opiniones tradidisse de Deo* c. Celsum L. VI. p 279.

Addo veteres, qui data opera Johannis Caput Primum explicarunt, pariter ne quidem per somnium cogitasse de Clerici figmentis. Præter Origenem, Basilium prolixè id agentem consule, ad unum omnes tacent hasce Clerici nostri gerras. Chrysostomi precor Homiliam primam in Johannem legat Lector videatque quantopere ipsi displicitura essent quæ ita effudit audacter noster Criticus. Committere non potui, quominus aurei oris dicta pag. 35. lectori exhiberem, ut ut prolixiora. Usus sum versione Aretini. Est autem una ex LXXXVII. adeoque genuini Chrysostomi Homiliis in Johannem.

Johannem igitur, obstetricante Philone ex Platone mutuam accepisse vocem Λόγος, cum nullam quæ Platonis sit in religionem nostram jam tempore Johannis illatam probare potuerit Clericus, quis credat?

Præterea nisi falsa sit Clerici sententia haud video qua fronte ausi fuerint in scriptis polemicis non errores tantum Platonis tantopere detestari; verum & signatè carpere ipsius, præter mores, dictionem quoque ipsam. Nazianzenus Πλάτωνος ἰυγλωττίας τὰ γοητεύματα; οἱ κακῶς εἰς τὴν ἐκκλησίαν ἡμῶν εἰσέφρησαν ὥσπερ Αἰγυπτιακαί τινες μάστιγες. Versio habet in edit. Billii in Orat. XXVI. p. 458. b. *Platonicæ facundiæ præstigias, quæ velut Ægyptiacæ quædam plagæ in Ecclesiam nostram irrepserunt.* Qui autem agnoscere debent, se, imo Euangelistam ipsum, in negotio maximi momenti, à Platone mutuum accepisse amplissimi usus vocabulum; imo *voces Platonicas plurimas*, in *religionem* suam illatas esse, quos genuino sensu accepisse tanta res visa fuerit ipsi Johanni, ut data id opera *docere* voluerit: qui inquam hæc largiri tenentur; næ ii male sibi cosulunt istiusmodi Platonicæ dictionis contemtu.

Præ

Præ dictione magis adhuc detestantur dogmata Pla-
onica. Audivimus Chrysostomum verborum tonitrua
t fulmina in ea jacientem. Tertullianus uno vocabulo
mnia complectitur, quæ in Doctrinæ Platonicæ vi-
perium dici queant, quando eum appellat, *haretico-
m omnium condimentarium* de Anima L. 1. c. XIII. fa-
or, Platonicos se fuisse profitentur Justinus, Clemens,
lii, passim quoque Platonem reliquis Philosophis præ-
erunt; ipsam tamen, Doctrinæ Platonicæ indolem &
enium nec non dogmata vituperant passim & dete-
antur, quod ego quidem facere non ausos putem,
tanta deberent Platoni, illiusque voces ipsis θεοπνεύ-
ις tanto in precio fuissent.

Augustinus quidem non uno in loco, Arnobius alii-
ue insigni encomio ornant Platonem. Prior inprimis
Academicos Lib. III. Cap. XVII. Col. 453. a. Non ta-
en a nobis dissentit, in eo, quod ante omnia heic
onnunquam inculcandum est, nim; a vatibus nostris
idicisse Platonem ea quæ de divinis vera locutus est.
ide de Doctrina Christiana L. II. Op. Tom. III.
37. d.

Præterea jam ante Platonem creberrimi usus voca-
ulum λόγος est, nec significatu qualicunque, sed eo
uem & Plato adoptavit: adeoque Platonicum dicere,
on est hominis, qui aliis artis Criticæ ignorantiam
a falsè exprobrat. Epicharmum novit Clericus Poëtam
t Philosophum Pythagoricum, de quo Morcri in
Dictionario quod auctius edidit noster, *dont Platon, a ce
'on dit, faisoit bien son profit?* Eum autem vocabulo
όγος usum esse dudum animadvertit ὁ Στρωματεὺς
trom. L. v. pag. 605. Imo jam ante utrumque Or-
heus pariter eandem vocem adhibuit, eodem Cle-
ente Alexandrino teste, p. 607. post Platonem Ze-
oni *Citico* (Citieum dicit Clem. Alex. c. Jul. L. II. p.
2. a. edit. Spanhemianæ) *Cratetis Discipulo Stoicorum Secta*

prin-

principi Clem. pag. 301. d. eam vocem receptam fuisse Lactantius testatur. de Vera Sap. Lib. IV. c. 9. eadem fere apud Ciceronem & Laertium reperiri observat Betulejus. Platonica igitur vox nulla ratione dici potest veritati simili.

Adde ea, quæ tum Plato de hoc argumento sana docuit, tum reliqui post Platonem gentiles aut Poëtæ aut Philosophi, ex sacris literis petita esse. Solide id evinci potest. Quicquid enim ex revelatione illa, quæ omni homini communis est, qua τὸ γνωστὸν τ Θεῦ etiam gentibus revelatum docet Apostolus Rom. 1. 19. quicquid inquam ex ea sciri potest, non eo pertingit, ut Trinitatis Mysterium, signate doctrina περὶ τ Λόγου innotescat: qua de re in Summa Theologiæ suo loco mentem explicui. Et si vel Trinitatis Mysterium, non tamen doctrina de Mediatore, de Archangelo, de Filio, de eo creatore aut simile quidpiam solo rationis auxilio sciri potest.

Ad ipsum Clericum provoco Bibliot. Univers. Tom. X. p. 406. exertè dicentem *heic agi de re cujus naturaliter nullam habemus ideam, quæ & ipsa incomprehensibilis est supposita licet revelatione.* Qua igitur fronte Platonica dicit ea, de quibus, ipso confitente, citra aliam quam communem revelationem, nihil aut Plato scire potuit, aut ullus Philosophus.

Pervenit igitur ad illos horum mysteriorum qualiscunque cognitio ex revelatione illa quæ singulatim Ecclesiæ obtigit, & singulare medium est exequendi propositi gratiæ: qua tandem cunque via & modo ea gratiosâ illâ & misericordi revelatione unicè cognoscendæ, ad Philosophos illos gentium usque pertigerint, licet prorsus nos fugeret, haud dubium tamen est pertigisse. Docent id omnia loca, quæ continent salutaris veritatis particulas earumve vestigia solo humano acumine non indaganda.

Adeo

Adeo ut, licet Philo ex Platone, hicque rursus ex Zenone, Epicharmo, Orpheo, aliis similia quædam de mysteriis nostris verba exhibeant atque sacri scriptores, his tamen ea non illis vindicanda sint auctoribus, adeoque nec Platonica nec Philonica aut Zenonica dici debeant. Quin ipse Plato & res illas & verba illius generis, his, signate Barbaris, imo peculiari divinitus aliquando factæ revelationi debere non negat. *Plato non it inficias, se ea quæ sunt in Philosophia præstantissima mercatum esse a Barbaris* Clemens Strom. L. 1. p. 302. *Sic ergo & Barbara & Græca Philosophia æternæ veritatis avulsam quandam particulam, non è Bacchi Mythologia, sed ex verbi, quod semper est Theologia, decerpsit* Clem. Strom. 1. p. 98. d. *Quod longè quidem infra Mosis ætatem fuerint Græcorum sapientes, ostendetur paulo post, quod autem modus ejus quæ fuit apud eos Philosophiæ, fuerit Hebraicus, jam considerandum est.* Idem pag. seq. d. *A prophetica & verè antiqua διπρόθ quæ apud Græcos fuerunt pulchra profluxerunt dogmata.* Idem Strom. L. v. p. 579. b. Similia habet Theodoretus Serm. 11. de principio Tom. IV. p. 498. 00. *aliam itaque doctrinæ rationem aggrediar, ostendamque tum Platonem, tum qui eum secuti sunt, ab his divinis viris Theologiæ quapiam compilasse suisque illa libris inseruisse.* De sequioris ævi Philosophis Plutarcho Numenio ac habet. *Hi namque cum post adventum redemptoris nostri exstiterint multa Christianæ Theologiæ suis libris inseruerunt. Itaque Plotinus & Numenius, Platonis mentem explicantes, tria illum dixisse ajunt, quæ sint supertemporalia & æterna: bonum, mentem, & universi animam. Ac bonum quidem vocare quem nos dicimus Patrem, Mentem vero quem nos Filium Verbumque appellamus; Potentiam autem quæ animet omnia & vivificet, universi animam vocat, eam ipsam videlicet quam sacræ literæ Spiritum Sanctum nominant. Atque hæc ipsa, ut dixi, ex Hebræorum sapientia & Theologia subducta*

ducta sunt. Hymnorum enim conditor David, divinum mu-los concinens, & divina resonans gratia, exclamavit di-cens: Verbo Domini cœli firmati sunt, & Spiritu or ejus omnis virtus eorum. *Sed & Sacra Euangelia Plutarchus & Plotinus inaudierunt: quod & Amelius ille qui Porphyrii Scholæ præfuit, manifeste ostendit. Admira-tur enim vehementer proœmium a quo Joannes Theologus orsus est, sic loquens:* Et hoc ergo erat Verbum, se cundùm quod semper fuerunt quæ facta sunt, sicut Heraclitus ipse censeret, & ita per Jovem barbarus homo censet, in principii loco ac dignitate Verbum apud Deum constitutum, Deumque esse, per quem absolutè omnia facta sunt. Quod itaque factum est, in eo dicit & vivens & vitam & ens fuisse. In corpus autem illapsum carnemque indutum, apparuisse ho-minem, in quo tamen & naturæ suæ magnificentiam tunc ostenderit. Cumque morte obita solveretur, rur-sus ad divinitatem rediisse affirmat, Deumque esse, qualis videlicet priùs fuerit quàm in carneum corpus hominemque descenderet. *Usque adeò barbari homo Theologiam suspexit homo Platonis aliorumque Philosopho-rum eloquentiæ innutritus, ut Verbum confessus fuerit esse in principio, ac Deum esse, & apud Deum esse, & omnia feciisse, omibusque vitæ causam ac dispensatorem esse: sa-lutisque omnium causam, majestatem quidem divinitatis carne occuliisse, at in parva & crassa illa corporis nebula pa-ternam nobilitatem detexisse. Nam & divinus Euangelista cùm dixisset,* Et Verbum caro factum est, *divinæque naturæ immutabilitatem ostendisset, adjecit,* & habitavit in nobis, *docens ita humanam carnem induisse, ut ineffa-bilem incorruptumque divinitatis splendorem emitteret.* Vi-dimus *enim inquit,* gloriam ejus, gloriam quasi un-geniti à patrè, plenum gratiæ & veritatis. *Divinitatis siquidem ejus radios amictus ille carnis non debilitavit: sed hac ipsa circumdatus manifestabat quis esset, & a quo tan-*

tam radius emicaret. Quod si adversarii veritatis usque eo veritatem admirantur, ut vel exiguis inde compilatis rticulis libros suos exornent, neque illæ, quamquam mul- falsitati admixtæ, splendorem suum decusque hebetent, l etiam in fimo uniones fulgeant, ac juxta Euangelium, ux in tenebris luceat, neque à tenebris occultetur: nc facile est cognoscere, quam adamandæ, quamque ad- randa sint sacræ disciplinæ à mendacio & falsitate sejunctæ.

Non res tantum significatas sed & vocabula Chri- anis vindicat, signate vocabulum λόγος, non enim cit, quem Plato, sed quem nos *Filium Verbumque cimus.*

Eusebius Dem. Euang. Lib. XI. multus in eo est, ex Hebræorum disciplina repetitam probet Platonis ctrinam, eam inprimis quam περὶ τοῦ λόγου tradidit. ist Platonis mentem verbis ejus propositam hæc ha- t. Cap. XVI. *Annon tibi videtur Plato, dum hæc ait, ebræorum dogmatis insistere: Unde enim alioqui ipsi in ente veniret.... moderatorem universi Patrem dicere? Un- porro, huic ipsi rerum conditoris* Κυρίου *Domini nomen im- uere &c.*

Taceo ea quæ de Platonis præceptore Pythagora veteres, nimirum ab Hebræis doctrinam suam hau- sse, imo circumcisum fuisse cum Carmelitis, Eliæ & lisæi disciplinam in monte Carmel imbutis ac pro- ssis, versatum, filiæ denique nomen Saræ imposuisse de Photium Cod. 259. quin & ex Hebræis ortum mbros. L. 1. Ep. VI.

Imo ipse Plato agnoscit barbaris se debere plurima, uo nomine Judæos quoque designatos ex Philone ad bajum aliisque novimus & in Dissertatione adversus pencerum fusius demonstravimus. Exerte Josephus lavius c. Appionem L. 1. p. 927. *Pythagoras non so- m agnovit disciplinam nostram, sed etiam ejusdem multa pide est amplexus.* Aristobulum, Hermippum, imo

ipsum Malchum seu porphyrium illis consentientem alibi produximus, nim. in jam memorato Tractatu adversus Spencerum de Ritibus Mosaicis, qui in *Variis meis Sacris* occuerit.

Philo ipse heic nobiscum prorsus idem sentit & argumenta suppeditat, quibus Clericum convictum demus. Haud minus clare enim quam alibi Origenes testatur Platonem, quæ sana habet, ex sacris ejus suffuratum, utar denuo ipsius Clerici verbis, mentem Origenis ex L. c. *Celsum p. non negat*, inquit, *Platonem de Deo loquentem veritatem locutum; sed eam à Judæis didicisse.* Quin imo omnem veram sapientiam & rerum divinarum cognitionem ex Mosis doctrina repetitam universum c. Celsum opus clamitat. Neque id *nonnulli Patres* ut alibi ait Clericus Biblioth. Tom. X. p. 389. verum omnes, quotquot ea de re legere contigit, statuunt. Velim mihi indicet scripta in quibus secus sentiant. Impedite fateor ea profert Plato, verum sic solet, judice Vossio de Philos. Sectis Cap. XII. §. 15. *imo* (1.) *dictio ----- Platonis*, ait Varro ille Belgicus, *minus est idonea ad Philosophandum. Dialogis suis Poëticè magis loquitur, quam comœdia facit, ut multos sensisse testis est Cicero.* (2.) Diversas hypotheses commiscuit ut notat idem Vossius loco citato §. 2. (3.) Neque aperte ausus est eloqui quæ didicerat. Unde ipsi ab Origene, Clemente, Nazianzeno aliisque, post Justinum, cicutæ metus, aperte exprobratur, Socratisque exemplo deterritum uno ore testantur. Hinc factum putem, ut ea, quæ de Mosaica veritate resciverat, ita obscure atque impedite exprimat & Mercurium potius auctorem laudet quam dilectum Deo gentis aliquem.

Vidit id Clericus cum dicit *se non inquisiturum an Plato hæc habeat à Chaldæis, an vero quæ nonnullorum Patrum sententia est ex Veteri Testamento.* Biblioth. Tom. X. p. 389.

. 389. Verum sive Chaldæis illa debeat, sive Judæis, Platonica non sunt. Præterea *fieri non potest, ut quis in criptis Philosophorum Græcorum discernat quænam ex sui nimi sententia:* quænam vero ex Chaldæorum, addo go, aut Judæorum scriptis sua fecerint, *quod factum t a Platone post Pythagoram;* sunt verba Clerici ex Bi-lioth. Tom. VII. p. 5. Quod si huic nostro negotio pplicavero, conspicua erit hominis temeritas, Plato-ica dicentis ea, quæ Hebræis debentur. Quod ne-ari utique non potest de iis quorum idea, *nobis natu-liter nulla est*, ut dicentem audivimus, pag. 32. quæ-ue an *a Chaldæis* habeat, *an ab Hebræis, discerni non potest:* er quorum utrosque doctrina Patrum, si non integra, agnam tamen partem & forte confuse potuit innote-ere. *Imo Græci bona fide confitentur, Philisophiam suam Orientalibus dimanasse* Clericus Biblioth. Tom. VII. . 6. Non apparet reliquarum partium Philosophiæ haldaicæ major antiquitas, quam illius quæ Astrono-iæ *Zoroastri*, singulatim a Stanleyo adscribitur; quan-uam trinitatis quoque doctrina ex sententia Marsilii, icini ad Plotin. v. 1. 8. *Zoroastrica & Platonica* icenda sit. Ut ut sit, manifesto satis apparet, non inus Chaldaicæ quam Græcæ sapientiæ novitas, ubi um Mosaica comparantur; ostendit enim Stanley Hi-orie of Philosophie, referente Clerico, Biblioth. om. VII. p. 8. tempora Samuelis forte attigisse ve-istissimum, illorum sex, qui nomine Zoroastris ve-iunt. Quo fundamento bene posito, secundum ethodum a Justino, Origine, Clemente Alexan-rino, Theodoreto aliis observatam, facili negotio idebis, sapientiæ Chaidaicæ auctorem ac fontem in octrina Patrum quærendam adeoque ex sacris repe-ndam esse. Doctrina veritatis, cujus rudera in Græ-is reperimus, cognita & propagata fuit a Noacho & Noachidis. Historiarum certe sacrarum, qua-

les sunt de Creatione, Paradiso, Raptu Enochi, Cataclysmo, Noachi ebrietate, & similibusque, cognitio ad Chaldæos, plurosque alias gentes percrebuit. Grotii Notæ ad V. T. & tractatus de Veritate Rel. Christ. Huetii quoque Alnetanæ Quæstiones & ante ipsum Pfanneri Systema Theologiæ Gentilis, Gales Court of Gentils, id cumulate docent.

Quemadmodum autem in fabulas versæ fuerunt veræ rerum narrationes, sic & præcepta & dogmata corrupta & erroribus mixta, suisque adaptata hypothesibus, a Philosophis tradita nemo nisi indoctus aut præjudiciis excæcatus negaverit.

An autem per conversationem cum Judæis, an vero per lectionem librorum divinorum, an forte per utramque gentium sapientes hæc acceperint, *non satis liquet* ait Origenes c. Celsum L. VIII. De conversatione luculenta testimonia congessit Voigtius Dissert. Histor. de Trinitate p. 73. & seq. Imo Sacras litteras nonnullis ipsorum lectas esse, non sine conspicua veri specie idem statuit & probat p. 76. qua occasione sic satis solide evincit, versionem Scripturæ Græcam, at forte minus accuratam, extitisse ante tempora Philadelphi. Duas memorat Alstedius, quarum una Ptolomæi Lagi, altera Philadelphi ætate adornata sit. Vossius, ut solet, judiciose conjicit, laborem illum vivo parente Ptolomæo Lago cœptum, sed Philadelpho filio regnante absolutum esse. Eusebius jungit expresse Patrem & Filium L. VII. c. XXVI. Voss. de Hist. Græcis L. I. Cap. XII. p. 74.

Ut ut sit, Philonem quoque ex sacris ea mutua accepisse quæ de *Verbo* docuit, Eusebius, ut jam notatum est, prolixè docet Dem. Euang. Lib. XI. Cap. XVI.

Verum id quod hactenus in genere adseruimus, τὸ δὲ λόγος signatè demonstrandum nunc est, nimirum tum doctrinam de eo, tum ipsum quoque vocabulum, non esse ex Platone *in religionem illatum*.

De

De re ipsa en Platonem nobis adstipulantem, Phi-
æb. p. 17. *Et Antiqui nobis meliores, & Diis propinquio-*
es hanc traditionem de Uno ac multis nobis transmiserunt.
Ad quæ verba Doctissimus Galæus Philosophiæ Ge-
neralis L. III. Cap. 1. Sect. 2. §. 2. *Mihi haud du-*
ium est, quin Plato, per priscos illos homines, Græcis
neliores, & Diis propius habitantes, Judæos intellexerit;
nos alibi Barbaros vocavit. Et generatim asserit Plato ve-
am cognitionem de Deo non acquiri, nisi Deo duce: ideo
uxilium implorat, ut ducem se præbeat. Plato sæpius
gnoscit Rerum veritatem penes se cæterosque Philosophos
aud esse, sed tantum εἰκόνας *illius veritatis,* νόθῳ λογισμῷ
πεπλασθείσας, *adulterina quadam ratiocinatione effictas*
atque efformatas. Imo mentionem facit Συρίας ἢ Φοινικίας μύθου
yriæ & Phœniciæ fabulæ: quam alibi ἀποῤῥητον *nominat.*
ta Repub. III. p. 414. memorat Phœniciam fabulam, de
mnium hominum productione e terra, ac inde fraternitate.
erranus heic notat vestigium primævæ veritatis, *de*
Adami formatione ex terra.

Non levis quoque in hanc rem ponderis sunt ea quæ
e Pythagora, Judaicarum rerum cognitione, tum con-
versatione tum forte & lectione Sacri Codicis haud le-
iter tincto in præcedentibus disseruimus; adeo ut &
lle sua magnam partem Judæis debeat. Ut potius
logmata nostræ religionis in Platonicam illata Philo-
ophiam dixerim quam secus.

Verum & de vocabulis, ut rerum signis, idem à
Galæo ita demonstratum copiose est, ut ipsius verba pro-
lucere potius quam actum agere velim. Sic ille Philos.
Gener. L. III. Cap. 1. Sect. 2. §. 2. *Platonis Philosophiam*
Sacris Scripturis, vel immediatè, vel saltem traditione
nediatâ haustam fuisse, non solum Doctorum attestatione,
ed & argumentis insitis haud difficilè erit demonstrare.
Primùm, Hypothesis nostra non parum lucis excipiat ab ipsis
Platonis concessis. (1.) *Plato agnoscit, Græcos literas ac*

voces

voces à Barbaris accepisse. Ita Cratyl. p. 425. Παρὰ βαρβάρων τινῶν αὐτὰ παρειλήφαμεν· εἰσὶ γὰρ ἡμῶν ἀρχαιότεροι βάρβαροι, Nos à Barbaris quibusdam illa suscepisse: Barbari enim nobis sunt antiquiores. *Plato hic dissimulato Judæorum nomine, primævæ antiquitatis elementa ab iis derivata esse agnoscere videtur: illud hic subinde inculcans, rectam nominum rationem a Barbaris, ut antiquioribus petendam esse. Barbarorum nomine intelligendos esse Hebræos satis liquet ex vocibus, quas docet Plato è Barbaris traductas fuisse. Sic* Ἥρωες Heroes *ab* חירין Herin, Esa. xxxiv. 12. *vel* חורים, Eccl. x. 17. Jer. xxvii. 19. Principes. Γῆ Ge terra, *a* גיא Gę vallis. Ἥλιος Sol, *ab* אל El Dei *nomen.* Ἔρεβος tenebræ, *ab* ערב Hereb, tenebræ, Gen. 1. 5. Σοφοὶ Sapientes, *à* צפים Sophim Speculatores, Sapientes. Ἀρετὴ virtus, *ab* Ἄρης Mars, *& hoc ab* עריץ Arits, fortis. Ἡδονὴ voluptas, *ab* עדן Heden, Paradisus, voluptas. Μοῦσα Musa, *a* מסר Musar, Eruditio. Ἔρως Amor, *à* רעה rahah amare. Καλὸς bonus, *à* כלל calal, perfecit, *vel à* כלה perfectus fuit: ἀγαπᾶν amare, *ab* עגב agab, amare. Διπλῆ διπλόη בפל duplicare. *Complures alias voces Græcanicas citat Plato, quæ non nisi Barbaricam sive Hebraicam admittant originationem. Hoc bene notat Clemens Alexand. Strom. 5. p.* 248. „ *Primæ autem & generales dialecti Barbaræ quidem, nomina autem habent naturæ. Nam & pluces fatentur homines esse potentiores quæ dicuntur voce Barbara, (i. e. Hebraica.) Porrò autem Plato, in Cratylo, cum* πῦρ ignem *vellet interpretari, dicit esse nomen Barbaricum, i. e. Hebraicum: quippe* πῦρ *deducitur ab Hebræo* אור Ur ignis. *Literas vocesque Græcanicas ab Hebraicis ortum habuisse satis demonstravimus, Court of Gent. P. I. B. I. C. 12. Idem Euseb. præpar. Evang. l. 11. c. 6. p.* 514. „ *Mosem illum, qui longè antequam vel ipsum Philosophiæ nomen auditum esset in Græcia, de nominum impositione tam sæpe, tamque diligenter suâ passim historiâ disputavit,*

„ *qui-*

quique partim eorum, qui apud sese erant omnium, uti singulorum maximè natura postulabat, cognomenta statuit, partim eorum, ubi de viris sanctioribus ageretur, mutationem, divino totam arbitrio judicioque reservavit, quum ubs natura potius, quàm ex impositione quadam sua rebus ingulis constare nomina intelligeret. Ἑπόμενος ὁ Πλάτων φέρεται τοῖς αὐτοῖς, οὐκ ἄλλως ἢ βαρβάρων μνησθεὶς, ἐν ᾧ φησας τόνδε σώζεσθαι τὸν τρόπον, τάχα που τὸς Ἑβραίους ὑπόμενος, &c. Principem hoc in genere ducemque quutus Plato, eandem prorsus insistit viam, nec alioquàm Barbarorum mentionem facit, apud quos m nominis imponendi rationem servari testatur; ebræos, opinor, significans, cùm apud alios sanè rbaros hoc studii solertiæque genus haud facilè reerias. Enimverò docet in Cratylo, nequaquam id omen habendum esse, quod ex condicto mutuoque nsensu, nonnulli indiderunt, sed potiùs quandam ominum proprietatem apud Barbaros, &c. *Barbarom nomen de Judæis interpretantur etiam Justinus Martyr, piphanius, Nicephorus, & Tatianus, ut* cap. 2. Sect. 1. 1. *Idem Steuch. Eugubinus*, Peren. Philos. l. 2. c. 2. estatur Plato, Græcos à Barbaris didicisse, sed ab s accepta meliora fecisse. *Platonis verba sunt, Epinom.* ἄμεινον τοῦτο εἰς τέλος ἀπεργάζονται.

Agnoscit Plato, cognitionem Dei Unius ac Infiniti *ræcis traditam esse ab antiquis, Deo propinquioribus, nirum Judæis. Ita Phileb.* pag. 17. Καὶ οἱ μὲν παλαιοὶ ρείττονες ἡμῶν, καὶ ἐγγυτέρω θεῶν οἰκοῦντες ταύτην φήμην παέδοσαν, ὡς ἐξ ἑνὸς μὲν καὶ πολλῶν, &c. Et Antiqui nobis eliores, & Diis propinquiores hanc traditionem deno ac multis nobis transmiserunt. *Mihi haud dubium st, quin Plato, per Priscos illos homines, Græcis meliores, & Diis propius habitantes, Judæos intellexerit; quos alibi Barbaros vocavit. Et generatim asserit Plato, veram cognitionem de Deo non acquiri, nisi Deo duce: Ideò auxilium mplorat, ut ducem se præbeat.*

Plato, de Aurea, sive innocente hominis Ætate disserens, ait, Politic. pag. 207. &c. (1.) Hominem è terra primò natum, (2.) nudum ἄρρωτον, (3.) verè felici & aurea conditione præditum, (4.) cum Animalibus (*scil. serpente*) colloquutum, (5.) non indiguisse externis adjumentis, &c. (6.) Omnium φιλοσοφώτατον, &c. *deinde concludit:* Sed hæc omittamus, ἕως ἂν ἡμῖν μηνυτής τις ἱκανὸς φανῇ, donec aliquis horum idoneus appareat Interpres. *Ut autem hæc se aliunde desumpsisse testatur Plato, hanc narrationem* μῦθον *vocat, cujus expectat commodum Interpretem. Traditam igitur à primævis temporibus, & præsertim à Judæis harum rerum cognitionem innuit.*

Plato, in Timæo, p. 29. *de Universi ortu tractans, ait*, Æquum est meminisse, & me qui dissertam, & vos qui judices estis, φύσιν ἀνθρωπίνην ἔχομεν, ὥστε περὶ τούτων τὸν εἰκότα μῦθον ἀποδεχομένους, πρέπει μηδὲν ἔτι πέρα ζητεῖν, Naturam humanam habuisse, ut de his probabilem fabulam, sive Traditionem adepti, nihil ultra inquiramus. *Quibus significat, Universi ortum non nisi Traditione notum fuisse. Hæc autem Traditio à Judæis originem duxit, ut alibi demonstratum fuit. Plato enim Mundi creationem eodem modo, quo Moses, describit. Ita Clemens Alexandr.* Strom. 5. p. 435. Pythagoras, Socrates, & Plato dicentes se audire vocem Dei, τὴν κατασκευὴν τῶν ὅλων θεωροῦντες ἀκριβῶς ὑπὸ θεοῦ γεγονυῖαν, καὶ συνεχομένην ἀδιαλείπτως· ἀκηκόασι γὰρ τοῦ Μωϋσέως λέγοντος, εἶπε καὶ ἐγένετο τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ ἔργον εἶναι διαγορεύοντος, Considerantes universorum constructionem quæ à Deo accuratè & perfectè facta est, & ab eo perpetuò continuatur, audiverunt Mosem dicentem, DIXIT ET FACTA SUNT, qui ostendit verbum Dei esse opus.

Plato agnoscit, certissimum ac tutissimum modum investigandi animæ immortalitatem fuisse per Verbum Divinum. *Sic Plat. Phæd.* p. 85. Nisi qui potest tutior

certiore modo, firmiore videlicet vehiculo, ἢ λόγῳ τινὶ, sive divino quodam verbo traduci & transitti. Divinus *hic* sermo *a Platone*, de Leg. 3: *nuncupatur*, λόγος παλαιὸς antiquus sermo, & ἀπίστητος δόξα tio superaddita: *quam Plutarchus appellat* παλαιὰν πίστιν, tiquam fidem. *Quod proculdubio de Traditione Hebraivel scripturali intelligendum est. Ita Just. Martyr vult*, icunque in Platone, vel aliis Philosophis memora- παλαιὸς λόγος, fama antiqua, intelligendum esse traditione Mosaica.

Plato, Alcibiad. Socratem inducit agnoscentem, se cultus Dei cognitione, cujus tamen studio totus flaet, ἐν κλύδωνι διακεῖσθαι, ac proinde ardentissimis votis æceptorem expectare, qui hæc doceat. *Et Plato saus agnoscit*, Rerum veritatem penes se cæterosque ilosophos haud esse, sed tantum εἰκόνας illius veritas, τῷ λογισμῷ ἀπεσκαφθείσας, adulterina quadam ratiocinatione effictas *atque* efformatas. *Fatetur*, se divino odam sermone opus habere, quo ad veritatem deicatur; quam se amice amplexurum testatur, siquis monstrarit, & meliora docuerit. *Denique Plato aliando mentionem facit* Συρίης καὶ Φοινικίης μύθου, Syriæ & hœniciæ fabulæ: *quam alicubi* ἀπόρρητον *nominat. Ita* epub. 3. pag. 14. *memorat* Phœniciam fabulam, de mnium hominum productione è terra, ac inde fraernitate. *Quam fabulam Serranus vult esse vestigium prieve veritatis*, de Adami formatione ex terra; *& sub omine fabulæ Phœniciæ doctrinam Hebraïcam designatam isse. Ita in Symposio, Plato memorat Phœniciam fabulam ve traditionem, de* ἀνδρογύνῳ Androgyno: *quam interpretatur Eusebius, de formatione Evæ ex Adami latere, ac nde de ipsorum conjunctione ac unione. Et hæc mihi certa idetur esse regula; quod ubicunque Plato mentionem facit yriæ ac Phœniciæ fabulæ, ut plurimùm intelligendum esse e traditione antiqua Judaica.*

At quorsum plura cum tanquam de cathedra d
ctanti Clerico si credimus, composita jam hæc lis si
Homousiani enim *iisdem verbis quibus Hebræi usi sun*
Art. Crit. Part. II. §. 1. Cap. XIV. §. 22. Id quo
heic contendimus. Inprimis cum Homousianoru
principatum aliquem Euangelistæ nostro lubentes d
feramus. Et sane de vocabulo λόγ id ex præceden
tibus luce meridiana clarius est.

Imo Platoni licet usurpatum quoque, Johanni t
men & Barbaris accepta refertur & vox ipsa & id quod
significatur; tum ab Amelio L. II. Græc. Affect. p. 3
Cyrill. Alex. c. Julianum VIII. Fol. 177. p. 1. qui e
Porphyrio hausisse videtur. Edit. Spanhem. p. 283.
Euseb. Præparat. L. XI. cap. XIX. *Amelius ille Plat*
nicus qui una cum Plotino & Gentiliano Romæ floruit
Cyrillus Alexandrinus. Proclum non satis arcte Plato
nicis adhærentem, Augustino quoque lectum ex Gr
tio ad Joh. I. discere potuit Clericus.

Philonem LXX. Interpretum versionem legisse & s
cutum esse probatu facile foret, id si jam agerem, suff
cient quæ notata sunt p. illa autem vocabulum λόγ
passim adhibet, & iisdem in locis, quæ de Dei F
lio agere veteres sæpissimè inculcant ut Ps. XXXIII.
Hag. II. 6.

Allusit quoque Philo quando vocabulum λόγ ad
hibet plus semel ad ea, quæ de creatione in Mosis libr
primo reperiuntur. Sic τ θεῖον λόγον memorat τ ταῦτ
διακοσμήσαντα de Mundi Opificio Op. p. 3. f. pag. 5.
mundus dicitur ἱδρυθεὶς ἐν τῷ θείῳ λόγῳ; hunc prius f
ctum, fecisse deinceps omnia putat Philo. Quapropte
vocabuli hujus hoc sensu accipiendi auctorem Plato
nem fingere, futile commentum est.

Potuit præterea ex Paraphrasi Chaldæa hæc didicis
Philo, utpote quæ toties totiesque Verbum Dei memo
rat, ubi de Filio Dei sermo est: id quod probat & vin

dicat

dicat quem heic denuo typis descriptum vides Tractatu Stephanus Rittangelius. De tempore conscriptorum aut consarcinatorum Targumim disputare nihil attinet; quandoquidem antiquitas, illius saltem, quod Onkelosi nomine in Pentateuchum reperitur extra controversiam ponenda videtur, ut ex Pfeifferi Critica p. 318. videre est. Nec Josephi aut inter Christianos Origenis, Hieronymi, Epiphanii silentium nos movet. Verum de hisce alii dudum satis copiose.

At nodus vindice dignus videtur, quod Philo tum Hebræam tum Chaldæam linguam penitus ignorasse dicatur: adeoque uti non potuerit Paraphrasi Chaldaica. Scaliger, fateor, *Hebraismi ita imperitum* dicit, *ut dubitet an etiam legere sciverit Hebraice* in Trihær. Serar. c. 18. *Tu miraberis, ego non miror. Ejusmodi enim erant Alexandrini Judæi & reliqui* Ἑλληνισταὶ: *quo nomine distinguebantur a Judæis Hebraistis, qui Biblia in Synagogis Hebraicè & Chaldaicè legebant. Isti verò Alexandrini, Græca tantum legebant ea, quæ hodie extant.* Idem Epistola 13. ad Scguinum pag. 98. Consentit noster Crit. pag. 11. §. 1. Cap. 111. §. 9. 226. Verum, ut iis quæ de hac difficultate dicta sunt pag. 89. verbum addam, dandum aliquid hyperbolico Scaligeri genio. Moderatius ut solet Reinesius in Epist. ad Daumium Epist. XLIIX. *Alexandrinus ille Philo*, de Pseudo-Philone dixerat, *fuit Vir gravis, disertus, omni liberali doctrina excultus quanquam quod de ipsius Ebraismo fertur, non admodum probent οἱ τεἰβωνες.* Imo prorsus contrarium verum dixerit, quisquis Eusebium consuluerit Hist. L. 11. Cap. XVIII. *Sed & Hebraicorum nominum quæ in lege & Prophetis occurrunt, interpretationes ab ipso compositæ esse dicuntur.* Quod ne dici quidem aliqua veri specie potuit, si ita rudis & ignarus Hebrææ Linguæ revera fuerit. Passim occurrere perverso significatu vocabula Hebræa inficias non eo;

verum cum id factum videam nonnunquam ut aut allegoriæ cui deditus est, aut aliis speculationibus suis indulgeat; & præterea ipsis LXX. interpretibus crebro contingat: tam supinam ignorantiam homini Judæo, Sacerdotali familia oriundo, omnigenaque eruditione culto an merito exprobret Scaliger eruditi judicandum trado.

Linguarum cognitionem prolixe saltem laudat & commendat Philo. De Confus. L. p. 252. b. c. Præterea Libro Secundo de Vita Mosis p. 510. confidenter admodum de perfectione Alexandrinæ Versionis judicat *convenientia rebus invenerunt nomina quæ sola declaratur erant sensum commodissimè.* Hæc verba præ reliquis seligo, ne quis excipiat Philonem ex mente aliorum loqui. Quod licet de reliquis in hoc contextu occurrentibus negare haud queam, heic tamen in hisce non obtinet. Quæ an candide & prudenter a Viro sapientissimo dici potuerint, ne quidem legere Hebraica idoneo, sane ego multus dubito. Chaldaicam istic loci dici quidem a Philone, at eam intelligi, quæ nobis Hebraica audit, docti jam dudum notaverunt.

Verum ignoraverit Linguam Hebræam, scivit tamen Græcum Vocabulum, quo Judæi Hellenistæ exprimebant id quod Targumista dicit מימרא ד'. Et sane cum toties ὁ λόγος memoret, qui fieri potuit, ut ignoraverit id respondere vocabulo, Targumistæ creberrime usitato; atque inde a captivitate Babilonica, forte & sub ea, imo & ante eam in vulgus ipsum cognito. Quin imo ausus non fuisset, vocabulum illo significatu toties adhibere, ubi de Deo ejusque filio loquitur & sermone, nisi Patrum doctrinæ responderet.

Notatu autem dignum est, quod Phrasi Chaldaica propriissime respondeat ὁ λόγος, imo, ut ne a Sermone discedamus, Chaldæi suum מימרא passim adhibent, signate ubi memoratur פי יהוה *Os Jehovæ* Num.

Num. XXII. 18. XXIV. 13. Lev. XXIV. 12. Deut. I. 27. 43. IX. 18. 23. Jer. I. 20. XL. 5. LVIII. 14.

Taceo ignorare non potuisse penitus ea quę Hellenistis non minus quam reliquis Judæis ex communi traditione erant recepta, quorum vestigia in doctrina Sephirothica adhuc hodie cernimus. Cui ut p. 89. nobis dictum est, Δυνάμεις Philonis mirum in modum respondent.

At licet largiar Philonem Platoni debere vocabuli illius de Filio Dei usum; non tamen sequitur ex Platone in *religionem illatum esse*, ut adseverare ausus est Clericus: cum luce meridiana clarius pateat ex præcedentibus, tum auctores profanos ante Platonem, tum LXX. Interpretes & Targumim & ipsum textum Hebræum ea continere, quæ Græce loquentibus, ansam dare potuere hoc vocabulo istoc sensu utendi.

Et si vel *in Religionem* Judaicam *illatum* sit, quis te docuit Johannem, Piscatoris Galilæi filium, Piscatorem, scripta Philosophorum legisse, aut ex iis differentes unquam audivisse? Quis veterum id unquam commentus est?

Incides forte aliquando in loca quæ ne huc aliquando trahas, ipse proferam, tibique nullum in iis esse præsidium paucis palam faciam. Augustinus Confessionum L. VII. Cap. IX. *in Platonicis scriptis non quidem hisce verbis, sed hoc idem omnino multis & multiplicibus suaderi rationibus, quod in principio erat Verbum: hoc erat in principio apud Deum, omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil, quod factum est in eo, vita est & vita erat lux hominum & lux in tenebris lucet &c.* At quis non videt, heic Platonem ipsum non indigitari, cum ea verba, nedum prolixam probationem eorum, apud Platonem haud ullibi reperias. Sunt ipsissima Johannis verba, quibus similia apud Amelium. Hæc legit Augustinus. Hujus scripta merito Platonica nuncupat. Atque eo sensu in Platonicis hæc legi & confirmari dicit.

Et

Et si hæc verba apud Platonem ipsum legisset, non sane veritati divinæ alicubi similia docentem tantæ obscuritatis accusaret, de C. D. L. Verum cum in hac denominatione Filii Dei ad Ps. xxxiii. 6. & Gen. i. secundum Augustinum allusio sit, Platoni eam acceptam referre non potuit.

Alter est locus Origenis c. Celsum L. vi. pag. 278 *Johannes aliquanto post dixit, quod vita erat in Verbo, & vita erat lux hominum.* Nimirum post Platonem. Verum 1. non ex Platone est, nedum Platonicum omne id quod Platonico simile dicitur ab aliis. 2. Proxime præcedentia Prophetam non Platonem memorant. 3. Imo ex omni contextu apparet in eo esse Origenem, ut, licet concedat, *quædam placita nobis esse cum Græcis communia*, probet pag. 276. statuat tamen scribendi modum Sacris Scriptoribus receptum, longe esse efficaciorem ad homines tum convertendos tum salutari mysteriorum cognitione imbuendos. *Imo*, inquit, *si verum fateri licet, paucis profuit, si tamen profuit, Platonis & similium exculta atque accurata oratio: multo autem pluribus ista simplicitas hominum tam stylo quam doctrina ad captum vulgarem se attemperantium: ..... Hinc factum est ut rudes quantum ad Græcam Philosophiam attinet, Jesu Discipuli.... Quapropter multisciis Græcorum sapientibus errantibus in opinione de Deitate, Deus elegit stulta hujus mundi, ut sapientes pudefaceret. Quod autem repente velut flamma, lumen excandescat in anima*, notandum est hæc verba inferi ab Origene ut objectionem, qua evincere conatur Celsus, *multa aptius apud Græcos dici* p. 275. quid autem respondet Origenes? *multo ante in Scripturis dictum est per Prophetam, Græcè* πρότερος οἶδεν ὁ λόγος εἰπὼν ἐν τῷ προφήτῃ, *prior novit* ὁ λόγος *dicens in Propheta &c. Sed & Johannes aliquanto post dixit, quod absque ipso nihil factum sit illius quod factum. In verbo vita erat, & vita erat lux hominum, quæ quidem vera lux illuminat omnem*

hominem venientem in verum & mentalem mundum; &c. Quamobrem antiquissimus Propheta, qui vixit plus quam quarta decima ætate ante Cyrum &c. Videte differentiam inter pulchrum illud Platonis dictum de summo bono: & dicta Prophetarum de beatorum lumine.... ajo melius Platonē hos vidisse, per gratiam divinitus sibi concessam; tum quid scribendum; aut quomodo, quid nec scribendum nec evulgandum, tum quid prædicandum, quid non. Hanc scribendorum & non scribendorum differentiam docens Johannes &c. piget plura transcribere. Hinc judicet Lector an aliquid præsidii sit Clerico in Origene. De rebus hoc libro non disputat ὁ περὶ τὰ ἀπὸ φιλοσοφίας ὑπ' αὐτῆς ἀποδεδειγμένα *non adversus ea quæ de Philosophia ex ipso expôsita* seu prolata sunt: sed de *stylo* λέξει, &, ne hac quidem in parte, aut antiquitate; aut utili concinnitate Sacros Scriptores à Platone superari contendit. Singulatim Johannis λέξιν quæ est in Euangelii primo capite exemplum profert. Adeo ut; Johannem verbum illud toties isthoc in capite repetitum à Platone per Philonem mutuum accepisse, longe abfuerit à mente Origenis. Abjectim nimis de Lectoris judicio sentire viderer, si singulatim notarem ea quæ hisce in verbis argumenta reperiuntur; Clerici commentis penitus adversa.

Unum non possum satis jam prolixe agitatis addere, quod solum sufficiat. Nimirum ipsum Philonem locuturum de mysteriis sollicitè abigere solere Philosophorum nœnias & præstigias. *Divina enim mysteria tradimus his qui talibus sacris digne initiati sunt, hoc est, qui veram & minimè fucatam pietatem colunt cum modestia. Illos autem, haud quaquam ad hæc sacra admittimus qui tenentur morbo insanabili, fastu verborum & nominum copia, & NB. præstigiis ethnicis..... Adducam horum testem idoneum Mosen illum sanctissimum..... Reliquum autem vulgus hominum nomina imponit rebus: ut aliud ipsa sint aliud sonent earum vocabula: apud Mosen vero*

nominum impositiones manifestissimè res ipsas indicant ut res necessario in nomen abeat sine ulla differentia. Op pag. 86. & 88. E. De λόγῳ autem quæ tradit, qui mysteriis accensçat, & passim, cortice remoto, ἀλληγορικῶς proponat, nemo in dubium vocabit, nisi qi Philonis scripta nunquam inspexerit. Unde an Platoi ea accepta retulerit perspicuum est.

Quin imo exerte ipse Clericus ante Philonem a Ju dæis docta dicit ea quæ de λόγῳ tradit Philo. Ad Joh 1. 3. pag. 27. Idem aperte fatetur Arthurus Bury novus in potissimo Christianismi negotio prævaricatoi Latitud. Orthod. pag. 59. & 60. Postquam ex Gal no nonnulla & ex Platone huc facientia produxerat subjungit: *Hanc de* Trinitate *doctrinam è* Mosaicis *scripti hausisse Philosophos gentiles, identidem jactitabant Græcarı Ecclesiarum patres;* & Eusebius *ea de re librum integrum non sane exiguum, disertim scripsit; tam Judæorum qua Gentilium de hac doctrinâ consensum demonstrans.*

Nec sanè diffitendum in ipso Mosaicorum librorum limi expressa videri ejus vestigia. 1. Patrem *loquentem.* 2. Ve bum *prolatum.* 3. Spiritum *moventem. In aliis insuper V teris Testamenti libris idem apertius edocetur.* 1. Unu Deum *esse omnium* Patrem *ubique inculcatur.* 2. Sapient *apud* Salomonem *æternam sibi cum patre præsentiam vendi cat.* 3. Spiritus, *Sampsonem ad facinora miranda corrob rat,* Saulem *ad prophetandum cogit,* In locis altis & sar ctis, & cum spiritu humili ad revificandum cor contr tum, *habitare se profitetur. Hæc adeo* Judæis *familiaria,* Virgo *simplex Angelum,* Piscatores *inerudit* Christum *de* Spiritu Sancto *loquentes, promptè intelligerent.* Ju rene autem an injuria prævaricatorem dixerim, pe nes lectorem judicium sit, modo attente legerit ea qu occurrunt ejusdem libelli p. 109. *Quamdiu duraver mundus, tam diu mundo imperabit Christus: postea no erunt ad creaturas Relationes eoque nullæ in Deo Perso*

na

arum Proprietates, sed Unicus Deus, NB. *unica persona.*

Verum, ne quicquam neglexisse videar quod huc facere quis forte putet, addo, licet ad Philonem, aut etiam Platonem, *Galilæum Piscatorem*, ut Chrysostomus alicubi eum nuncupat, seu, ut alibi, *Piscatorem Johannem à paternis retibus abductum*, respexisse largirer Clerico, omni tamen fulcro destitutum fore id quod quinto loco statuere ausus est pag. 16. *Apostolum docere quo sensu voces illæ Philo-Platonicæ usurpari debeant*, uno verbo: Johannem fuisse Philonis quidem primum, at & dein Platonis Scholiasten.

Utique ignotus hactenus fuit verus Johannis scopus si is fuerit, multumque debet Ecclesia tum Sandio tum Clerico quod eum ita feliciter detexerint. Gerræ!

Mirabitur procul dubio quisquis acutum Clerici ingenium & insignem doctrinam noverit, qui fieri possit, ut ita graviter impingat, fingatque ea quorum nec vola nec vestigium in universa antiquitate reperitur, quæque omni rationis specie, imo vel minime probabili obtentu carent.

Abditos recessus alieni animi rimari meum non est; verum ubi sese ultro produnt, ægre ferri non potest, si, causa veritatis id flagitante, absque animadversione haud prætermittam. Passim prodit noster Clericus de eorum se numero esse qui minus necessariam ad æternam beatitatem obtinendam censent fidem mysteriorum religionis Christianæ: sufficientem putantes eam veritatis cognitionem, quæ, absque ulla revelatione, præter eam, quæ omni homini attendenti obtingat, per verbum aliquod Dei facta sit, haberi potest ab iis quoque qui Christum non cognoscunt aut profitentur. Pluribus ipse hanc sententiam exprimit Biblioth. Tom. x. p. 195. & seq. additque Veteres ita sentientes ea causa ullius heterodoxias non fuisse accusatos p. 196, nihil-

nihilque statuisse quod repugnaverit sententiis orthodoxis illius temporis, opusque eam sententiam docere posse considerari tanquam opus genuini Christiani. Verum ægre non feret si falsam doctrinam vel hoc nomini ipsi imputare audeam.

Saltem sententia illa posita, non potest non minoris pretii haberi Scriptura Sacra, utpote quæ doceat dogmata ad salutem quidem scitu & creditu necessaria, sed quorum sufficiens saltem cognitio ex ratione naturali gentiumque scriptis hauriri possit. Me quod attinet, fateor si ejusdem essem sententiæ, Scripturam mihi non fore tanti. Quin sæpius dicere soleo, Socinianus si essem non multo majoris me facturum sacrum codicem quam Antonini Pii aut Senecæ aut Epicteti aut Theophrasti aliorumque ethnicorum scripta.

Hinc facilis lapsus est in audaciorem & temerariam Criticen, non semel infeliciſſimè à Clerico exercitam utpote qua jam de scriptoribus, jam de scriptis ea docet, quæ, nisi prædictum errorem amplexus esset, haud ita incogitanter in chartam conjecisset.

Ejusdem originis est cacoethes illud Spenceri, Marshami & similium, quo omni studio id agunt, ut quam rarissime, si unquam, Christus ejusque tum Deitas tum meritum reperiantur in Mosaicis non tantum verum & universis Sacræ Scripturæ libris. Grotium heic antesignanum habent Latitudinariorum nomine hodie se jactantes. Saravius, in literis quas Gudianis subjunxit Burmannus, laudatissimi Patris Filius haud degener, hæc habet p. 145. *Audite Viri Docti de Grotii annotatis in Epist. Pauli & cætera Novi Fœderis. Sacras paginas dum tractat Heinsius, imperitum se prodidit atque ἀθεόλογον; Grotius vero ostendit se non esse Christianum; adeo Servatoris nostri Nomini ubique se profitetur infensissimum. Per cuniculos quidem, nec apertè grassatur, nec minus tamen malus est, insidiosus & metuendus.*

Et

Et si quid occurrat in quo ab istiusmodi mysteriis averti mens penitus non potest, gentilium perreptant scripta, ut, simile quid reperientes, habeant quod contemtioni & despicientiæ in quam Mosis scripta omnemque religionem & mysteria, naturali ratione non indaganda, adducere allaborant, inserviat.

Ubi abjecta debita tremendæ majestatis in Verbo loquentis Veneratio est, in omnis generis absona heic ruere ii potissimum idonei sunt, qui præ aliis sese literarum cognitione imbutos existimant. Quam admiranda sua rerum humanarum curatione, inde a præcedentis seculi initio a mortuis quasi revocatam voluit, omnigenæ doctrinæ & literarum cognitionem, profano ausu, in veræ religionis perniciem vertentes. Auxilio atque ornatui quæ futura erant, in perniciem paratis. Non minus hodie verum est de profanis nostris Criticis quam olim de Philosophis, id quod graviter Apostolus φάσκοντες εἶναι σοφοὶ ἐμωράνθησαν Rom. I. 22. Et nisi penitus infatuati essent, dic obsecro qua ratione fieri queat, ut ita delirent literarum fumo impleti homunculi?

Mosen novimus scriptaque Mosis antiquitate non minus quam rerum pondere ita conspicua, ut gentium sapientissimi styli ipsius gravitatem encomiis suis celebrarint, suorumque ea quæ maximam sapientiam redolent ex iis hausta fateantur. Longini Ameliique dicta omnibus nota respicio. Quin ita ea res sua luce clara est, ut Patres ad unum omnes exprobrare gentibus ausi fuerint.

Hic autem idem Hebræorum Legislator Moses cum universo Pentateucho hodie ita omni auctoritate privatur, ut de quisquiliis & nugis veterum ita quis contemtim nemo loqui præsumat; atque hodie spermologos illos Criticos loquentes de divino opere non sine pia indignatione indies accipimus.

Laudo quæ ad hanc rem Clarissimus Witzius Miscell. Sacr. L. I. Cap. XIV. §. VII. XXVIII. .....

Alio quidem tramite, at eadem via procedit JOHANNES CLERICUS, qui videri voluit nobis exhibere sententias Theologorum quorundam Batavorum super Simonii Historia critica. Is Scribas quidem Simonii ridet in eo tamen cum ipso conspirat, quod Pentateuchi conscriptionem Mosi abroget. At cui vindicandam? Audite, aut legite potius rem miram, atque incredibilem: vix reperturam fidem, nisi quis oculis suis credere nolit. Sic ergo ille p. 128 & seq. „*Probabile est, Pentateuchum esse compositum*
„*tempore, quo veteres Judæorum characteres, quibus primum scriptus est, notiores erant novitiis quos in Captivi*
„*tate Babylonica adoptaverant: & ab eo auctore, qui neque Samaritanis neque Judæis esset suspectus, atque e cujus*
„*manu utrique eum haut illubenter susciperent. Omnia hæc*
„*concurrunt in Sacerdote isthoc Israëlita, è Babylonia misso*
„*ut novos Palæstinæ incolas edoceret ritum quo regionis istius*
„*Deus amabat coli.* 2 *Reg.* XVII. *Credere par est, sacrificum hunc, sive solum, sive adjutum ab aliis, ut rudes*
„*illos populos ab insana πολυθεΐας opinione abduceret, mo*
„*litum esse Historiam de mundo Unius Dei virtute condito*
„*& epitomen Historiæ Judaicæ usque ad legem: ut palam*
„*fieret non nisi unum Deum esse, eum nimirum quem ado*
„*rant Israëlitæ. Scribebat autem hanc Historiam Hebraice*
„*antiquis characteribus, vel quia Chaldaicæ linguæ non*
„*dum satis gnarus erat, vel ob aliam aliquam caussam no*
„*bis incognitam. Annum quo hæc facta sunt determinare*
„*difficile est: videtur tamen contigisse post decimum octa*
„*vum regni Josiæ. Hoc enim anno inventus fuit liber legis*
„*sine quo extremam manum operi suo imponere Sacerdos ille*
„*non potuisset: quippe qui maximam Hebrææ historiæ partem*
„*faciat, & ad instructionem novorum Samaritarum appri*
„*me fuerit necessarius. Quæ si ad hunc modum facta esse*
„*supponantur, facile creditu est, Sacerdotes eos qui apud*
„*Hierosolymam erant, calculo suo hanc Bethelitici Sacer*
„*dotis historiam comprobasse, quum in ea nihil invenirent*
„*nisi*

„nisi quod pium, & Divinæ legi atque rerum gestarum „veritati consentaneum esset. Atque hac ratione omnes diffi„cultates Criticæ circa Pentateuchi Auctorem tolluntur. Ut „enim Samaritani Pentateuchum reciperent, oportuit eum „conscribi ab Auctore ipsis non suspecto: ut autem eum ha„berent literis antiquis Hebraicis, oportuit conscribi ante„quam Judæi eas cum recentioribus commutassent. Ne Ju„dæi sacris suis libris eum annumerare dedignarentur, par „fuit ut eum haberet auctorem a quo non tam aversis essent „animis quam a Samaritanis fuerunt, post reditum ex capti„vitate Babylonica. Denique ut in historia Geneseos ea in„veniantur quæ demonstrant illius auctori plus commercii „fuisse cum Imperio Babylonico, quam Judæis fuit ante „captivitatem, necesse est eum vixisse postquam Salmanassar „decem tribus deportavit in Assyriam. Cuncta hæc felici con„sortio juncta inveniuntur in Sacerdote isto Israëlitico, ad „Samaritanos de religione informandos misso, & si qui socias „ipsi præstarunt operas. Hactenus Vir ille eruditissimus. Cujus ipsa verba prolixius reddere volui, ne viderer inopinatam opinionem vel ad ludibrium, vel ad blasphemiæ speciem deflexisse: a qua quantum revera absit, suo loco, & quo merentur serio, expendam, atque exponam.

At præ cæteris omnibus ridicula est, si quidem in re tam seria ridere fas foret, Johannis Clerici hariolatio. Quænam hæc est amentia, Samaritanum Sacerdotem, nulla re insignem, nullius nominis hominem, repente in tanti operis auctorem erigere? Scilicet defuerat maximis, quos Judæi, quos decem tribuum Israëlitæ habuerant, Prophetis ille zelus, ut Samaritanus homo, Schismaticus, qui contra Dei præceptum altari Bethelitico inservierat, historiam populi Dei ab orbe condito ad excessum Mosis victuris chartis mandaret. Paulus olim scripsit, „Quæ est igitur præstantia „Judæi? aut quæ utilitas Circumcisionis? Multa per „omnem modum. Primarium enim illud est, quod eis cre„dita sunt eloquia Dei Rom. III. 1. 2. Nunc vero audi-

mus

mus aliquem qui Cutheos, Haveos, Chamatheos, viliſſima rum gentium colluviem, eo honore mactat, ut in eorum pri mum gratiam venerabilis iſte liber conſignatus ſit, quem tanti non Judæi ſolum, ſed & Chriſtus cum ſuis Apoſtol fecerunt. Adeone tibi, Clerice, dignior viſus eſt ſacrifica lus Samaritanus, cui Pentateuchus inſcribatur quam Mo ſes? dignioreſque miſerabiles illi Cuthæi, in quorum ſcribe retur gratiam, quam illi quorum eſt adoptio, & gloria, & pacta, & legis conſtitutio, & cultus, & promiſſiones? Qui auctore hæc a te dicuntur? quo teſte? Pro Moſe tota ſta antiquitas. Fateris. Tibi tamen contra ire lubet. De tuo il ſacrificulo Samaritano fortaſſis ante te nemo unquam morta lium ſomniavit. Hunc tamen tu Moſi ſubſtituis. Itane re rebus facti fingere licet pro lubitu, & quidquid Græci mendax audet in hiſtoria?

Eadem proterviâ Davidi & Salomoni inſultat idem criticus. Idem dico, cum, quæ a laudato ſibi ſociò alibi, eadem ſibi dicta exerte nonnullibi fateatur. Bibliothecæ Anni LXXXVI. Tome Troiſieme p. 99. & 100. *Sentimens & la Defenſe* vni eidemque tribuuntur. Proverbia gnomæ ſunt *de quibus fatendum eſt ingenue, ſine ſpiritu Prophetico melius aliquid potuiſſe dici.* Canticum Canticorum *Idyllion, quo Salomo ſub perſona paſtoris amores ſuos canit, fortaſſis cum filiâ Pharaonis ſtylo bucolico, qualis eſt Græcorum Latinorumque Poëtarum, niſi quod pro genio gentis & Poëſios Hebraicæ multo durior & magis dithyrambicus ſit.*

Abunde haſce calumnias à ſacris abſterſit Witzius ut neceſſe non ſit Verbum a quoquam addi. Sufficiet unius atque alterius viri κεχλιωτάτου producxiſſe judicium, ſingulatim de Cantico Salomonis. Sic de Poëti Diſſertat. I. §. 11. *Borrichius: Hymni Davidici..... Canticum Canticorum (quo pius tunc Salomon in hortis Engaddi fidelis animæ cum cœleſti ſponſo connubium emodulatu putatur,) numeris Poëticis ſui generis ſuaviſſimè inſurgit. Neque eſt (quod multis creditur) uſque adeo abſonum illud*

Hie

Hieronymi in Præfat. Chronic. Euseb. „ Quid Psalterio canorius? quod in morem nostri Flacci, & Græci Pindari „ nunc jambo currit, nunc alcaico personat, nunc sapphico „ tumet, nunc semipede ingreditur. Quid Deuteronomii, „ & Esaiæ cantico pulchrius? quid Salomone gravius? quid „ perfectius Jobo? quæ omnia hexametris & pentametris „ versibus apud suos composita decurrunt. Enimvero non solus Hieronymus metra in sacris fontibus deprehendit, sed & Theodoretus, Isidorus Hispalensis, alii. Josephus Antiq. L. 2. C. ult. adstruit Mosen ἐν ἑξαμέτρῳ τόνῳ oden in laudes Dei composuisse.

Æstimanda tamen Hebræa Poësis non tam ad normam Græci, Latinive metri, ut cui potius leges definire potest, si velit, quam ex vocum symmetria, syllabarum numero & accentuum ratione. Atque ita Hieronymus pro hexametris habuerit sententias Hebræorum dodecasyllabas, pro sapphicis hendecasyllabas, pro jambicis octosyllabas, &c. Quod si uberiorem tum Græcis comparationem desideres, accedet augusta illa & à plebe submota dictio sacrorum Vatum, quam Poësis Græcanica imitatur, rarò assequitur; accedent metra Hebræa parallelis Pindari & Sophoclis illustrata, de quibus fusè Fr. Gomarus in Lyr. Davidis.

Res ipsas autem pertractare hujus mei instituti non est. Id tantum ago, ut constet Clerici nostri eique similium immanis profanitas, quæ prohibet, quo minus bene de ipsius scopo in hac quoque de λόγῳ controversia sentiam.

Cæteroquin non desunt Criticorum Principes, qui profanas hasce nugas dudum valide profligaverunt. Adeo ut ne quidem novitatis sibi gloriolam gratulari possit Clericus. Præluserе ipsi ejusdem furfuris prophani Critici, verum & dudum à Viris eruditis solide confutati. *Casparem Sanctium* novit procul dubio bellulus noster: is utique Idylliorum genium non ignoraverit penitus. Sic ille: *Quod si sponsa quæ tantopere*

his carminibus commendatur, filia sit Pharaonis, quam multa ineptissime a Rege sapientissimo dicerentur? Qui enim credat filiam Regis eandemque Regis potentissimi sponsam, non captam apud alienos, sed in suo regno florentem quæ non pateretur captiva ab hoste, ea a conjuge sibi charissimo tulisse? Nimirum jussam esse abire post vestigia gregum suorum, & quod minime cadit in Regiam personam, præpositam esse custodiæ vinearum, infuscatam a Sole, & a murorum custodibus spoliatam esse pallio, ac tandem vulneratam. Quin imo auctoritate Origenis non tantum verum & multis rationibus, ex interioribus Critices, sufflenis nostris hactenus fortè non gustatis, probat profanos præsertim Theocritum, à quo alii Poëtæ, sicut ali plurima, Epithalamii componendi leges didicerunt ab hoc Cantico sua expressisse.

Specimina exhibet idem Sanctius, quibus, quantum ex Salomone profecerit Theocritus, luculente palam facit. *Ex his omnibus mihi verisimile est, Epithalamii legem, & ordinem ex his Canticis sumpsisse Theocritum, & ex hoc alios, ut putavit Origenes. Quandoquidem alii Salomonem secuti sunt, videamus quem Salomon in hoc Cantico magistrum habuerit, quod exemplar spectarit.* Deinceps integro Capite, non sine exasciata Critices demonstratione, probat Davidem parentem Psalten & Prophetam plane regium fuisse imitatum Proleg. in Cant. N. I. V. VI. Sic in illo *durior & magis Dithyrambico Carmine*, ipsius Theocriti, nedum reliquorum exemplar repperit: At nec ille Criticus est, si cum elegantioribus hisce aut profanioribus potius hominibus comparetur. Me tamen non pudet ea de Idylliis ex Literatissimi hominis ore accipere, quibus confundatur profanorum hominum jactantia.

Manifestæ quoque sunt imitationes quas Sanctius aliique observarunt. Et respondet temporis ratio.

Vixit

Vixit cum Ptolomæo Theocritus, eo tempore, quo facta est Versio LXX. Interp.

Sunt qui affirment Fraslen. Disquisit. Bibl. pag. 568. & 570. *Poëma istud esse Eclogam pastoritiam, sive Drama Bucolicum, quia nimirum Salomon ludere videtur stylo Bucolico, & drama inter pastores instituere. Verum pleraque in hoc carmine miscentur, quæ a natura illius poëmatis abhorrent. Enimvero, quis inter sylvana & bucolica reputabit currum genialem, lectulum purpureis tapetibus stratum, cedro, auro, & argento affabrè elaboratum: Descriptionem item Sponsi, quæ tota est cap. V. in expingendo vivis coloribus Rege suis regalibus insignibus, ac vere regio & splendido ornatu decorato, & alia id genus permulta, quæ abhorrent prorsus à belluis & pascuis? Nec obstat quod plurima sint quæ ruralem vitam, & rusticanam pastoris conjugem indicare videantur, ut illud cap. I. „Vineam meam non custodivi & Abi post vestigia gregum „tuorum, & pasce hœdos tuos, &c. Hæc, inquam, non officiunt. Tum quia apud Hebræos, Regibus & Pastoribus nomen commune est, propter similitudinem utriusque muneris & curæ: Tum quia Prophetis familiare & solemne est Principes ac Reges, Pastorum nomine compellare: qua de re copiose agit Philo Judæus. Itaque existimo Sponsum Sponsamque non tanquam Pastores, sed tanquam Reges hic induci; & nuptias item, non Pastoritias, sed Regias plane stylo sublimiori describi: siquidem similitudo ex Regiis ascita connubiis, aptior est ad significandas nuptias Christi & Ecclesiæ. Unde celebriores ex sacris Interpretibus, poëma istud ex genere suo esse Epithalamium, & nuptias vere regias in eo pangi & decantari existimant. Ita S. Ambrosius passim, Basilius ad illa verba Isaiæ Cantabo dilecto meo, &c. ac Nazianzenus quibus præivit Origenes qui Prologum sui Commentarii sic auspicatur, Epithalamium libellus, id est, carmen nuptiale, &c. Ubi affirmat Græcos Epithalamiorum condendorum artem, ab hoc Salomonis poëmate hausisse, inter*

quos Theocritus usque adeò Salomonem amulâ quâdam imi
tatione simulavit, ut non tam imitator, quam specula
nuncupari debeat.

Apage ergo Castalionis, Anabaptistarum, & veterum
quorundam Hæreticorum, quos commemorant Theodoret
& Philastrius, deliria, dum asserunt amatorium hoc scripti
nis genus secretiora nuptiarum arcana, leneſque conjugu
sub noctem susurros referens & aperte revelans, ut a D
Auctore profectum & a divino afflatu conscriptum non es
quorum amentiam & proterviam diserte frangit ac refut
variis argumentis Theodoretus mox laudatus: Primò quoc
profanum aliquid saperet hic liber, nusquam SS. Patres
lum inter divinas Scripturas collocassent, nec eum ut Spiri
Sancto refertum comprobantes, Ecclesiæ dignum censuisse
Secundò, Beatus Esdras Sancti Spiritus gratia repletus hu
librum tempore captivitatis, vel amissum, vel saltem inter
polatum non restaurasset, nec in Canonem sacrorum volum
num adscribi voluisset, si aliquas in eo corporeæ cupidinis
incontinentiæ illecebras deprehendisset. Tertiò, sacri Inte
pretes librum amoris profani scintillas eructantem, suis i
terpretationibus & sententiis non decorassent, uti revera f
cerunt, non solum antiqui ut Eusebius Palæstinus, & Or
genes Ægyptius, & martyrii corona redimitus Cypriani
Carthaginensis, & his antiquiores, Apostolisque propinqui
res: Verum etiam qui post in Ecclesiis excelluere, magn
ille Basilius Proverbiorum principium exponens, & uterq
Gregorius, quorum alter sanguine, alter amicitia Basil
conjunctus fuit: & fortis ille pietatis propugnator Diodoru
& Joannes, qui ad hunc usque diem doctrinæ fluentis irrig
universum orbem terrarum: & denique, ut paucis re
complectens consulam brevitati, qui postea fuere, librum
hunc omnes spiritualem esse censuerunt. Quæ cum ita se ha
beant, æquum ne est, ut tot tantisque viris despectis, con
temptoque ipso Spiritu Sancto vanas hominum opiniones con
sectemur.

Ne

Nec repugnat Scholiastes. Duxerit enim licet ab agricolis Dianam hymnis suis celebrantibus originem Theocriti rustica & pastoralis Musa, ut narrat Elingius Hist. Gr. L. p. 216. Salomonæas tamen elegantias in rem suam vertisse non negat; quin imo Ptolomæi Philadelphi tempore vixisse & favore usum cum eodem loco narret; negare saltem haud poterit, commodam ipsi ex Salomone proficiendi natam fuisse occasionem.

Lyricos ante Theocritum fuisse nihil ipsos juvat, cum Salomo omnium antiquissimum tria secula & amplius antevertat. Alcman enim Εὑρέτης τ ἐρωτικῶν μελῶν Suidæ dictus, non Messenium indigeto, sed quindecim Olympiadibus priorem, Lacædæmonium, qui floruit Olympiade Vigesima Septima adeoque centum & octo annos post primam Olympiada, quæ incidit in Annum P. J. 3938. Regnum autem Salomonis initium habuit ejusdem Periodi anno 3678. Dithyrambicorum primus auctor Arion Methimneus fuit, illa Delphino vectus, verum ille ætate Alcmano suppar fuit non superior.

Quicquid contra nitantur hodierni nonnulli, ex sacris artium primordia maximam partem repetenda sunt. Græci quoque ex Ægypto per Orphea primum poëtari didicerunt. Qua via sponte ad Dei populum Israelem adscendimus: Lubet denuo audire Borrichium de Poëtis Dissert. 1. §. 1. IV. *Cœpisse videtur Poëtica propemodum cum nascentis mundi origine; quid enim credibilius, quam Musicam Poëticam, quæ nativæ vocis ministerio expeditur, priorem fuisse artificiosa illa, quæ organis & fidibus indiget? cujus auctorem prima viderunt secula* Gen. IV. *Utque ad conjecturas illa referas, id constat, in Divino Mose Hebræo, & Ægyptia Iside vestigia ejus non dubia observari. Is cum mare rubrum exercitu incolumi transisset, carmen cecinit in encomium liberatoris Dei* Exod. XV. *hoc Poëmatis Musicam Ægyptiorum distinxit.*

Clarissimè Plato L. II. de Leg. Καθάπερ ἐκεῖ φασὶ τὰ τῆ πο
λὺν τοῦτον σεσωσμένα χρόνον μέλητῆς Ἰσιδος ποιήματα γεγονέν
Cujus tamen artis ab Hermete fortassis didicerit initia,
cui primam harmoniæ vocum, lyræque inventionem adscr
bit Diod. Siculus L. I.

Inter Græcos primus Apollo, seu Phœbus cum novem Mu
suis Poëtatus est, si credimus fabulosæ Helladis antiquitat
Sunt qui existiment a pastoribus Grajis circa Hippocren
olim, Anagippen, Pyrenen, Heliconem, Parnassum, gr
ges suos custodientibus initia artis defluxisse; quod ut
crassioribus ejus lineamentis agnoscas, certè lucernam, liman
que per Orphea Ægyptiis disciplinis imbutum in Hella
migrasse justa suspicio est. Satis de Salomone.

Ne autem putes Novi Testamenti Scriptores Ar
starcho nostro minus vapulare; audi obsecro, Orb
liana gravitate sententiam pronunciantem Crit. p. II
S. I. Cap. XI. §. 10. *Qui studiosè Novi Testamenti libr*
legerunt, & præsertim Pauli scripta, facile animadver
runt, ea scatere ἀνωμαλογίαις, si unquam hac de re ser
cogitarunt. Hebraismos & Syriasmos observant Doct
Validum dicendi impetum in Apostolo agnoscunt, f
teor, at merum impetum nullibi, verum curatam dicen
rationem. Adeo ut *ne ullam quidem syllabam* vacuam my
steriis fidei judicent veri Critici: Hieronymo severe suc
censentes, ut qui audacter & temere alicubi censura
in Pauli sermonem strinxerit. Vide Cave p. I. qui Ep
phanium & Irenæum longe æquius de incomparabi
Apostolo judicantes profert. *Inter omnes Apostolos, c*
verborum apparatu, & sententiarum pondere facile præst
bat inquit Eusebius L. III. c. 24. Imo ipse Hieron
mus, alio in loco: *sciße autem Paulum, licet non ad per*
fectum, litteras seculares ipsius verba testantur in Cap. IV
Epist. ad Gal. *Hyperbata* notat, sed quæ ab ἀνωμαλογί
sæpe longissime absint, artemque potius atque insigne
dicendi facultatem prodant. Quin sunt inter Critico
nor

non vulgares, qui Pauli stylum impense laudant. Richterus Vir Doctissimus in Oratione Epistolis præmissa signatè notat Græcos Poëtos ita diligenter a Paulo lectos, ut ἀκυρολογίαι, tanto numero committi ab eo posse vix potuerint, nisi data opera affectaverit dicendi rationem minus claram & limpidam. Id quod cum ipsius multiplici de se testimonio conciliari non potest. Idem Richterus omnigenam Pauli eruditionem insignibus exemplis prolixe probat p. 80. & 81. *Paulus Tarsensis, divina & humana eruditione Apostolorum summus, cum rem omnium maximam, veritatem Unius DEI, & unitatem veri DEI, eruditissimis Athenienſibus probare vellet, in idololatriam eorum excandescens vehementius, Arati, Poëtæ Cilicis, versum illis inculcavit. Eodem modo cum Corinthiis suis testatum iret Euangelii Præco divinus periculosa maximè esse colloquia eorum, qui spem tollunt vitæ alterius, senarium adhibuit ex Thaide Menandri; quem Tertullianus, Trimetro liberiore, ita transtulit:*

„ *Bonos corrumpunt mores congressus mali.*

Sic Philippenses de hostibus crucis CHRISTI fugiendis provide monens, Euripidis versum illis accommodat, qui, dum carnis voluptatibus indulgent, ventrem pro DEO suo habent, & tamen Christiani audiri volunt. Sic Cretensium vitia, multis scriptoribus passim notata, Tito suo, Episcopo eorum indicaturus, ut vitarent serio, Epimenidis versum allegavit; & quidem non simpliciter, sed Prophetam eum appellans, qui tamen Poëta erat Ethnicis: Quem Plato, Dio Prusiensis, Diodorus Siculus, Strabo, Plutarchus, Maximus Tyrius aliique Theologum vaticinantem dixerunt. Ecquid nos igitur Poëtis honorem deferre dubitabimus, quos Apostolus sanctissimus, profanos licet, tamen Prophetarum nomine dignatus est. Sic, cum Timotheo suo mandaret, ne mulieres publicè docere permitteret, ad Phitemonis versus Græcos respexisse videtur viris doctis: Quemadmo-

admodum etiam ad alios ejusdem versus, cum eum modic
vino uti jubet. Philemonem enim Comicum Græcum, Paul
familiarem, cui Onesimum tanto affectu commendavit &
restituit, versus ejusmodi scripsisse, Scipio noster Gentilis
nunquam sine honore nominandus, in eruditissimo commen
tario Epistolæ ad Philemonem observavit. Quanta Spiritu
Divini efficacia παγοπλίαν illam spiritualem, idem Apost
lorum Smaragdus, Ephesiis suis, & post eos, nobis omni
bus, scriptam reliquerit, nemo Christianorum est, qui igno
ret. Sed hoc forsan multi, quod in ejus descriptione elegan
tissima, auctor Divinus ad armaturam illam respexit Pa
ridis & Menelai, apud Homerum, ubi ocreas, thoracem
gladium, scutum, galeam, bellatoribus suis Poëta profan
induit; quem Apostolus imitatus, iisdem armis Christia
num, cum Dæmonibus sub cœlo pugnantem, armatura Spi
ritus omnium fortissimè præmunivit. Sed quid tam operos
Pauli Epistolas, omnigenæ eruditionis splendore illustres
excutiemus.

Imo ipsi Hieronymo ad quem provocant, qui sty
lum Paulinum tantopere vituperant, defero judicium
Audi loquentem apud Frasienium in Disquisit. Bibli
cis pag. 691. Potius enim assentiendum judico S. Hieron
mo, qui in Epist. ad Algasiam affirmatè scribit Paulum
primæ ætate linguam Græcam didicisse, cujus Tharsi magnum
erat studium, ususque; eoque factum esse, ut scripta ejus
Græcismos quosdam Tharsenses redoleant.

Porrò quanta fuerit S. Pauli eloquentia, non solum appa
ret ex ejus Epistolis quas graves & fortes esse, vel ipsi ejus
obtrectatores fateri cogebantur: sed maximè ex illius prædi
cationibus & declamationibus: nam illo coram Felice Præs
de de judicio & justitia, & castitate disputante, Felix hom
Gentilis, & rerum terrenarum cupiditatibus curisque af
fixus, toto est animo tremefactus. Paulo item dicente co
ram Rege Agrippa; Respondit Rex: In modico suades m
Christianum fieri. Festus quoque Judææ Præses, audien

Pau

Paulum summa contentione & ardore dicentem, exclamavit dicens: Insanis Paule, multæ te literæ ad insaniam convertunt. *Hos autem non alia lingua videtur allocutus quam Græca; oportet ergo illius usum perfectum habuerit.*

Nec minor ejus erat in literis Hebraicis eruditio, siquidem Gamaliele claro in primis Magistro, omnes Hebraicæ sapientiæ fontes, sive denique quæ ad Prophetarum vaticinia & oracula pertinent, penitus hausit, ut in ipsa Adolescentia, omnibus suis æqualibus longo intervallo antecelleret. Istæc ex parte significat ipse, in Actis Apostolicis cap. XXI. 3. Ego, *inquit*, vir Iudæus natus Tarso Ciciliæ, nutritus autem in ista civitate (Hierosolyma) secus pedes Gamalielis eruditus juxta veritatem paternæ Legis, &c.

Nolim tamen existimes eum sive humano studio, sive S. Spiritus munere, in primis illustratum, calamistratæ orationis cupidum extitisse. Quinimo II *ad Cor.* XI. 6. *de seipso pronuntiat:* Et si impeditus sermone, non autem scientia. *Quamobrem recte S. Hieronymus.* Aliquoties, *inquit*, diximus Paulum virum fuisse doctissimum & eruditum, sed pedes Gamalielis: cumque haberet scientiam sanctarum Scripturarum, & sermonis diversarum linguarum gratiam possideret; unde glorians ipse in Domino dicit, GRATIAS AGO DEO, QUOD OMNIUM VESTRUM LINGUIS LOQUOR, divinorum tamen sensuum majestatem digne non poterat Græci eloquii explicare sermone. *Potuisset equidem suum sermonem eis delinire verborum lenociniis, quibus referta est humana eloquentia, nisi repugnasset Euangelicæ doctrinæ humilitas & simplicitas. Quocirca jure optimo negat* I. *ad Cor.* II. *humanæ vel sapientiæ, vel eloquentiæ opibus, aut ornamentis ad persuadendum comparatis se se in auditorum animos insinuare; sed cœlestia divinaque mysteria, Philosophis inani eruditione tumidis prorsus ignota, eis propalare; eaque confirmare* non persuasibilibus humanæ

sapientiæ verbis, sed ostensione spiritus & virtutis. *Tanta porrò erat illius orationis vis, tantaque copia, ut inquit S. Chrysostomus, cæteri Apostoli primas illi, cum loquendum foret, non gravatè deferrent. Quo factum est ut aliquando Act. XIV. ob singularem eloquentiam, Mercurius inanium Deorum eloquentissimus ab Ethnicis Listrensibus haberetur. Verum præ cæteris hac de re audiendus est S. Hieronymus:* „*Paulum*, inquit, *Apostolum proferam* „*quem quotiescunque lego, videor mihi non verba audire* „*sed tonitrua. Legite Epistolas ejus & maximè ad Roma*„*nos, ad Galatas & Ephesios, in quibus totus in certamin*„*positus est. Videbis eum testimoniis, quæ sumit ex Veter*„*Testamento, quam artifex, quam prudens, quam dissi*„*mulator sit ejus quod agit. NB. Videntur verba simplicia* „*& quasi innocentis hominis ac rusticani, & qui nec facere* „*nec declinare noverit insidias: sed quocunque respexeris* „*fulmina sunt. Hæret in causa, capit omne quod tetigit* „*tergum vertit ut superet; fugam simulat ut occidat.*

Origenes quoque, idoneus certe, si quisquam, hujus rei testis, Apostolici styli, signate quo in Epistola ad Romanos utitur apologiam instituit Philocalias Capite IX. causam dans, quare *videantur scripturæ non satis apta compositione & consecutione cohærere, maxime verò ut superius diximus, Prophetica & Apostolica; & inter Apostolicas Epistola præsertim ad Romanos, in qua quæ de Lege dicuntur, diversis modis dicuntur & diversis rebus imponuntur; ut videatur Paulus in ea Epistolare propositum non exequi.* Miror Grotium ita perverse horum verborum mentem accepisse, ac si dixisset, non *videri*, sed esse hac in Epistola talem Pauli stylum qualem ipse finxerat. *Confragosi* quoque nihil Paulo imputat Origenes, adeoque similis vitii frequentissime commissi accusatum ab Origene Apostolum esse, præter verum dicit Grotius, Præloquii in Notas in Epist. ad Rom. Sect. v. Imo hyperbata, quæ aliis pro nævo habita, pru-

prudenti consilio ita crebro Paulinis scriptis, singulatim Epistolæ ad Romanos immixta sunt.

Ultimum suffragium Erasmo deferimus, nimis eleganter hoc argumentum pertractanti, quam ut non audiatur sic ille Epist. in Fol. p. 1832. est ex Præfatione Paraphrasi priori ad Cor. præmissa. „ Cum Paulus noster „ ubique vafer sit, ac lubricus, in his tamen duabus „ Epistolis sic Polypum ac Chamæleontem, sic Proteum ac Vertumnum quendam agit, ut cum Corinthiis plus quàm Græcis agens, quodammodo, juxta „ vetus Proverbium, πρὸς κρῆτα κρητίζειν videatur, in „ omnia se vertens, quo illos transfiguret in Christum. „ Adeo ceu per varios labyrinthi flexus, sese volvit ac „ revolvit, subinde alius atque alius nobis prodiens. „ Quàm supplex ac blandus alicubi, obsecrat per mansuetudinem Christi, rogat, ut ferant stultitiam suam „ aliquantisper! Rursus austerus ac minax clamat, an „ experimentum quæritis per me loquentis Christi? „ Alibi sese dejiciens peripsoma se vocat, abortivum „ & indignum Apostoli nomine, ac mox ingens & „ erectus summis etiam Apostolis sese præfert; hic humi repit, illic è tertio cœlo nobis apparet. Nunc „ collaudat Corinthiorum pietatem, mox in vitia illorum detonat. Quædam palàm exigit, quædam ceu „ per cuniculos insinuat. Alicubi imperitus sermone, „ nihil novit nisi Jesum, & hunc crucifixum; alibi „ sapientiam loquitur inter perfectos. Alicubi cordatum ac sobrium agit, ac rursus alibi sumit sibi stulti „ parumque sobrii personam. Nunc suum jus sibi fortiter asserit, mox illis blande remittit. Ex animo loquitur alicubi, est ubi εἰρωνεύεται, Condonate, inquit, „ mihi hanc injuriam. Reperias ubi sibi parum constare videatur, ita sui dissimilis, ut maximè tamen „ sit sui similis: ita inconstans, ut maximè constans. „ Nusquam enim non agit Christi negotium: nusquam

„non consulit gregis suis commodis, fidi medici ritu
„nullum remediorum genus non admovens, quo per
„fectam sanitatem suis restituat. Sudatur ab eruditiss
„mis viris in explicandis Poëtarum ac Rhetorum con
„siliis, at in hoc Rhetore longè plus sudoris est, u
„deprehendas quid agat, quo tendat, quid velet
„adeo strophārum plenus est undique, absit invidi
„verbis. Tanta vafricies est, non credas eundem ho
„minem loqui. Nunc ut limpidus quidam fons sensi
„ebullit, mox torrentis in morem ingenti fragore de
„volvitur, multa obiter secum rapiens: nunc placid
„leniterque fluit, nunc latè, velut in lacum diffusu
„expatiatur. Rursum alicubi se condit, ac diver
„loco subitus emicat, cum visum est, miris Mæandris
„nunc has, nunc illas lambit ripas, aliquoties procu
„digressus, reciprocato flexu in sese redit. Quo magi
„admiror quosdam, qui cum vix primoribus labri
„gustarint rudimenta Grammatices, nec omnino sciant
„quid sit dicere; tamen Pauli linguam intelligere
„rem facilem, ac penè puerilem existimant.

Ἀκυρολογίαις certe non scatet, qui tanta arte usu
est. Noster veritus videtur, ne penitus oblivioni tra
derentur Arminianorum nonnullorum in hanc Episto
lam contumelioſe jacta olim dicteria. Vim doctrinæ
Paulinæ in istaç imprimis Epistola sustinere non vo
lentibus, scribentis arrodenda habilitas erat & pru
dentia. En aliud specimen.

Apparet eos ex veteribus, qui dixerunt Patrem &
Filium Unum *esse*, *credidisse tres Naturas numero quidem*
diversas sed unius speciei Crit. P. II. §. I. C. XIV. 19.
Itane? Unius speciei tantum? Imo abjectius adhuc
sentit de Trinitate Clericus, si exanimi sententia scripse
rit ea, quæ, ficto nomine Liberii de S. Amore, antehac
edidit. Imo aversari ipsum toto animo orthodoxam sen
tentiam ex eo apparet, quod passim data opera tum in

Cri-

Critica tum alibi ea ex Patribus verba proferat, quibus nonnunquam imprudentes veritati de Trinitate, signate Deitate Filii, minus convenienter sunt locuti. Extantius quoddam specimen si quis velit, is videat quænam ex Tertulliano c. Hermogenem Cap. III. & XVIII. de Filio exhibeat Crit. P. II. S. I. c. XIV. §. 18.

Paulo ante dixerat *tria principia* statuisse *Platonem*. *Secundum à primogenitum*, quod ipsi tantundem est, ac *factum* seu *creatum*, eo enim sensu generationem illam a Platone acceptam contendit ejusdem capitis §. 10. Veteres autem Christiani, juxta ipsum per aliquot secula, Platonici fuere, omniaque quæ de Deo docet Sacra Pagina ex Platone interpretati. Quin an & ipse Johannes, λόγον non accipiat sensu Platonico in medio relinquit.

Inter notiones vocabuli רוח ut ut sedule ea recenseat; nullam repperit quæ Spiritum Sanctum, unum cum Patre & Filio Deum denotet.

Hinc & in universo Pentateucho ne unicum quidem doctrinæ illius vestigium detegere potuit. Et nomen Jehovah & cultum qualemcunque creato Angelo, ratione habita, ut Sociniani cavillari solent, mittentis, deferri minus ipsi absurdum videtur, quam ut ante ἐνσάρκωσιν, Deus Pater, Deum Filium, seu, ut subdole loquitur, † δι' ἑτέραν ἐνσάρκωσιν mitti dicatur ἀπὸ τῆς προϋπάρξεως ad Gen. XLVIII. 16. Certe si jam tum extitisse Dei Filium sincere agnoscceret, nullam procul dubio in illius apparitione difficultatem reperiret. Cum mittens toties, quidni, modo extiterit, & missus aliquando conspiciatur?

De 1 Joh. v. 7. p. 385. & antea 308. tanquam ex tripode loquitur, Criticesque imperitos clamitat Theologos, quotquot loci γνησιότητα agnoscunt & defendunt. Quam tamen ita solide vindicavit adversus Simonium Anglicanæ Ecclesiæ insignis Presbyter Thomas Smith, ut, me quidem judice, Lectori æquo bunde satisfecerit. Utique tam Sandius, quam Erasmus

concedunt esse vetustissima exemplaria, in quibus hic locus reperiatur; nos fatemur esse etiam quæ careant. Ut quæstio sit quænam sequi oporteat. Controversia igitur ex contextus serie, codicum vetustate & Ecclesiæ consensu ac praxi decidi debet. Contextum quod attinet, de eo satis superque dictum est a plurimis. Testimonia Cypriani & Hieronymi ita valide urget dictus Thomas Smith Vir Clarissimus, & solide ab exceptionibus Simonii vindicat, ut vel sola heic sufficiant. Miratus sum singularem Simonii confidentiam rejicientis genuinam Hieronymi Epistolam, atque ita turpiter principium petentis. Evanescunt pariter exceptiunculæ quibus eludere conatur vim argumenti a Cypriani testimonio petiti, vel ea sola ratione genuino, quod Fulgentius, qui vixit ad finem seculi quinti ad id tanquam Cypriani dictum provocet. Quin imo Eugenius Carthaginensis, aliique orthodoxi Ecclesiæ Africanæ antistites in Confessione fidei oblata Hunerico Regi, apud Victorem Vitensem, provocant ad hoc ipsum Johannis testimonium, quod quando cum rege Ariano, Doctoribus Arianis stipato, res esset, non imprudentiæ jam, sed impudentiæ fuisset specimen, si aliquid habuissent quod authentiæ horum verborum objicere potuissent Ariani Episcopi. Plura de hoc argumento habet idem Britannus Theologus. Magnam lucem loco affundit Clariss. p. m. Altingius quando observat, hosce tres testes olim repræsentatos fuisse in iis tribus testibus qui Synedrii nomine aderant Baptismo Proselytorum. Vide supra p. 11.

Liberii de Sancto Amore librum quisquis attente legerit, cogitetque a Clerico excluſum illum fætum esse certe ludere in re seria, imo profani vertumni personam agere censebit hominem, ubi heic versus hosce Capitis Primi Johannis ita explicantem deprehendet, ut orthodoxam de Deitate Filii Doctrinam inde elicere videri velit.

Doctri-

Doctrinam, quam Liberius ita palam & data opera subvertere conatus est. At quæ nobis inde utilitas redundabit, si vel omnia fere heic posita subversa esse a Liberio probaverim. Cum polypo enim nobis res est, & homine cui nihil in sacris immotum; mirum autem id videatur nemini, cum & Deum ignoret & se ipsum. *Notio Dei* ipsi *obscurissima* est, Crit. p. 11. S. 11. cap. III. §. 3. nec mirum, cum ipsi sit *collectio præstantissimarum qualitatum* cujus subjectum ignorat. *Spiritus Sanctus*, nostro homini si credas, *vocatur potestas miracula edendi* Crit. p. 11. S. 1. cap. v. §. XIV. locum ex sacris nullum addit, & mens an corpusculum tenue, aut eo indutum quid sit *ignorat* penitus ibid. c. VIII. §. 8.

Multum sibi in eo situm putat, si λόγ& non vertatur *Verbum* aut *Sermo* sed *Ratio*. p. 22. Neque ego reluctaer, nisi deprehenderem id agere hominem, ut à vero ci conceptu divertat Lectorem. Tertullianus *Sermonis* ocabulo utitur ..... 219. Pariter Lactantius assim. Hieronymus sæpe aliter, at nec uno semper odemque vocabulo. Syrus *Verbum*. Pro me militant ocabula Hebraica & Chaldaica ad quæ exprimenda ox λόγ& a Johanne adhibetur. LXX. creberrime ubi locutione, sermone, aut re, verbis aut sermone præita, agitur, utuntur hoc vocabulo. Idem in Philone bservare est, hinc p. 109. Θεὸς λέγων ἐπ' ἐμοί, quo sensu uæ ipsi exerte dicitur pars λόγ& *Sermonis* procul dubio ag. 71.

Veteres Versiones haud parum roboris addunt dictis. ola Syriaca sufficere potest, utpote quæ *si non ab Apostolo uodam, certe ab Apostolico quodam Viro profecta, Textum racum in plurimis optimè declarat, & in pretio est apud uosvis, qui Christianum nomen audiunt* Pfeiffer Critica ap. x. Sect. 1. §. 3. De Veteris Testamenti pariter T. Versione Syriaca, singulatim utriusque tempore, udite Tentzelius Exercit. Part. 1. pag. 292. & 293.

De

De posteriore autem hanc observationem habet Kabbala Denudata Part. II. In Adumbr. Kabb. Christ. &c pag. 4. *Versio Syriaca scriptis vestris Kabbalisticis maxim esse conformem, unde ut*, inquit, *in dialecto auctori paulatin conformemur, aliquoties citationes ex ea instituemus.* Hæc habet vocem מלתא a Syris pariter ac Chaldæis verbum & sermonem significantem, ejusden radicis est vocabulum ממלל & ממללא quod *sermonem, locutionem, eloquium* denotat. Arabicum & Æthiophicum ejusdem est virtutis. Vide Arn. Lex Harm. p. 422. Vetustissimis Græcis Synonymum ei ἡ Αυδη. Suicerus post Stephanum derivat ab ἄυω per dia Iysin ἀΰω resono clamo, quæ vox sane non rationem se verbum, sed *Sermonem* denotat. Inde ἀυδάω vocem edo Hunc ἄυω passim cum φονῇ jungitur & cum γλώσσῃ. spe cimina habet Stephanus. Non improbo quæ habet Do ctissimus Anglus Johannes Boisius Canonicus Elienſi in Collatione Vet. Interpr. cum Beza &c. ad Joh. I. 1 pag. 277. & 278. „Vetus, *Verbum*: Erasmus, *sermo* „Beza & Piscator, *sermo ille*. Primus, quod sciam „Erasmus, Veterem interpretem hoc nomine quo „λόγον *verbum* veterit, reprehendit. Quod si Patrum „& antiquorum scriptorum testimonio stàndum sit „credo illos omnes multo sæpius & lubentius, *verbi* „quàm *sermonis* vocabulo uti. Occurrit aliquoties apud „eos, *sermo*, pro, λόγος, haud diffiteor: sed si cui „vacat ad calculos rem vocare, inveniet frequentissi „mum esse apud illos *verbi* usum, *sermonis* contrà mul „to rariorem, imò rarissimum. Ergo quod ex patri „bus & antiquis scriptoribus probari potest, hoc unum „est: non repudiandum esse *sermonis* vocabulum „id quod nemo opinor, paulò eruditior negabit. A „τ λόγον, aptius & melius per *sermonem*, quam per „*verbum* exprimi, hoc vero patribus, vel mediocri „vetustatis authoribus ostendi nequaquam potest. Non „disputa-

, displicet mihi interim diligentia eorum qui pensicu-
, latius hæc examinarunt: Sed cum Patres & proba-
, tissimos quosque scriptores non piguerit cum vetere
, interprete loqui, & ejus generis his ista sit, ut non
, multum à λογομαχίᾳ abesse videatur, æquum esse pu-
, to, ut traditæ nobis veluti per manus interpretatio-
, ni acquiescamus. Τὸ *verbum* itaque retineo, sed ita
, ut in fine versus *subjecti* locum habeat, non *prædicati*,
, hoc modo: *In principio erat verbum, & verbum erat*
, *apud Deum, & verbum*, (vel, *verbum illud*) *erat*
, *Deus*. (August. tractatu 108. in Euang. Johannis,
, notat etiam sua ætate in quibusdam Latinis codici-
, bus scriptum fuisse: *In principio erat sermo:* & si quis
, locum illum Augustini consuluerit, videbit Augu-
, stino nec *verbum* nec *sermonem* displicuisse, cum ta-
men Johannem citans ubique ferè *verbum* non *sermo-*
nem, ponat.) Moschopulus περὶ σχεδῶν, pag. 47. Λόγος ἰδίως ἡ κατ' ἐξαίρετον, ὁ τοῦ Θεοῦ υἱός.

Verum cum Erasmus heic censura notetur, æquum
t ut & ille audiatur. Hæc habet in Epistolis pag.
12. d. „Quales & hic extitere quidam, & isthic
quendam audio fuisse, qui in concione frequenti vo-
ciferatus sit, me corrigere voluisse Euangelium Jo-
hannis, quod pro *Verbo* verterim *Sermonem:* quasi
Johannes scripserit *Latine*, aut quasi non ante me,
Filium Dei pro *Verbo Sermonem* appellarint, Cypria-
nus, Hilarius, Hieronymus, cumque his innume-
ri; aut quasi *Sermo* non melius exprimat *Græcam* vo-
cem *logos*, quam *Verbum*. Quid stultius dici potuit
apud doctos? Ad Clericum revertimur.

Argumentum qua suam illam versionem probat,
ullius prorsus roboris est, cum nitatur hypothesi,
olixè satis a nobis jam confutata, nimirum ex pro-
no fonte hoc vocabulum ejusque verum significatum
petι debere. Præterea sui heic prorsus oblitus vide-

tur Criticus. Contenderat Johannem in eo esse ut do ceat, *quo sensu voces*, qualis inprimis ὁ λόγος *usurpa possint a Christianis* p. 16. Porro Johannem esse *primu Christianorum scriptorum* qui hisce vocibus utatur ibidem Voces has olim quidem Platonis, noviſſime autem Phi loni usurpatas ab eo mutuas acceptas & in religionem illatas esse, & a facundiſſimo *Scriptore* Philone potuiſſ falli Chriſtianos in iis quæ περὶ τῦ λόγυ *attulerat*, ni *Apostolica auctoritate obviam iretur* p. 21. Ruſsus p. 1 *Cum ergo lectitaretur a Christianis, & multa haberet affi nia Christianorum dogmatibus; potuerunt multi, homin eloquentia capti, sermonem ejus imitari, & placita impru dentes cum Religione Christiana miscere. Ne hoc ergo fie ret, Johannes Pauciſſimas voces, quæ fallere incautos pote rant, initio Euangelii sui adhibuit, ut quo sensu usurpa possent intelligerent Christiani.* Quis ea leget, & non ex pectet ex Johanne de vero ſenſu & unice legitimo, ne dum aliarum vocum, ſaltem τῦ λόγυ, erudiri. At nihi tale in univerſo hoc libello reperitur. Imo in calce ſua qualiſcunque XVIII. primorum Verſuum interpretatio nis, primam & non minime momentoſam, de ſenſu Philonianæ Vocis, quæ omnium Princeps eſt, deter minationem ex Timæo Locro Pythagorico, ex Epi charmo, ex Platone, illius interprete, hujus ver imitatore, repetit. Johannes non rogatur, non auditur Solus de tribunali judex, ex promiſſis Clerici, ſententian dicturus erat Johannes, & illius nulla heic habetu ratio. Obſecro te Clerice, quis heic determinat quo ſenſu accipi hæc vox debeat, quis prævenit periculo de quo ita ſollicite cavere velle videbaris? Periculum ſeductionis idque præſentiſſimum eſt, ni Johannes ſen tentiam dicat; & de ipſa Johannis mente a Timæo, Epicharmo, Platone ſententia flagitatur. Verum omnem confuſionis modum ſuperat, quod, dum Jo hannem dixiſſet in eo eſſe, ut caveat, ne à Philone ſe-

duca-

ducamur, illi silentium injungas & huic deferas judicis officium. *Adi & Philonem* hæc sunt verba tua p. 24. at qua de re. Periculum est ne a Philone seducar, Johannes cavet ne id eveniat, ideoque interpretatur, quo sensu hæc & aliæ voces Philonianæ accipi debeant; patulis auribus expecto Johannis verba; verum nulla aut decisionis aut instructionis a Johanne factæ mentio fit. Iubeor, post Timæum, alioque, *Philonem audire.* Scire aveò quo sensu vox Philoniana accipi debeat, periculum seductionis a bono Critico tam prudenter propositum, tam eleganter exaggeratum metuo; Iohannem me eruditurum lætus accipio, verum ubi ad rem ventum est & de vero significatu facienda decisio, ita destituor turpiter, ut bonus Orbilius me ad ipsum remittat Philonem. *Adi & Philonem.*

Adeo Philonem, sed falsi te extemplo deprehendo. *Ubicunque λόγε & Creationis Mundi meminit, videbis de Sermone nusquam eum cogitasse, sed Rationis potestatem animo præsentem habuisse.* Sæpissime id obtinere non inficior, at *ubicunque λόγε & Creationis meminit* idem semper verum esse, ex ipso Philone facile refutatur.

En locum clarum & limpidum. *Adhuc enim loquente Deo facta sunt omnia, nec interceſſit ulla mora temporis imo licet verius dogma attingere, dictum & factum idem est, verbo certè apud mortales nihil est mobilius, præcedentem enim mentis conceptum celeritate assequitur nominum verborumque volubilitas, ergo sicut rivorum perennium fluenta cursu irrequieto feruntur, sequentibus aquis præcedentes impellentibus: ita sermonis semel cœpti exundantia, mentem omnium quæ nobis innunt mobilissimam, & volucribus naturis parem, currendo assequitur. Igitur sicut irigenitus ille prævenit omnia genita; ita ingeniti sermo sermonem creaturæ percurrit, nubila etiam prætervolans, sicut ipse loquitur dicens. Ecce videbis quod apprehendet te sermo meus: quasi nihil sit quod Dei sermonem possit effugere, quod si sermo*

prævenit, multo magis ipse qui loquitur. Certo certiu
de Creatione cogitavit, & de ea facta *verbo*, quando i
de Sacrificio Kain & Abel pag. 109. Εὐλόγησα *benedi
cam*, id est, *dicam laudatum sermonem* ἔπαινετὸν λόγον. *Na
illud bene omnium virtutem significat. Sermo autem alii
fonti, alius rivo est similis: fonti qui mente concipitur
rivo qui per os linguamque profluit, ... Multi enim ex
cogitant quidem optima, sed à malo interprete sermone λο
γῳ destituuntur* de Migrat. Abr. pag. 312. e. Proinde
verbosis & loquacibus *sermonem indecorum* tribuit pa
139. a. En asserti tui temeritatem immanem, & λο
γῳ & Creationis Mundi simul meminisse Philonem
ex hisce patet, ὁ γὰρ Θεὸς λέγων ἅμα ἐποίει & quæ s
quuntur. Confer quæ antea ad hanc rem dicta sun
Nec cum Philone hac in parte dissentiunt Hebræ
R. Abraham in Zeror Hammor Edit. Venetæ Fol.
Col. 1. *In Targum explicant per Sapientiam. Et Sapien
tia est Verbum. Hæc est Sapientia magna Creationis
omnium rerum per Verbum, & hoc est quod dicitur qu
operatus est & fecit. Vocat generationes à principio, nam
omnia ejus opera extiterunt per Vocationem. Hoc est qu
dicitur Dominus locutus est, & vocavit terram. Et ide
significatur Verbo Domini cœli facti sunt.* Conferat L
ctor in præcedentibus dicta, quando notavimus
מימרא דיי passim adhiberi a Targumistis ubi in H
bræo occurrit פי יי *os Jehovæ.* Quod utique nos adstri
git significationi vocabuli, qua locutionem & serme
nem significat. Similiter Cyrillus Alexandrinus c. Ju
L. 11. Edit. Spanhemianæ p. 54. c. *Cum igitur Moses..
Verbo potentissime ait condidisse omnia. Deus enim est &
Deo secundum naturam, universi opifex ejus verbum.* E
ut ne dubites qua notione *Verbi* vocabulum accipiat
sic pergit: Dixit enim Deus, inquit, fiat firmamen
tum φησιν ὁ Θεὸς. Paulo post, pag. 56. Hermetis hæ
verba profert ὁ πάντων δημιουργὸς ἢ νοῦς ἐφώνησε τοῖς

ἔσω γὴ &c. ..... itaque Dei jussu per Sermonem opificem facta esse omnia & sentire hominem decet & vere dicitur. Ut impudenter non minus quam imprudenter hypothesi serviat Clericus, quando dicit, *ubicunque* λόγε *& Creationis Mundi meminit, de Sermone nusquam cogitasse sed Rationis potestatem animo præsentem habuisse.*

Sequitur aliud acuminis Critici specimen pag. 25. „Novi equidem esse Intt. qui velint Johannem respi„cere ad Mosis locutionem, qui Deum dicendo crean„tem Mundum inducit. Imo sunt tales Interpretes, quin vix dantur alii, & si qui dentur illi toto errant cœlo. Philo saltem ita accipit, ut in loco novissime allegato videre est. Psaltes sic accipit: Ps. XXXIII. 6. Extra omnes partes positus Longinus sic accipit. Paraphrastæ Chaldæi, uno verbo, versiones ad unam fere omnes sic accipiunt. *Deus loquitur & est, jubet & stat. quando voco* cœlum & terram *stant ibi una* Jes. XLVIII. 13. *Quis creavit hæc? quum ducit in numero exercitum illorum: universos nomine citat* Jes. XL. 26. vocat *ea quæ non sunt tanquam si essent* Rom. IV. 17. -----

Hic loqui & jubere distincte memorantur, ita ut utrique tribuatur effectus. Nec quicquam evincis quando addis; *Verum cum Moses velut Imperio Dei omnia esse facta docet, palam est sermonem propriè dictum ab eo non intelligi.* Imperio, jussu, voluntatis divinæ nutu omnia facta esse nemo negat. Verum id imperium quid repugnat quo minus & sermone & verbo exercuisse dicatur? Imo id imperium cum singulari ratione fuerit δι' λόγε, quid ni a λόγω & per λόγον illud dicatur exercitum? Λόγον modo admittat qui ipse *Deus sit*, quique Deus loquatur, ut εἰκὼν δι' ἀοράτε Col. I. Cui a Patre ipsum quoque creationis opus fuerit demandatum, δι' ὃ καὶ αἰῶνες ἐποίησε Hebr. I. δι' ὃ σύμπας ὁ κόσμ& ἐδημιεργεῖτο ut alibi Philo de Monarch. *visibilia* inquit Apostolus *atque invisibilia* Col. I. De Verbo [illegible] nobis lis

non est, sed de προφορικῷ. Hoc operatum testatur Moses, tum quando Deum dixisse narrat; quod tandem est, ac si diceret, Verbum προφορικὸν locutum est, seu Filius Dei voluit volente Patre, jussitque jubente Patre ut esset cœlum terraque existeret, operante ita id quod Pater operatur, Joh. v. Atque ita *non frigida erit allusio ejus qui dicet, Verbum* illud fuisse apud Patrem; imo ex opere Creationis à Filio præstito apparuisse eum esse apud Patrem; apud quem, in cujus sinu, cujus propositi conscius si non esset, certe nec Verbum esset, nec ut tale, res creatas condere potuisset. Argutia hæc non est; sed mysterio Trinitati illiusque Oeconomiæ convenientissima cogitatio, Johanne digna, & Salomoni & Davidi cæterisque Prophetis apprime familiaris.

At hæc sunt, quæ nec rejicere palam heic voluit, ut ne videatur non serio Socinum oppugnare; aut fateri, quoniam reipsa id Mysterium aversatur: E hinc est quod Rationem potius quam Sermonem aut Verbum vertit; ut tanto commodius tegat eam quæ genuina ipsius sententia est: nimirum Ratio non sole in nobis ciere cogitationem veri ὑφισαμένης subsistentis, ab eo cujus sit, ea ratione diversi, qua Filius diversus est à Patre & Spiritu Sancto.

Optima sunt verba Ignatii quæ profert ex Epistola ad Magnesianos p. 26. *Unus Deus est, qui se revelavit per Jesum Christum Filium suum, qui est ejus æterna Ratio*, æternus Sermo seu Verbum. Est enim ejusdem æternitatis ut naturæ & essentiæ cujus Pater est. Secus autem sentire nostrum, quantovis studio virus tegat, non uno in loco manifestum est.

Pagina 27. veritatem profiteri videtur hisce verbis. „Ac sane Philo suum λόγον inferiorem Deo Summo „passim facit: cum Iohannes λόγον quem postea inter „homines versatum esse narrat, Deum illum unicum, „& pro-

„ & proprie dictum fuisse doceat. Est Filius à Patre, ita tamen ut unus sit qui Pater Ioh. x. Is in se suscepit munus Mediatorium, atque ita executionem universi Consilii divini, adeoque & fratrem se futurum ex fratribus, legique obediturum ad mortem, mortem quidem crucis ultro est pollicitus. Hanc veritatem omnes promissiones continent. Hinc minoritatis subjectionisque conceptus. Fuerunt illius, ut talis, umbræ & repræsentamina, Sacerdotes, aliique imo ipsi Angeli quibus Deorum nomen datum est, eo quod ipsum repræsentarent. Hinc Deorum quædam pluralitas. Hæc non recte accepta errorum & locutionis confusæ occasio fuit. Cujus specimina in Philone aliisque reperiri mirum non est. Catachrestice & Sacerdotes & Angelos Deos dici, eamque catachresin ulterius nonnunquam quam par est, adeoque & ad ipsum Filium Deum extendi, pariter absonum videri debet nemini.

Ab hac autem veritate quam alienus sit Clericus eadem pagina ad versum 3. videre est. quando *omnia per λόγον facta esse* sensu ita diluto accipit, ac si sufficeret ea intelligere tanquam *oppositа doctrinæ Epicureorum, qui sine ratione & casu omnia facta esse contendebant. Ratione* profecto & *Sapientia* divina omnia condita esse præter Atheum aut profanum Philosophum nemo negabit. Verum ita diverso eadem hæc verba sensu pronunciari possunt, ut de eo, in quo heic rei cardo versatur, contrarium prorsus sentientes iisdem mentem suam involvere possint. Certe Socinianus, quantumvis negaverit Filii Dei præexistentiam ante Mariam, ratione tamen & sapientia cuncta facta esse, non negaverit. Aliud est naturalem & essentialem, liceat ita loqui, rationem cogitare & sapientiam aliud est eam cogitare quæ est ita à Patre distincta ut Filius dici mereatur & genitus, & Vir Sorius ei Zach. XIII. 7. & sapientia quam generando acquisivit Pater Prov. VIII. qui sit Angelus in cujus medio

nomen,

nomen, quique sit ipsa facies Dei. Hoc sensu ut concipias haud sufficit hæc concepisse oppositum Doctrinæ Epicuri. Hoc sensu Dei *instrumentum* non nisi catachrestice dici potest. Nec τὸ περὶ illam notionem flagitare ex Rom. XI. 36. & Hebr. 1. 3. aliisque locis dudum adversus Socinianos demonstratum est. Quibus serio non contradicit Clericus, quando διὰ λόγου ipsi tantundem est, ac διὰ δυνάμεως Θεοῦ, aut διὰ θελήματος Θεοῦ, p. 29.

Inferiorem Deo τὸν λόγον esse, male licet ex eo & valde ἀκυρολόγως forte colligat Origenes, quod *per eum operatus* dicatur Pater, certo tamen sensu dici potest, nimirum, Deo accepto pro Patre, qui & Deus Filii adeoque *solus verus Deus*, etiam illius respectu, dici potest, si debita habeatur œconomiæ ratio. Concilium ac fœdus pacis est Patrem inter & Filium, Zach. VI. adeoque Pater, ut qui, non sine adjuratione, adeoque interveniente jure-jurando, Ps. CX. Fœdus pepigit cum Filio, ab adjurando, אלהים Deus Filii commode dici potest, imo & eo sensu *solus verus Deus*. Hisce veritatibus non semper distincte satis consideratis, minus accurate dici potuit Filius inferior Patre Deus, licet œconomicè recte inferior dici queat ut Legatus, Missus, Sponsor, Unctus, Mediator & sic porro.

Nonnulla χωρὶς λόγου facta esse, quando Philo largitur Epicuræis, utique a veritate penitus aberrat, fateor; Iohannem autem ad observasse in Philone, ridicule somniat Clericus, p. 30. multo magis inepte quando huc respicientem fingit Iohannem, ubi dicit *& sine illo* sc. λόγῳ *factum nihil quod factum est*; ac si caevere voluerit, ne quis, cum Philone, imprudenter putet, esse nonnulla *non sapienter*, non *ex ratione* facta. Idem procul dubio vult Iohannes, quod Paulus, quando dicit *omnia facta esse per eum*, qui est εἰκὼν τοῦ ἀοράτου, & πρωτότοκος πάσης κτίσεως, *omnia quæ in cœlis & quæ in terra*

sunt,

sunt, visibilia & invisibilia &c. Col. 1. 16. δι' οὗ καὶ ἐποίησε τοὺς αἰῶνας Hebr. 1. 3. *per quem & secula condidit.* Apud Hebræos עולמים *& sacros scriptores Græcos* ait noster, nomine Liberii de Sancto Amore insignitus, pag. Epistolarum 24. *mundum designat, ut notum est.*

Ad finem p. 29. & in initio 30. carpit malos Criticos regulamque præscribit; sed admodum ineptè, cum nemo sit qui illam aut ignoret, aut negligi a se aut violari fateatur. *Mali* etiam mihi sunt & importuni *Critici*, qui tanquam recens inventas omnique studio inculcandas regulas proponunt, res ita tritas neminique incognitas, atque illa est, quam heic ita serio commendat Clericus. Exiguum libellum scribit, annotatiunculas quasdam ad XVIII. primos Cap. 1. Euang. Ioh. proponit, & temperare sibi a præscribenda prolixa regula Critica non potest. *Mali Critici sunt qui considerant seperatarum vocum potestates, putantque ubique posse convenire, nulla phrasium & occasionum ratione habita; aut qui existimant interpretationem admitti oportere, duntaxat quia non absurdos sensus complectitur, nec Metathysice ut ita dicam, impossibile est Scriptorem, quem interpretantur, id cogitasse quod illi adsingunt. Debet usus linguæ, cum occasione scriptionis, omnisque sermonis circumstantiis probe expendi.* At bonè Vir quis hoc ignorat? tune nosti Criticorum nomine dignos, qui ita sint omni judicio omnique rerum cognitione vacui, ut ea regula ipsis inculcanda sit? Pungere forte voluisti quos vero nomine insignire haud tutum erat. Satis superque ab istoc crimine se expurgarunt. Separatarum vocum potestates unice si considerarent, quæ maligna tua accusatio est, non tantas profecto divitias in verbis Dei reperirent: divitias tibi ignotas, nec mirum, cum nequidem cogites Deum esse, ipsamque sapientiam quæ loquitur; magis coarctans Sancti Spiritus quam forte sententiosi alicujus profani dicta.

Denuo mentem ſuam prodit, quantumvis orthodoxe ſentire videri velit, quando *ſine* Sermone *factum eſt ne unum, quod factum* eſt, ipſi tantundem valet, atque nihi caſu & ſine ratione, ſed omnia ex conſilio, atque c ſenſu, *Ratione* facta ſunt. Epicuræis heic indulget Philo hunc reſpicit, huic contradicit Apoſtolus. Antea d vocabulis Philonianis ſollicitus Johannes, nunc in e eſt, ut & falſam doctrinam & dogmata corrigat, ger ræ! Nimirum pulverem ſpargis ut ne videat lector i quod in ſinu foves. Non agnoſcis Filium qui ab omn æternitate fuerit apud Patrem & a Patre diſtinctus, u per quem, in quo, propter quem, operetur Pater; d quo Pater paſſim tanquam de alio, qualem deſcripſi, no terminis Scholaſticis, ſed ex Scriptura unice petit p. 77. & ſeq. Et Ratio hæc tibi eſt, perfectio θείας φύσεως non nomen illius, qui, θείας quidem φύσεως ab æterno particeps atque eſſentia *unus* aut *unum* cum Patre, ſe qui eſt idem Deus qui Pater eſt, & ita tamen a Patr differt ut ſit גבר עמיתו quem Pater קנה qui ſit בן & filius, צמח βλαστὸν germen, quod germinat confer LXX Gen. XL. 10. Ezech. XVII. 8. Qui egreſſus ſit ex Iſrael Jer. XXX. 21. ex ſtipite Jeſſe Jeſ. XI. 1. non tantum verum & מקדם *ab olim* in promiſſis atque apparitioni bus, verum & מעולם ab æterno Mich. V. 1. qui locu Chaldæo, Talmude, R. Salomon & Kimchi, imo Abar banele teſtibus, de Meſſia agit. *Sapientia* quæ *uncta* fui *ab æterno, genita ante abyſſos.* אמון Filius in ſinu geſtatu ἐγκόλπιος, nutritius & nutritor omnium, arcanorum Dei conſcius & Doctor, Primogenitus. Angelus quem Pater a ſe diſtinguit, teſtatus Jehovah de Jehovah Qui conſpicitur ut Vir ambulans inter Myrthos, ut intercedens apud Patrem pro Hieroſolyma, & impe trans ut Jehovah juſſa det Angelo loquenti in Pro pheta, id eſt, Spiritui Chriſti, qui, teſte Petro, i eſt, qui locutus eſt in Prophetis *Facies Dei. Os Dei*

Qui

Qui sit Missus in mundum à Patre, Apostolus, qui sua voluntate sibi corpus fecit templum Iehovæ, nec excitare ex mortuis posset nisi & factor esset. Vindex Israelis, Iustitia nostra, Rupes salutis, Deus stans in medio Deorum, de quo ad oppida Iudæ *ecce Deus vester.* Angelus Iehovæ. Assertor Testamenti. Creator, sustentator omnium. Suorum redemtor & ipsa salus.

Pagina 30. non minus de doctrina, quam de verbis Philonis nobis sollicitum fingit Jesu crucifixi discipulum. *Philonem ab Apostolo hic respici, hac etiam in re, vix dubito.* Nimirum, *quod nonnulli providentiæ alioquin patroni, varia χωρὶς λόγῳ facta esse Epicuræis concesserint.* Quinam obsecro sunt illi providentiæ patroni? Quis ille Epicurus qui de nostro λόγῳ fuerit sollicitus? Præterea musteus est nimis meus ille Clericus, quam ut, omni vetustate, imo omnium seculorum Theologis tacentibus, primus animadvertat, Johannem & quod ad vocabula & quod ad res ipsas, sedulo id egere, ut in Philone utraque corrigat & explicet. Miror autem hominem, qui, ubi de sortibus agit, divinæ omnium rerum, inprimis minimarum Curæ ita iniquus est, heic ita exerte statuere *quæcunque existunt a Deo creata, curari* pariter. Gratularer, nisi toties à se dissentientem, sibique contradicentem deprehenderem: in hac ipsa quoque de cura Dei materia, de qua in transitu non possum non notare, quam demonstratu facilis sit, modo id unum observes, nimirum minimi sæpe ponderis eventibus & factis, in quibus maximam contingentiam aut casum agnoscimus, connexos passim esse alios eventus maximi momenti, ut, si cum Socinianis præscientiæ divinæ & curæ illos subduxeris, hosce quoque, atque ita omnes alios, iis subducere debeas. Quid obsecro aut magis contingens quam subita quævis passio seu amoris seu odii, quæ animum hujus aut

illius regis, forte aut principis afficiat, aut magis casu ac fortuito factum dixeris, quam si pilus in asperam arteriam illapsus, aut musca homini primi quoque ordinis mortis causa sit?

At quanta non inde pendeant nemo non videt. Imo rerumpublicarum regnorumque plurium sæpe mutationes & subversiones.

Hasce igitur, hominumque infinitorum mortem, vitam, statum non præsciverit Deus, aut cura sua direxerit, si id unde ea profluunt, ignoraverit.

Ad sequentia Euangelistæ verba Ἐν αὐτῷ ζωὴ ἦν pag. 31. præter omnem modum dilutè & jejunè loquitur Clericus. Prorsus ut ii solent quorum omne studium est exinanire & enervare verba Dei. Non possum committere, quo minus heic Lectori repræsentem verba Clarissimi Cocceji in idem hemistichium, ut appareat quantum differant potentem in scripturis esse, & eum fuisse in propriis ratiociniis. Sic Clericus pag. 31. *Vita hoc in loco significare videtur doctrinam perspicuam de vita æterna, ejusque consequenda ratione, quæ obscurius ante Christum nota erant, quo factum ut Paulus 2 Tim. 1. 10. dicat Christum* illustrasse vitam & immortalitatem per Euangelium. *Hanc esse mentem suam ostendit ipse Johannes 1 Epist. 1. 2.* Vita manifesta facta est, *inquit*, & vidimus, & testamur, & nuntiamus vobis vitam æternam quæ erat apud Patrem, & manifesta facta est nobis. *Ibidem Cap. v. 11.* Vitam æternam dedit nobis Deus, & hæc vita in filio ejus est. *Alioqui* vita *posset dici λόγος, quod vitam spiritualem in hoc ævo, æternam in alteris hominibus det.*

Nunc Coccejum in Princip. Euang. Joh. audi §. 93. *Quintum axioma est v. 4. col. 1.* In ipso vita erat. *Circa hoc colon cogitatio anceps oboriri potest: de qua potissimum* Vita *loquatur? & quomodo ea dicatur* fuisse in ipso? *Tutissimum autem sine dubio est, Sermonem agnoscere Auctorem omnis*

mnis Vita. Si jam hic nobis se objiciat cogitatio Vitæ eternæ, quam ipse habuit cum Patre & apud Patrem, quæ est ζωὴ ἀκατάλυτος, vita indissolubilis, & unde ὁ ζῶν, VIVENS ille appellatur, ea in primo versu comperietur satis indicata. Rursus si occurrant in rebus factis ea, quæ vitam habent, sive ut crescant, semen ferant aut fructum etiam, sive ut sentiant, & se moveant, sive ut ratiocinentur, intelligant, judicent, velint; eaque rursus in corpore, vel corporis expertia, ut Angeli: nulla ratio est, quare hujus vitæ auctorem non statuamus Sermonem, quum ea omnia comprehendantur in iis, quæ esse cœperunt; de quibus v. 3. Sed quia in illo censu jam illa continentur, hanc vitam potissimum hoc colo notari probabile non est. Ita nec illam vitam præcipuè notari credibile est, quæ est sita in rectitudine cogitationum & appetitus: cui opposita corruptio mors quædam est. Nam ea potius sub vocabulo lucis indigitatur, colo sequenti. Igitur hæc omnia quidem in hoc elogio, si solum & per se accipiatur, intelligemus; nihilominus tamen per hoc tam generaliter dictum in comparatione adpræcedentia & sequentia vitam quandam nonnihil distinctam jam positis innui & intendi animadvertemus. Est enim vita, quæ consistit in beatitudine & gaudio glorioso, cujus promissio homini, si in prima rectitudine persisteret & Domini sui jussui pareret per abstinentiam ab arbore cognitionis boni & mali, sub sacramento Arboris vitæ obsignabatur. Hæc autem dupliciter in Sermone fuisse dici potest. 1. Quod sufficiens fuerit ad eam dandam, quodque eam verissimè obedienti homini cum Patre daturus erat. Sed hoc omne jam significatum est, quando Deus appellatus est. 2. Quod vita revera in ipso, ut Capite, præparata fuerit hæredibus ejus divino quasi Testamento nuncupatis, & quidem in ipso solo; adeoque nemo extra ipsum vitam adeptus sit, neque etiam illi ex fœdere operum, & non ex gratia ipsius, vita destinata & præparata aut porrò data fuerit.

Atque hæc omnino est mens Evangelistæ, quam nobis

voluit generali hoc dicto insinuare. Idque patet, quia statim subjungit, Et vita erat lux hominum. *Ita* 1 *Joh.* 1. 1. de Sermone vitæ. *& v.* 2. Et vita manifestata est, & renunciamus vobis vitam illam æternam, quæ erat apud Patrem, & manifestata est nobis. *Hinc Christus* vita *Joh.* 11. 25. XIV. 6. vita nostra, *Col.* 111. 4. *Igitur & per* Arborem vitæ sitam in medio Paradisi Dei *Apoc.* 11. 7. *intelligimus Filium Dei, in quo vita erat & est.*

In Clerici glossam quadrant quæ Socino regerit idem Coccejus §. 101. *Non audet dicere, quod sentit: nimirum Vitam a Christo non aliter dependere, quam a primo præcone ejus & martyre, & ut à pronunciante hoc verbum, quod Deus virtute sua ultimo die sit prosecuturus, ut immortales faciat mortuos, Christi vestigia secutos.* Quis ita prorsus sit omni sensu destitutus, ut heic sanctum a profano, vim veritatis a languidis vani hominis λόγοις discernere haud possit?

Pag. 33. Iterum ut decipiat eos quarum oculos offuscare scriptiuncula illa studuit, sui hypothesiumque suarum turpiter oblivisciturr, hisce verbis. Lucem animi *persæpe laudat* Philo, *sed cum eam lucem non petat ex doctrina Christi, verum ex Judaismo Platonico dogmate incrustato, inane est quicquid de ea. Itaque soli Euangelio convenit quod ait de luce divina* Lib. de Humanitate pag. 551. Tantæ jam necessitatis Euangelium & ex illo Christi doctrina est, ut *inane* sit *quicquid de luce habet* Philo. Certe inane non est quod ad salutem sufficit, id quod de cognitione naturali & gentium alibi post Curcellæum tuum, toties totiesque docuisti. Verbum hac de dixi pag. 29.

Ad verba *Lux illa erat vera Lux*, ineptissime noster, & ut decet hominem Scripturas non tam ignorantem, quam fastidientem. Nimirum ex Platone & Philone illustranda erat vocabuli *verus vera* genuinus sensus.

ac si ex συνηρέσει ἢ συνδμαλινῶν non millies præstantiora eruere queat lector qui *veritatem amat in renibus* Ps. LI. 8. *Verum* utique opponitur in Scriptura tam Veteris quam N. T. falso, ficto, umbratili, probabili. Sic *verum semen* memoratur Jes. 11. 21. Quin imo ex Philone id discere potuisset noster, utpote qui verum opponit *umbratili & ficto* p. 123. d. *falso in judice* p. 556. d. *probabili* p. 102. g. Sic *veram* memorat *& exemplarem Musicam* quæ sit in rerum creatarum concinno ordine, haud secus atque in bene composita Symphonia. Addo locum partim a Clerico p. 35. citatum ex de Confusione Ling. pag. 267. *Quod si nondum quisquam est dignus ut Dei filius appelletur, tu tamen da operam ut ornatus sis sicut verbum ejus primogenitum, Angelus antiquissimus, & quidam variarum appellationum Archangelus: videlicet principium, nomen Dei verbumque dictus, & homo factus ad imaginem, & videns ille Israel. Nam si nondum idonei sumus ut nominemur Dei filii, simus saltem sermonis illius sacratissimi, qui ejus sempiterna imago est. Imago enim Dei est verbum illud antiquissimum.*)

Oeconomiam Dei si non ignoraret noster & cum Socinianis male conciperet, deprehenderet *verum* hic positissimum tum falso opponi, tum *umbratili*, haud secus ac Christus Dominus *verus panis audit*, oppositus nonpani Jes. LV. & *manna* omnique pani *umbratili*. *Caro mea est vere cibus, & sanguis meus vere potus* Joh. VI. 55. *Hic est panis qui cœlitus descendit. Non quemadmodum patres vestri manna comederunt & mortui sunt: qui hunc panem comedit in æternum vivet* Joh. VI. 58. *Pater meus vobis dat Verum Panem* ℣. 32. *Verum tabernaculum* quid aliud, quam quod umbratili opponitur? Hebr. VIII. 2. IX. 24. Sic *adorare in spiritu & veritate* opponitur cultui umbratili Ioh. IV. 23. Hæc ignorat. Hinc Iesum *veritatem* esse, non consignificat nostro, Iesum esse corpus umbrarum Veteris Testamenti Ioh. XIV. 6. Hinc & in

umbris

umbris Mosaicis reperiri ab homine scotomate Socinia-no percusso non potuit. Quod & ipsum cohibuit, quo minus de luce naturali, nos in multis destituente, aut lu-ce umbratili, quod in tabernaculo & templo imo & in columna ignis adfulsit Israeli cogitaverit, tanquam, cui opposita eminentior lux sit, quæ *lux* vera audiat.

Pagina 37. *Ipsa divina ratio facta est Jesu Divinitas unione arcana.* Sociniani *divinitatem* potius Christi quam Deitatem dicunt. Hinc *Smalcius* non de Deitate sed de Divinitate Christi scripsit. Divinus homo sit Deus tamen homo seu homo Deus nolunt ut dicatur. Sed *divinam rationem* quando memorat noster, omnino notandum est, utrum rationem subsistentem intelligat & à Deo Patre distinctam, an vero rationem quemad-modum est peculiaris essentiæ divinæ proprietas, qua-lis est justitia aut alia affectio Dei. Cum Deus nostri Critici sit *perfectionum Collectio præstantissimarum quarum-què qualitatum* Crit. Part. 11. p. 549. rogo an heic intel-ligat earum aliquam, an vero verbum, Sermonem, Rationem λόγον subsistentem, quæ omnium istarum perfectionum, liceat ita loqui, subjectum sit haud se-cus atque Pater & Spiritus Sanctus. Confer pag. 146.

Quicquid dixeris, quamdiu heic non promtè & ro-tunde mentem evolvis tuam, ratio est metuendi, ne adhuc foveas, cujus speciem ita evitas sollicite, Soci-nianæ pestis virus: Saltem ne tibi perinde sit, qui-hac de re aut ipse sentias aut credant & profiteantur alii. quæ mens fuit Liberii a Sancto Amore p. 92. & 93.

Contemplati sumus gloriam] tantundem est, ac *mi-racula, nimirum, qualia a nemine unquam, eodemque modo facta fuerant.* Miracula quidem totidem argumen-ta sunt, quibus Deus *gloriam* demonstret, nosque a *gloriam* in ipso agnoscendam & prædicandam excitat, non vere ipsa *gloria.* Sequens caput Johannis id docet satis superque potuisset nostrum. Dicitur enim de mi-racul-

Digitized by Google

nculo in nuptiis præstito. *Hoc fecit initium signorum Jesus in Cana Galilææ, & manifestavit gloriam suam: & crediderunt in eum discipuli ejus*, Joh. II. 11. En *signum factum* en *gloriam istoc signo manifestatam*, eamque *gloriam suam*, quod non-vero Deo non convenit. Verum ut videat Locorum Communium scriptores, quos ita alibi spernit, meliora docere posse nostrum, legat quæ habeo in Enchiridio Theologico Cap. I. p. 20, 21, 22. *Gloriam Dei qui dixerit, ne is unico verbo revelata omnia dixerit. Hanc Apostolus sanctificantis cognitionis objectum docet* 2 *Cor.* III. 18. *Est Gloria maximum illud divinæ perfectionis pondus, quo cunctis immensum præstat. Ut cuique rei, pro valore, sic & Deo, pro ea, qua est perfectione, Gloria Hebr. pondus, pretium ponendum est. Græcis δόξα ἀδοκῶν, nimirum est ponderis æstimatio. Hanc noviße, cognitionis omnis summa; hanc venerari, Religio omnis: hujus minitus mutari, omnis peccatoris Sanctificatio est. Est splendor ex omnium perfectionum illustrissima & in unam collecta demonstratione nobis adfulgens. Eam ita demonstrandi Ansa: peccatum. Hinc in gratiæ ac misericordiæ, nec non justitiæ potissimum ἐνδείξει cernitur. Exod.* XXXIII. 18, 19, 20. *Huc spectavit Gloria in tabernaculo olim & in templo habitans. Exod.* XXIV. 16, 17. XL. 34. 1 *Reg.* VIII. 11. *Ezech.* IX. 3. 6. 2 *Thess.* I. 8, 9. *Medium: passio, obedientia & gloria J. Christi.* 2 *Cor.* III. 18. *Nec poterat sufficiens esse, nisi in eo, qui & Deus erat. Esse ἀπαύγασμα & ἔκτυπον resplendescentiam gloriæ, ἀξίωμα non minus est, quam, Deum esse, eumque adeo, per quem & secula condita. Heb.* I. 3. 6. *Huic sit gloria Apoc.* I. 6. IV. 9. *Gloria olim visa, Christi fuit. Jes.* VI. 3. *cum Joh.* XII. 41. *Luc.* II. 14. *Ps.* CXLV. 3. *Is Rex gloriæ Ps.* XXIV. *Dominus gloriæ.* 1 *Cor.* II. 8. *Unctus gloriæ Jac.* II. 1. *Ejus gloria olim agnita in Sinai Exod.* XVI. 7. 10. XXIV. 16, 17. *Act.* VII. 38. *Mal.* III. 1. *Jer.* 17. 12. *Joh.* I. 14. *Ps.* XL. 5. *patrans miracula, suam gloriam dicitur manifestaße Joh.* II. 11.

Spiritus Sancti eadem est gloria Jes. VI. 6. *Act.* XXVIII. 26. 2 *Cor.* III. 18. *In Vet. Ecclesia & Filius & S. S.* δόξα *vocati sunt. Hanc, non agnita doctrina Trinitatis, & consilii gratia, nemo rectè conceperit.* Quæ prolixius explicata si quis velit, is adeat Sum. Theol. Cap. I.

Hæc si Lector probe consideret, videbit hominem pro more Socinianis recepto, heic quoque miserrime emasculare & eximanire scripturas.

Id quod temere adseveravit, probasse se falso jactitat, quando dicit Gloriam *Dei miracula dici, ostendimus ad Exod.* XVI. 7. Inspicio locum, sed aliò remittor. *Sic Num.* XVI. 21. 23. gloria *dicuntur miracula quæ in gratiam Israelitarum edidit &* vidisse gloriam ejus *memorantur, qui iis adfuerant.* Qui portenta viderant, viderunt gloriam, fateor: non tamen inde sequitur, portenta esse *gloriam*, quod tamen se heic loci ostendisse ad Exod. XVI. gloriatur. Quin imo hoc ipso in textu *gloria* distinguitur à *portentis*, & visa iis dicitur, qui portenta viderunt, non quod idem sint, *portentum* & *gloria*, sed quod, ut Johannes loquitur, unum manifestet aliam. *Clamat quælibet herba Deum.* Non herba Deus, aut Deus herba est, sed hæc talis Deum prodit: idem & hic obtinet.

Nec magis appositè ad Petrum provocat, non enim ibi miracula in Christi gratiam edita *gloria* dicuntur, sed *gloriam a Patre accepisse* seu potius eam *adeptus* seu gloria *allata* dicitur, verbis illis de ipso, *ex magnifica gloria* prædicatis: *voce hujusmodi ei emissa à magnifica gloria; hic est filius meus dilectus in quo acquievi.* 2 Petr. I. 16, 17. Quam vellem legisset ea quæ ad hunc locum habet Coccejus. Non gravabor heic exhibere, tum ut in arte Critica melius erudiatur noster Archicriticus, tum ut appareat majora longe verbis Apostoli contineri, quam in illis animadvertere potuit, neglecto cum Iudæis eorumque propagine Socinianis, nucleo. Certè corticem lambis.

Cle

Clericus. Cocc. in 2 Petr. 1. §. 106. 107. *Petrus & Apostoli prædicarunt Christi* potentiam & præsentiam, *quia* spectarunt *ipsius* magnificentiam. Gloriam, *mox appellat. Sic Johannes Cap.* 1. 14. Et vidimus gloriam ipsius, gloriam, ut unigeniti à Patre. Μεγαλειότης *notat argumenta* μεγαλωσύνης *sive* magnitudinis. Magnitudinem *dicit Moses Deut.* XXXII. 13. & *David Ps.* XCV. 3. *ubi loquitur de* Rupe salutis, *quam certum est appellari* Iehovah. *Psalmus autem testatur eum, qui meretur appellari* Iehovah, *esse* Deum *potentem* & magnum, *dominum omnium. Propter illam* magnitudinem *potuit esse* ἴσα Θεῷ. *Phil.* II. 6. *Et intellexerunt Pharisæi, eum, qui vere Deum nominaret* Patrem proprium, *esse* ἴσον τῷ Θεῷ. *Joh.* V. 18. &, *si homo se nominaret falsò filium Dei proprium, sive unigenitum, eum blasphemum esse, & se Deum facere. Joh.* X. 33. 36. Magnitudo *excludit vilitatem & exilitatem, h. e. omnem defectum. Notat igitur* μεγαλειότητα, & ὑπεροχὴν *& omnipotentiam & dominium in omnia.*

Viderunt omnes Christi gloriam, qui ipsius dicta audiverunt & facta viderunt; qui eum viderunt resuscitatum ex mortuis, & ascendentem in cœlos, qui Spiritum Sanctum ipsius dono acceperunt. Vidimus & nos, qui vidimus judicatos ab ipso Judæos & gentes immorigeras. Nihilominus, præter illa omnibus manifesta, aliquid singulare allegat Petrus.

Quæ Pag. 39. habet de peccatis, quibus solis expiandis sacrificium aliquod institutum fuerit, nullo aliis præscripto olim divinitus remedio, citra ullam necessitatem in Socini & Socinianorum gratiam scripta sunt, atque ita denuo clarissimè, evincunt esse hominem, quantumvis celare studeat, Sociniano dogmate revera infectum. Verum toties totiesque ab orthodoxis hac quidem singulatim in parte confutatum, ut verbum addere haud sit necesse. Conferat Lector Franzii Scholam Sacrificiorum & Coccejum in Psalmum LI. §. 13. 28. *Nam per hyssopum ista illa cerimonia sacramentalis innuitur. Tamen non subsistit*

in sacramento: sed ad veram & internam purificationem conscientiæ, quæ fit ab ipso Deo, penetrat. Non enim dicit, Sacerdos filius Aharonis me expiabit hyssopo: sed, Tu me expiabis hyssopo. Deinde in lege hæc purificatio sacramentalis pro leprosis est posita; non pro adulteris & homicidis: sed David intelligit, in lepræ plaga notari omnem corruptionem humanæ naturæ, & justificationem nostram per lepræ purgationem significari. Quo admonemur, Patres Veteris Testamenti & bene intellexisse mentem divinarum cerimoniarum & per illas ad Christum, tanquam unicum fidei scopum, deductos esse. Planissimum enim est, si David non cogitasset de aliquo sacrificio hilastico, quo peccata sua purgarentur; nihil de hyssopo & expiatione per illam dictum fuisse.

R. Abraham: Non præcepisti in lege tua de sacrificio pro peccato tali. Nota, 1. in genere loquitur Scriptura, non tantùm de peccato tali, sed de omni omninò peccato. 2. Falsum est, quod dicitur, non data esse expiationum sacramenta pro omnibus pœnitentium peccatis. Sanè noluit Deus quosdam homines certis sceleribus commaculatos justificare externè ulla umbratili expiatione, quia voluit ipsos mortem sustinere; sed tamen omnium omnino peccatorum remissionem obsignavit pœnitentibus per cerimonias diei Expiationum & quotidiani sacrificii, & holocaustorum ex variis causis offerendorum ad expiandam animam. Sacrificia Dei sunt spiritus fractus. q. d. Deus, ut non delectatur sacrificio ita loco sacrificiorum delectatur spiritu fracto. Intelligitur sacrificia quædam spiritum fractum significasse, nimir. sacrificia non hilastica, sed eucharistica illa, quibus gratiosa Dei remissio agnoscitur & acceptatur & applicatur. Non enim spiritu fracto fit satisfactio, aut expiatio, quia, ut vidimus Psl. 9. Deus facit expiationem per aspersionem hyssopi. Sensus igitur hic. Deus, quum hominem dignatur aspersione hyssopi, h. e. imputatione justitiæ & satisfactionis Christi, non requirit sacrificiorum mactationem, neque holocausto-

rum

rum oblationem habet in precio, sed dono justificationis coordinat tanquam sacrificium sibi acceptum, spiritum fractum, *h. e. abnegationem sui: non quod illa abnegatione sui & exuatione animositatis carnalis quicquam promereamus, sed quia ipse* non spernit, *h. e. quia dignum Deo & decorum ipsi est omnem benedictionem cœlestem cum contritione cordis, damnatione propriæ justitiæ, luctu ob peccata, desiderio gloriæ Dei in nobis manifestandæ, atque adeò justitiam non sine spiritu Christi, ut spiritu fidei & charitatis, dare. Nam talis spiritus, sive talis animi affectio & tale judicium est in adstipulatione ad stipulationem Dei, in confessione, in accessu ad Deum; & per eam glorificatur.* Non spernit *per affirmativum declarari potest, nimir.* וַיַּחְשְׁבֶהָ לְצְדָקָה Gen. XV. 6. λογίζεται εἰς δικαιοσύνην imputat ad justitiam, *non, judicando, quod fides humilis & cor fractum sit satisfactio legis, sed judicando & affirmando apud animum suum, quod fidem humilem habens sit particeps Sacerdotis, qui sacrificium obtulit Deo, & in eo sit purus & justus.*

Nec melioris notæ sunt verba quæ noster habet, eadem pag. 39. *Deus etiam vi ejus Fœderis, nemini morienti ob Legem violatam, quantumvis pœnitenti, misericordiam ullam in alia vita pollicetur.* Quantum hactenus Criticum tantum hieic Theologum deprehendimus. Scire velim quodnam intelligat *Fœdus*, quando de *eo Fœdere* loquitur: dubio procul Sinaiticum, verum annon exercè satis, dum de Fœderis conditionibus adhuc agitur Exodi Capite XXIII. docetur *non auscultare voci* Angeli, Israelitis fore unicum remittendi peccati impedimentum. An prolixa, de demonstranda in mille generationes misericordia, promissio, introducto choragio Levitico, ullave lege, exinaniri potest? Contrarium statuit Apostolus Gal. III. 17. Judicia temporaria, ob certa peccata inflicta, peccatorum remissionem & ingressum in vitam æternam non impediviſſe in Mose ipso & Aarone conspicuum est.

Quantumvis pœnitenti? Siccine? Illi quoque, quem ex amore Dei, ex peccati sincera aversatione & fide in semen promissum pœnitet? Absque fide certe vera pœnitentia nulla datur; & ubi fides ibi Salus.

Fœdus cum peccatore propriè est contractus, qui inservit executioni propositi divini, quo, de dando hoc aut illo bono, ut hæreditate, disposuit. Hæreditas æterna, ut omnis temporis bonum est & credenti promissa quovis tempore; ita Fœdus Gratiæ, in se consideratum, absque peculiari hujus aut illius temporis modificatione & dispensatione, nunquam non inservit exequendo illi de danda communi æternæ vitæ hæreditate proposito. Fœdus idem substantia ante Mosen, sub Mose ac deinceps, tandemque sub N.T. obtinet. Virtute illius Fœderis vita convenit credenti, seu fidem exerenti atque exercenti, pro ratione Oeconomiæ illius temporis quo vivit, nec quæ subintroducta lex est, derogare illius promissioni vel tantillum potest. Et quemadmodum contingere potuit ut exterminii pœnam incurreret vere credens; ita fœderis privilegiis privari, interveniente mortis temporalis merito, non potuit. Verum non licet in hisce esse prolixioribus.

Pagina 40. ad verba Johannis Baptistæ de Christo *prior me erat*, hæc habet Clericus *Hoc est, eminentiori dignitate:* Hæc prioritas est ratio & fundamentum quo ipsi posthabendus sit Johannes. *Jam*, sunt verba Cocceji in Princip. Euang. Joh. §. 342. 347---357. „Quæ „de Christo sic monstrato credenda erant, istis verbis „paucis continentur: *Hic est, quem dicebam: Qui post „me venit, ante me factus est; quia longè ante me fuit.* Tria „hîc membra: 1. Christus venit post me. 2. Christus „me antevertit. 3. Cujus præventionis & præcessionis „ratio est, quia longè ante me fuit. Primum pertinet „ad tempus apparitionis. Secundum ad majoritatem „muneris. Tertium ad dignitatem personæ; quæ quid-

„dem ipsis verbis non asseritur, sed partim per argu-
„mentum existentiæ longè antiquioris ostenditur, par-
„tim ex illius argumenti ad majoritatem muneris pro-
„bandam applicatione (per voculam ὅτι *quia*) subin-
„telligitur.

„Iam §. 344. demonstravimus, si verè æstimetur
„magnitudo Iohannis (quam Christus ipse æstiman-
„dam proponit Matth. 11. 11. *Non surrexit in natis*
„*mulierum major Joanne Baptista*) eo ipso, quod is,
„qui sequitur Iohannem, major ipso & ipsi antepositus
„declaratur, satis indicari, quæ Christi altitudo
„& divinitas sit. Quod & aliquo modo in eodem apho-
„rismo explicavimus. Ipse autem Iohannes evidenter
„differentiam inter se & sequentem cap. 3. ut vidimus,
„edissertavit. Unde ἐθαλμοφανῶς concludi potest, &
„ea, quæ in superioribus de *Sermone* dicta sunt, *pro-*
„*prie* & in emphasi accipienda esse: & hoc ipso Euan-
„gelistam probare sua dicta, quia Iohannes ei attesta-
„tus est.

„Summatim ea, in quibus sectator Iohannis ipsum
„antevertit & ei præpositus est, delibemus. *Christus*
„est, de quo vs. 17. *Sponsus* est Ecclesiæ, hoc est,
„cui Ecclesia ad unionem & communionem, in casto,
„hoc est, sincero & non diviso inter plures amore ad-
„hæret. vide Hos. 11. 22. *Desponsabo te mihi in æternum;*
„*& desponsabo te mihi in justitia, & gratia & misericor-*
„*dia: & desponsabo te mihi in fide, & cognosces Jehovam.*
„Ies. XLV. 5. *Habens te*, ut sponsam, *factor tuus* est.
„(plurale est in Hebræo) non amicus sponsi sive pa-
„ranymphus, qui ad alium sponsum Ecclesiam de-
„ducit. Omnia sunt ipsi in manum tradita, hoc est,
„ipsi redemtio & regeneratio Ecclesiæ ejusque conser-
„vatio & vivificatio ad gloriam suam propter amorem
„Patris, quo quærit gloriam Filii, Ioh. VI. 11. 50.
„commissa est: ipse fert peccata mundi: ipse verba

„Dei,

„Dei, hoc est, Deo reservata, loquitur: ipse bapti
„sat Spiritui Sancto: ipsi datus honor; ut credant i
„ipsum ad justitiam, Actor. IX. 4, 5. Ioh. I. 12.
„Ratio majoris & officii & honoris sumitur à digni
„tate personæ. Eam alibi Iohannes Baptista indicat hu
„verbis: *Cujus ego ut solvam corrigias calcei dignus no*
„*sum.* Ioh. I. 27. hoc est, cui ego non sum dignu
„vilissimi mancipii ministerium exhibere. Sed & alib
„aliam illius præstantiæ ἀπόδειξιν proponit. Cap. III
„31. se inter terrestres numerat, sibique una & cæte
„ris attribuit *ex terra loqui*, hoc est, ut vilem homi
„nem & ministrum, à Deo revelata: Christo auten
„attribuit *de sursum venisse, visa & audita testari, verb*
„*Dei loqui. Qui in initio apud Deum fuit*, in cœlo uti
„que fuit, quum id conderetur; & de cœlo venit
„quum factus est caro; etsi etiam antea *in mundo*, ho
„est, in terra *esset*. Immensus Deus, faber cœli & ter
„ræ utique Iohanni anteponendus erat. Hic sumit ἀπό
„δειξιν ab ὑπάρξει πρεσβυτέρῳ *exsistentia ejus ante secul*
„*Quia* πρῶτός μου ἦν.

„Id vertimus, *quia longè ante me erat.* Hanc auten
„versionem confirmamus his rationibus. *Primò* qui
„hæc verba in illum sensum juxta morem venuste &
„significanter Græcè loquentium, accipi possunt, u
„sit πρῶτός μου pro πολὺ πρότερός μου. Id probant ill
„exempla similia, πλείσιν σε ἐμόγησα pro πολλῷ πλεί
„σε; τ' ἐν τοῖς κατυφλοῖς ἄμμις & ἐν ἔλει pro πολὺ ἀμμίω
„τὰ ἄρρενα κυήμενα κινηλικώτατά ἐστι τῶν θήλεων. Aristotele
„Hæc Grammatici notant, qui in manibus versantu
„Adde ex Eurip. Iphig. in Aul. ταύτῃσι μάλιστα τ' κόρ
„αὐτάζει). Plut. in Catone min. ὅτε (NB.) πρῶτος
„ἀνέβη τ' συναρχόντων εἰς τὸ ταμεῖον ὁ Κάτων, ὅτε ὑστερο
„ἀπῆλθεν. *Neque prior collegarum quispiam ascendebat*
„*erarium Catone, neque posterior descendebat.* Et ipl
„Iohannes cap. XVI. 18. πρῶτον ὑμῶν est πρό vel πρότ

„πρὸ ὑμῶν *ante vos, priorem vobis.* Syr. קדמיכון *prius* „*quam vos.* Arab. קבלכם *ante vos.* Huc referimus „cum viris doctis Lucæ cap. II. 2. αὕτη ἡ ἀπογραφὴ „πρώτη ἐγένετο ἡγεμονεύοντος τῆς Συρίας Κυρηνίου *Hic census* „*prior actus fuit præsidente Syriæ Quirinio.* non ἡ πρώτη „ἐγένετο, ἡγεμονεύοντος *primus actus est, præsidente;* sed „πρώτη ἡγεμονεύοντος, hoc est, πρὸ τοῦ ἡγεμονεύοντος, „*antequam Quirinius Syriæ præesset,* sub quo Iudæa Syriæ „contributa fuit. Prior hæc descriptio, quia Christus, „juxta Prophetias, ante nasci debebat; & tamen de„bebat nasci sub ἀπογραφῇ *censu* vide Iesa. VII. 8. 14. „Zach. IX. 8. 9. Igitur in nostro loco & Syrus & Arabs: „*anterior me.* Jam si hoc nostro loco verborum iste sen„sus esse potest, evidens debet in verbis demonstrari „ambiguitas & magna ratio, quare ille sensus debeat „rejici.

„*Secundò*, quia sensus hic coincidit cum primo dicto „Euangelistæ, ἐν τῇ ἀρχῇ ἦν *in initio erat.* Quod colon „quum consideraremus, demonstravimus ὕπαρξιν *exi„stentiam* Filii ante tempus nativitatis, & sic ante Io„hannis γένεσιν *ortum.* Non igitur sensus hic tantum „convenit verbis, sed & subjecto.

„*Tertiò*, quia hic sensus aptam rationem continet, „quare is, qui post Iohannem Baptistam veniebat, „ipsum anteverteret & ipsi anteponeretur, sive majus „nomen & officium & potestatem & honorem sortire„tur veniens ad homines.

„Imò *quartò*, quia absque hac ratione nulla ratio „erat, quare Baptistæ præponeretur. Nisi enim ante „Iohannem fuisset, nec fuisset Dominus & Iehovah, „cui præcursoris officium præstaret Iohannes, nec „Dominus Davidis aut Iohannis, neque *baptizans in* „*Spiritu Sancto* ἁπλῶς *simpliciter*, nempe ut non sine ipso „Spiritu Sancto ullus baptisatus sit, ne ipse quidem „Iohannes. Neque sanè ex Sociniana hypothesi,

„Christum esse merum hominem juniorem Iohanne, „quicquam relinquitur, ob quod præstantior Iohanne „fuisse videatur, propter quod oportuerit eum Baptistæ „anteponi. Nam si nihil nisi homo est, & in prælatione „D. Iesu continetur omne ipsius officium & honor, „nihil relinquitur nisi humana natura, qua non potior „Iohanne, sed nobis omnibus erat ὅμοιος *similis*, ne„que ullus color rationis proferri potest, quare non „æquè hoc esse Baptistam potuisse dicant, ac D. Ie„sum, in quo Baptistæ prælatus est.

„*Quintò*, quum τὸ ἔμπροσθεν Ἰωάννου γίνεσθαι *ante Jo„hannem fieri* sive eum antevertere contineat omnem „gloriam D. Iesu datam, & ratio hujus dandæ pona„tur τὸ εἶναι *esse*, oportet hoc intelligi de φυσικῇ ἱκανό„τητι naturali dignitate & sufficientia & competentia. „Quæ citra veram θεότητα αἰωνίου πνεύματος, hoc est, „*Deitatem æterni Spiritus* sive Spiritualis Personæ con„sistere non potest.

„*Sextò*, quia alia omnis interpretatio, ut *præstantior „me*, est coacta: & caret exemplis. Quanquam & illa „interpretatio pro nobis non obscurè faceret, ut vi„sum §. 353.

„Falsum est, ei, quod tertio colo dicitur, respon„dere apud Euangelistas τὸ ἰσχυρότερός μού ἐστιν *robustior „me est* Matth. III. 11. Marc. I. 7. Luc. III. 16. Re„spondet enim id secundo colo: ἔμπροσθέν μου ἐγήγερται *an„tepositus est mihi*.

„Sententia igitur Baptistæ est: Eum, qui tantum „sit ex terra in tempore ortus ut Iohannes, non po„tuisse esse Christum & Mediatorem. Idque creden„dum esse; & sine ea fide Christum ignorari.

Phrasin quæ occurrit versu 16. χάριν ἀντὶ χάριτος paulo fusius explicat. Arthur Bury in Orthodoxo sc. Latitudinario pag. 114. videtur nostro heic præiviisse. *Recipere* χάριν ἀντὶ χάριτος h. e. *Gratiam gratiæ respondentem*

tum. Dignum laboranti Clerico auxilium. Præterea Pelagio non minus gratificandum erat quam Socino; adeoque sine pede non transcundus textus ipsi ita adversus. *Unica* periodus *sufficit. Promittenti enim aeternam vitam, si Christo credamus, &, nuntio pristinis peccatis remisso, mores nostros emendemus; quo modo possumus gratiam habere, nisi rem tantillam propter ea beneficia faciamus? Deus ergo hoc sensu dici potest nobis dare χάριν ἀντὶ χάριτος. Quod χάριν interpretamur gratum animi affectum &c.* Nimirum nos credentes & nuncium peccatis mittentes *gratum animi affectum* probamus, & viciſſim: *ad propositionem* enim *ἀντὶ quod attinet, eam proprio etiam & frequentissimo sensu, quo permutationem sonat, intelligimus, χάριν* a Deo recipimus. Est igitur gratia remuneratio meriti, verùm quod non meritum, sed *gratus* potius *animi affectus* dici debeat. Hic gratus animi affectus a nobis demonstratus post se trahit gratiam, adeo ut, facta permutatione, secundum hunc Pelagii dictum, pro ea gratia accipiamus gratiam ex plenitudine Christi. Quid hoc est aliud, quam, Deum gratia pro coronare nostrum meritum? Aut ut sensus obtineat, quem locus Euripidis exigit, viciſſim invicem gratia prosequuntur: peccator Deum, Deus viciſſim peccatorem. Haud secus fere ac Helena Theoclymenum, Theoclymenus Helenam. Est certe amoris vicissitudo, est Deum inter & peccatorem reciprocatio suavissima, sed nos *Deum amamus quia nos amat primus* ait *Johannes* 1 Joh. IV. Ipsius est *effundere amorem suum in corda nostra* ut ipsum redamemus. Quo sensu dici posset nos accipere gratiam pro gratia, Deo suum opus in nobis gratiose coronante. Ut sit *plena gratia:* Helena ἔδοταξον, ὡς ἂν ἡ χάριν πλήρη λάβω versu 1427.

At mi Clerice tune nosti in peccatore gratiam quæ non sit ex plenitudine Christi, quam non gratis accepit peccator? Quænam igitur illa est, pro qua ἀντιδώρῳ

ac redhortimenti instar, accipiat eam, quæ ex plenitudine Christi in ipsum derivatur. Quicquid heic jactes miser, aut pollicearis, Helena eris, quæ promissis dives, nihil Theoclymeno præstitit.

Alibi ridet ubi in Gratiam sermo incidit, & nasc suspendit adunco orthodoxe de ea sentientes, qua pec cator convertitur, ac si verba funderent sine sensu Ipsum audi Crit. p. II. S. I. c. VIII. §. 12. *tempor Augustini, vix ulla vox frequentior fuit voce GRATIA ubi sermo est de hominis ad saniorem mentem reditu, & cui is reditus debetur. Ea tamen voce quid significetur, cum ab iis quæritur, qui ea utuntur, nihil responsi perspicui re ferre licet. Hinc factum ut in Gallia Jesuita festivi ingenii non inficete dixerit.* „Gratiam *illam divinam, quæ tantum* „*strepitum excitavit in Scholis, & tam mirabiles effectu* „*in hominum animis edit;* Gratiam *illam adeo efficacem* „*& suavem simul; quæ de duritie cordis, illæsa Arbitrii* „*Libertate triumphat, nihil esse tandem, præter NESCIO QUID.* Ubi de Gratia dicendum est, se Jesuitis hodiernis & inter eos Bohourssio jungere, candida profecto Pelagianismi professio est. Solet noster, quando dicta vulnera, quæ, præ reliquo adhuc pudore, aut timore hominum, dicere ipse non audet, alios eadem loquentes introducere. Non facient tamen mutui accepti a Clerico Jesuitici lepores, ut profiteri aperte non audsim eam quæ profane ab utroque ridetur *Gratiam.* Cujus veritas ita est valida, ut ipsi Clerico, invito licet, excident Crit. p. II. S. I. c. IV. §. II. pag. 245. verba Lucæ Act. XVI. 14. *Dominus aperuit cor ejus ut attenderet iis quæ dicebantur à Paulo*, hisce illustranti, hoc est, *divina providentia factum esse, quibuscunque tandem machinis usus sit Deus, ut Lydia attente aurem præberet Paulo.* Hanc *providentiam*, Augustino præeunte, dixerim esse *vere cordiam illam* Gratiam, *ita efficacem*, & *suavem simul* ut *de duritie cordis, illæsa Arbitrii libertate, triumphet*

Sistit

Sistitur effectus, qui est *apertio cordis* & debita attentio verbis Pauli adhibita à Lydia. Hunc effectum tu providentiæ adscribis, ego Gratiæ, quam efficacem dicere solemus, quippe quæ illum stiterit veræ attentionis adeoque conversionis in Lydia effectum. *Et potentia salutem afferens.* quæ tua Phrasis est lib. est c. XII. §. 9. Quo & faciunt quæ habes C. IV. §. 10. *Phrasis* aperire oculos *videtur vim habere plerisque qui non sunt idiomati librorum sacrorum adsueti.* Imo vim habet, mi Critice. Actionem notat, qua effectus aliquis producitur, pro cujus momento & quantitate vis agentis major est. Nunquam non igitur vim aliquam seu agendi virtutem denotare potest phrasis *aperire oculos.* Sunt oculi proprie sic dicti, quorum apertio nonnunquam vim divinam arguit. Pharisæorum judicium longe limatius est eo quo noster utitur, ut ut non minus superbiat divinæque gratiæ inimicetur. Videntes, hominis ab utero cœci, oculos aperios, merito interrogant, qui fieri possit *ut homo peccator talia signa faciat?* Recte consanguinei, *novimus eum cœcum natum esse. Quomodo autem nunc videat non novimus, aut quis ipsius oculos aperiverit, nos non novimus.* Ipsum hominem interrogant Pharisæi, *quomodo,* homo ille sc. *aperuit tibi oculos.* Respondit vos nescitis unde sit, *& aperuit mihi oculos.* Quid tu ad illa Critice? *Phrasis* aperire oculos nonne vim habere merito videtur plerisque? Aut an vim non habet, quæ prorsus divinam indicat, ne Pharisæis quidem negare audentibus. Perpende verba Christi quæ in eodem Capite Johannis Nono ℣s. 39. *In judicium in hunc mundum veni ut non videntes videant, & videntes cœci fiant.* Utinam discas cum Discipulis contrito corde orare Dominum Jesum, *Domine aperiantur oculi nostri* Matt. xx. 33. nisi forte superbus orare id nolis, quoniam tanti illa res non est, ut *vim habeat* phrasis qua id beneficium denotetur. Cœcus es cum istis Pharisæis Joh. IX. imo

cœcitate ipſos ſuperas. *Aperire oculos* tantam vim inferre recte cenſebant, ut ſuperaret eam, quam tam inſignem tamen in Diabolis agnoſcebant: *an poteſt Diabolus aperire cœcorum oculos?* Joh. X. 21. *Imo mortem impedire poſſe*, haud male putabant eum *qui cœci oculos aperuerat* Joh. XI. 27. Vel an nec phraſis qua mentis aperiri oculi dicuntur *vim habet? Mentis oculos apertos dare* pariter vim non habet, ſi noſtro credas. *Jehovah aperit oculos cœcorum* Pſ. CXLVI. 8. Meſſias *dandus erat in fœdus populis in lucem gentibus, ad aperiendum oculos cœcorum.* Jeſ. XLVI. 7. Hæc vim non habent.

At forte vim agnoſcis in ea phraſi quando de *cœci* ſermo eſt. Recte, ſed omnes natura cœci ſumus imo *excœcati* Eph. IV. imo *mortui in peccatis.* Adeoque aperire *oculos gentium ut ſe convertant a tenebris ad lucem* Act. XXVI. Phraſis eſt quæ vim habeat inſignem. *Nihil aliud eſt*, ais tu, *niſi facere ut aliquis quidpiam cognoſcat, aut obſervet.* Eſt igitur facere ut ſit ille cognoſcendi & obſervandi actus. Optimè. Verum prout plus aut pauciora, ad exercendum illum actum requiruntur, minorem procul dubio aut majorem vim habet illa phraſis. Sic *aperire oculos* hominis cœci ab utero, majorem *vim* habet & ſignificationem magis emphaticam, quam quando de Hagare dicitur, *Deum aperuiſſe oculos ejus, ut videret fontes, hoc eſt feciſſe ut animadverteret.* Siſtit utrobique effectum Deus, adeoque, quod turides verbis Jeſuitæ, præſtat Deus, ut illæſa Arbitrii libertate, ille tamen actus ab illo homine iſtoc momento, iis in circumſtantiis exeratur, quod nobis ſatis eſt. Aperit, inquis, oculos *Balaamo* Num. XXII. 31. *ut videat Angelum; hoc eſt facit ut eum animadvertat.* Credo. At retorqueo argumentum quo orthodoxis heic inſidias ſtruis. Hac ratione, dicis Deum facere ut *quis animadvertat*, ubi nec objectum abeſt, nec deeſt videndi facultas, nec eſt videndi repugnantia, multo magis

magis istiusmodi actus Deo ut causæ primæ tribuendus venit, ubi inhabile subjectum, & reluctatio, objecti nimia distantia, medium haud diaphanum; quemadmodum sese res fere habet in cœcitate a Christo sanata, & inprimis quando oculi spirituales aperiuntur. Media non excludimus, qualia *prædicatio Pauli ad aperiendos oculos gentium easque convertendas a tenebris ad lucem*, aut *interpretationes Christi, quibus fecit, ut Apostoli intelligerent loca scripturæ, quorum sententiam antea non adsequebantur.* Non est necesse hæc nobis obtrudas invitus: ultro agnoscimus, modo ne tu revoces quod laudatus es plus semel, & tandem ita exprimis, ut nihil ut Augustinus, aut Jansenius, aut ullus gratiæ vindex, quem deridet tuus Bohourssius, amplius requirat. Nimirum *divina providentia fieri, quibuscunque tandem machinis utatur Deus, ut Lydia* ut alius peccator *rem præbeat*, auscultet, obediat *Paulo. Illæsa* proculdubio *Arbitrii libertate*, hos actus exeruit Lydia, divina providentia, quibuscunque tandem machinis præstante, ut *Lydia aperiret cor.*

Vis paucis dicam quod res est. Ille actus e. g. qui conversionis primus est, totus tantus quantus libere oritur ab eo qui se convertit, totus ille actus præstat divina cura, providentia, gratia, ut exeratur, adhibitis iis prædicationis seu verbi docendi mediis, quæ omnes agnoscimus. Totus ille actus est Dei, est hominis, est mediorum effectus, qualibet earum causarum operante suo modo & ordine.

Gratia autem dicitur *tum* Dei voluntas, cujus virtute efficitur effectus, qui effectus habet rationem boni citra defectum præstiti: *tum* effectus ipse, qui multiplex est, ea ratione perficitur ut unus effectus alio coronetur, quod est accipere *gratiam pro gratia. Gratiam gratiâ cumulatam; ut Dunæus noster: quod & probat Piscator; improbat Beza: quia phrasis istiusmodi apud Græcum scriptorem*

ido-

idoneum nullum reperiatur exemplum, quo *Hebræo* חן על חן χάεις ἀντὶ χάειτ@ *respondeat. Verum producit noster, qui id primus (opinor) animadverterat; quod & scripto prodidit Rever. vir D. Joh. Davenantius Sarisburiensis Episcopus, in acuto atque accurato suo illo* de justitia habituali & actuali *tractatu Cap.* 16. *ex Theognide istud:*

Τεθνάλιω δ', εἰ μὴ κακῶν ἄμπαυμα μεμνῶν
Ἐυρόιμιλω, δοίης τ' ἀντ' ἀνιῶν ἀνίας
Quin moriar, si nulla datur mihi meta malorum
Tristia sed mihi prò tristibus adjicias.

Plane ἀνίας ἀντ' ἀνιῶν *dixit, quo modo* χάεν ἀντὶ χάειτ@ A plenitudine inquit illius accepimus nos omnes & gratiam gratiæ accumulatam. *Liceat tamen nostram sententiam proponere: sed quæ re ipsa tamen cum novissima ista fere est eadem.* χάεν ἀντὶ χάειτ@, *sive* gratiam loco gratiæ, *existimo* gratiam esse gratiæ quasi succenturiatam & jugiter succedentem, subinde novam. *Quo modo & Theognis, tristia tristibus, mœsta mœstis, molesta molesti succedentia.* Simplicissimum videtur, *gratiam* super *gratiam. Est autem gratia* super *gratiam, gratia cumulatissima: quæ non* περιοσδομένη sed & ὑπερπεριοσδομένη Rom. v. 15. 20. Zach. iv. 7. *Firmatur ex voce* πληρώματ@ *quæ antecedit. Sic pellis* super *pellem* Job. ii. 4. & *dolor* super *dolorem* Phil. 1. 27. seu *tristitiam* super *tristitiam.*

Hanc utique, nisi judicium laborasset, aut veritas fuisset insidiatus, explicationem prætulisset illi, quam merito rejecerat Gatakerus eodem Capite: cui suspicor, summi Viri sententia temere rejecta, locum hunc Euripidis surripuisse Clericum. Ut per quam exiguum sit id quod heic ipsius debeamus industriæ.

Pergat Gatakerus. *Neque enim potest accipi, quo modo illa apud Euripidem Helena* χάεν ἀντὶ χάειτ@ ἐλθέτω Calculum suum Gatakeri sententia adjecerat Suicerus

in Thesauro. Ipsum Euripidem inspicienti res clara est. Loquitur Theoclymenus, allectus & innexus βοσρύχοις ξανθῆς κόμης, atque ita Helenæ amore captus; hæc amorem vicissim simulans jam dixerat ἤδη δ' ἄρχε τῶν ὑμῶν γάμων. Ille præ se fert sero nimis hæc proponere Helenam, utpote hactenus subterfugientem, seque plus quam par erat ipsius amori & amplexibus subducentem. Amnestian igitur petit Helena, τῶν πάρ@ λελοίπεθα *priora obliviscamur*: quod ita demulcet Theoclymenum ut amicitiæ conditionem stipuletur χάρις γὰρ ἀντὶ χάριτ@ λάβετω, quod probe intelligens Helena, respondet σπονδὰς τιμωμεν κ, διαλλάχθηθί μοι *sponsalia contrahamus & reconciliare mihi.* Et sane χάρις alicubi singulatim Græcis notat mulieris obsequium, quo sui copiam facit viro. Observat id Stephanus, non addito insigni Plutarchi loco in Libello de Amore χάρις ἡ δ' ἥλε@ ἔπειξις τῷ ἄρρενι πρὸς τὸ πάλαιον κέκλη). אילת אהבים Theodotioni Prov. v. 19. est ἔλαφ@ χάριτ@. Stephanus huc recte refert quæ habet Pollux L. v. Cap. xiv. Confer Festel. Adv. L. ii. Cap. xviii. §. 3. L. x. Cap. i. §. 81. Euripides ἔννοιαν appellat confer 1 Cor. vii. quod antea χάριν & τὴν χάριν πλήρη λαβεῖν.

Videt procul dubio jam Criticus quam ἀκριτίως arrem exerceat, quando τῇ ὑποθέσι ita turpiter ἀλλεύει. Non vult ut prima gratia, seu primus effectus gratiosæ & beatificantis voluntatis Dei, qui in peccatore deprehenditur, Deo imputetur. Perditio tua ex te Israël. De salute id nullibi scriptura. Verum & heic reluctanti erumpit veritas. *Locus Euripidis esset huic Johannis similimus, si Deo, ut hominibus gratiam possemus referre. Sed quam non possumus rependere, eam habemus, agimusque verbis, & fida obedientia.* Optimè. *Hæc nostra* ἀντιχάρις. Equidem nec hoc malè. Verum sic gratia nobis a Deo gratis datur, ut ei nostra reddatur ἀντίχαρις. Antem autem cum non minus accipiatur *ex plenitudine*

Christi, quam χάρις cui ea respondemus, quid nobis reliquum, nisi ut solliciti nostra faciamus verba, appositè heic a Clerico citata ex Ps. CXVI. 12. *Quid reddam Jehovæ? Omnia ejus beneficia sunt supra me. Calicem salutis attollam & nomen Jehovæ invocabo.*

Manet tamen, merito aliter acceptum a summis Criticis Euripidis locum, minus appositè huc rapuisse Clericum; nec convenire ut per χάριν, pro qua accipiamus ex plenitudine Christi aliam χάριν, nostra intelligatur gratitudo & redhostimentum. Verum nimis late se diffundit Oratio, quæ contractior esse debebat, dum id heic tantum ago, ut paucis constet quam tenuem & dilutum passim verbis Dei adfingat sensum, ne tantopere mysteriis imprægnata putentur. Si tamen omnino voluisset heic quadruntem retributionem unius pro alio proferre, legere debuisset ea, quæ, ut solet, solide & judicioseim h. l. Camerarius. Χάριν ἀντὶ χάριτος.] *Favorem nimirum Dei erga nos propter favorem Dei Patris erga filium, secundum hæc in Epistola ad Ephesios capite primo:* προορίσας ἡμᾶς εἰς υἱοθεσίαν, διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ εἰς αὐτὸν, κατὰ τὴν εὐδοκίαν τοῦ θελήματος αὐτοῦ εἰς ἔπαινον δόξης τῆς χάριτος αὐτοῦ ἐν ᾗ ἐχαρίτωσεν ἡμᾶς ἐν τῷ ἠγαπημένῳ. *Ut* ἀνταλλαλιλῶς *perhibeatur accepta gratia una pro altera gratia. Quemadmodum in Græce:* χάρις ἀντὶ χάριτος ἐλθέτω. *Veniat seu retribuatur gratia pro gratia, id est favor & benevolentia, rependatur benevolentia & favori. Chrysost. autem sic:* ἀντὶ ποίας ποίας ἀντὶ τῆς παλαιᾶς τὴν καινήν. *In quo enarrando copiosus est.*

Pauca adhuc sunt reliqua. ℣. 17. *Lex per Mosen*, ad hæc noster. Νόμος opponitur χάριτι *Lex Gratiæ.* At non semper, nisi quando Lex significat verbum quod præter promissionem sub-ingressum est Gal. III. 17. cæteroquin & *legem fidei* memorat Apostolus Rom. III. 27. quo in loco certe non opponitur *Legi Gratiæ.* Notio verbi Lex νόμος תורה nostro homini procul dubio est obscurissima, nec limpida esse potest ut

qui propriam studet erigere justitiam; verum hac de re egi in Analysi Epistolæ ad Galatas & alibi. *Lex*, quam vulgo moralem vocant, *Lex* amoris, quæ profluit ex naturali relatione hominis, ut creaturæ ratione utentis, ad Deum, *in se est* (lubet denuo audire Coccejum in Princip. Euang. Joh. §. 382–386.)

Lex *in se est non tantum Canon obedientiæ & sanctitatis & speculum imaginis Dei, sed etiam definitio conditionis in pacto de vita æterna in mercedem danda. Ita planè* gratiæ *contraria est & occidit. Quatenus inservit Spiritui Sancto ad sanctificationem nostri, instrumentum* gratiæ *est. Igitur hunc usum non habet nisi cum verbo gratiæ. Nam sanctificatio est vivificatio. Subordinari igitur legem oportuit verbo gratiæ, hoc est, promissioni. quippe qua declaratur Testamentum, quod, ratificatum per verbum Dei & fidem Patrum, resgi & mutari, atque ita ἄκυρον* irritum *fieri non potuit.*

Stat itaque Lex cum promissione non tantum ut τύπος & ἀνακαινώσεως formula renovationis, *sed etiam ut accusans, ut terrens, ut ad Christum compellens, imò ut iram operans, in subjectione populi Israëlitici in servitutem elementorum mundi, & injectione δειλίας* formidinis *ac metus mortis & afflictionis, ob terrestre symbolum hæreditatis & inhabitationis Dei in populo suo & promissiones corporales ei annexas.*

Sed postquam gratia & veritas præstita, *hoc est, salvatio re ipsa facta & promissio expleta & visio obsignata est; promissio in Euangelium vertit, figura cessat, transgressio non est: ideoque nec Lex, ut iram operans, in Ecclesia amplius habet locum.*

Differt igitur Gratia & Veritas *à gratia, quæ fuit sub Lege: Idem sanè Testamentum benedictionis & justificationis & hæreditatis, semini electo danda in Christo & propter illum, inde à Paradiso immutabiliter, partim per Christi promissionem, partim per εὐαγγέλιον & prædicationem Dei de Filio suo exhibito & dato, obtinet: atque adeo omni tempore unica justitiæ causa est Christi obedientia: una justitiæ dona-*

tio per fidem; idem justitiæ fructus sanctificatio & vita æ
gloria æterna. Sed hoc discrimen est, quod illic 1. servitu
introduci potuit, & introducta est cum subjectione ad hæredita
tem terrestrem, & bona terrestria; & sic cum metu mortis
2. Fuit accusatio & commemoratio peccati: quippe necdum
expiati. 3. Fuit futuri adumbratio & prænunciatio enigma
tica, multis modis & partibus facta. 4. Fuit inimicitia in
ter populum & gentes. 5. Fuit oneratio populi per leges prin
cipum, imo & oneratio piorum per defectionem, ignoran
tiam & peccata aliorum, & communes plagas. Habuerunt
igitur notitiam, sed, ut futuri, & velati ænigmatibus
obscuram, & per errorem populi & doctrinas Seniorum ma
gis magisque obscuratam: Spiritum, sed formidinis & ser
vitutis: justitiam, sed sine absolutione conscientiæ: carue
runt hæreditate mundi, & modum ejus ignoraverunt: de
nique & mortem timebant, quum vita longæva promissa
esset, & in afflictione, quum vel calamitas a Deo immitte
retur, vel traderentur in manum gentium, confundeban
tur, & vitam hanc non diligere non poterant. Ita erant sic
tanquam in puteo, in quo aqua non est; vincti exspectatio
nis; sitientes & famelici. Contra gratia & veritas pro umbris
lucem, pro ænigmatibus; historiam, pro ignorantia; experi
mentum, pro accusatione; consolationem, pro trepidatione; pa
cem, pro servitute; libertatem, pro expectatione; possessionem
pro sitii; satietatem, pro tolerantia; remissionem, pro παρέσει
omissione præternissione aut dissimulatione; ἄφεσιν di
missionem & δικαίωσιν justificationem, pro submotione;
προσαγωγὴν adductionem, pro inimicitia; hæreditatem
mundi, pro κληρονομίᾳ pavore; παῤῥησίαν fiduciam & liber
tatem filiorum, pro pædagogia; regnum & sacerdotium, pro
metu; exultationem & gloriationem etiam in afflictionibus,
& aviditatem occurrendi amplexibus Domini, pro statu ter
restri cœlestem magis magisque induendum credentibus & in
fide Dei virtutes verbo & opere novitatis celebrantibus affert.
Atque hæ sunt κρείττονες ἐπαγγελίαι meliores promissiones,

sub quibus Nov. Test. (*hoc est, Consilium & irrevocabilis voluntas Dei de statu nostro in regno Christi*) *cujus mediator ipse est, in fœderis & legislationis formulam per stipulationem resipiscentiæ & fidei redigitur. Hebr.* VIII. 6.

Atque ita confutavi non unum Clerici de vocabulo λόγ& errorem: unaque palam feci hominem ea integritate non esse, aut candore quem præ se fert, utpote quem ita in citandis auctorum locis versantem deprehendi, ut data opera plus semel in medio orationis verba omiserit, quæ non omissa alio prorsus sensu accipienda auctorum dicta doceant, quam quo sumenda ipse subdole præ se fert. Vidimus quoque plus semel cramben recoctam apponere, imo ea in Criticis tanquam nove observata obtrudere Lectori, quæ dudum ab aliis solide fuere confutata.

Præterea & alios hominis errores, in genere omnis mysterii fastidium, singulatim de Filii & Spiritus Sancti æterna Deitate, umbrarumque Legis ad Christum respectu mentem minus sanam perstrinxi. Quam parum reverenter de Scriptura & Scriptoribus Sacris loquatur, omnique studio id agat, ut homines in Sacrum textum crisin exercere discant ea audacia, qua ne in profana quidem Scripta, uti vere eruditi & prudentes Critici audeant.

Nihil hic aut odio dedi aut affectui sinistro. Clericum ad meliorem mentem revocare quantumvis id quam enixissime vellem, & calidis precibus a Deo petam, pariter potissimum scopum non habui: ea enim ipsius præjudicia, is Philosophandi modus ac ratio, in Theologicis denique ita dudum rejecta scientiæ veræ clavis, omnisque divinæ nucleus & compendium, mysterium *Patris & Filii*, ut de ipso conclamatum videatur. Verum id mihi sedulo curandum fuit, ut, quantum per alia negotia fieri posset, ostenderem, unice ob id tanti fieri à nonnullis nostri Clerici scripta,

quod magnopere promoveat profanos hodiernorum hominum conatus, quibus, eliminato omni mysterio Scripturæ dignitate depressa, Latitudinariam nescio quam fingant formentque, quæ, paucissimarum rerum Deum spectantium cognitione, & ad rationis humanæ trutinam exactæ qualiscunque moralis Doctrinæ praxi contenti, secure hoc ævum transigere doceant.

Serio & rectè Clarissimus Poiret de Clerico in Tractatu de Vera & Ficta Eruditione p. 408. 409. *In dogmatibus tuis sic desunt veritates solidæ & substantiales ut non insint nisi vel vanæ de critica minutiæ & de corticibus rerum observatiunculæ, vel errores summi, ut puto, noxii dum (in Liberio præcipuè) Socinianismi principia, (quædam & pejora) cum suis argumentis, exceptionibus, Scripturarum depravationibus, nec non & Methodo has explicandi ex Grammatica & Critica profanisque auctoribus, negata ad hoc & ad virtutes acquirendas Spiritus S. interna operatione sic proponuntur, ut hinc videatur ad salutem perinde esse, an quis sit Socinianus vel secus. In elenchticis verò tuis quivis observare poterit, te impugnare gratiam operationemque Dei internam eo usque, ut & videaris eam chimæris accensere, & verò affirmare audeas, nullum esse in tota Scriptura locum, ubi* gratia Dei *operationem Spiritus S. internam in anima immediatamque significet: quum tamen ejus nomenclatura a Scripturis abesset, ipsa res seu operatio Dei in animis interna, in nullo fere capite asserta non occurrat imo etiam res multis vocibus sæpius eo sensu (cum ipso quoque expressonomine, ἡ δύναμις ἡ ἐνεργουμένη ἐν ἡμῖν,) vel in tribus Epistolæ ad Ephesios capitibus primis reperiatur. Porro observabit & unusquisque te rejicere sensum spiritualem Scripturarum, & cum labe originali quæcunque Pelagianismo & Socinianismo in his aliisque quibusdam opponuntur.*

Nostra etiam intererat, ut, minus hactenus a veritate alieni Remonstrantes non lateret, tum quid conquere possint ipsorum antesignani, tum quid a talibus

præceptoribus juventuti suæ polliceri possint. Vix quisquam est illorum, qui circa initium hujus seculi, de iis quæ deinceps ad quinque articulos relata sunt, nobiscum dissenserit, qui non hujus nostri hominis errores, Crisin exercendi modum ac rationem, inque rebus momentosissimis sententias instabiles lubricasque si viveret, ex animo esset detestaturus. Est sane hæc *avis* longe *deterior* Arminiana *Progenies*.

Limborgius nihil habebit quod conqueratur. Potuissem Princeps hoc meum argumentum, multis missis, pertractasse, fateor; sed, quod hac occasione ipsi regerendum putavi, potuisset ipse longe melius corpus illud suæ qualiscunque Theologiæ composuisse, non ita severe notatis Viris inter nos celeberrimis & quam optime de Ecclesia meritis. Vel an metuit ne liquid in ipsius *de Religione Christiana* scripto desideraret lector, nisi ita impetuose debacchatus fuisset in Clarissimum Burmannum aliosque. Cum Orobio, Judæo an Atheo, dubium est, ita agit frigide, ut videatur Arminianæ tolerantiæ & moderationis exhibere illustrissimum specimen voluisse. Quin imo benigne interpretatur ea quæ *Orobius contra Religionem Christianam liberius scripserat* Præfat. pag. 4. cum homine autem Christiano, docto, omnibus doctis charo ita agere voluit intemperanter. At impense gratulor nomini illustris Theologi, quod invadi a Limburgio haud potuerit, nisi prodita turpi rerum ignorantia. Tam longe enim à Spinosismo abest Clarissimus Burmannus, ut forte longius quam par est ab eo in contrarium ierit. Nucleus Spinosismi est, omnia ex natura Dei emanasse, ut aliter se tota rerum universitas per naturam Dei habere non potuerit, quam habet in præsentissimo omnia esse Deum. Clarissimus Burmannus è contrario, ab eo errore ita procul abest, tantus est libertatis divini arbitrii vindex, ut statuat per naturam Dei

fieri

fieri potuisse, ut *bis ter non facerent sex* L. 1. C. XXII. §. 10. En verba ἐκ πάνυ loco jam citato §. VII. VIII. IX. X. *Male iidem potentiam Dei infinitam esse, & infinito modo à potentia creaturæ differre negant: sicut & Vorstius eam tantum respectu nostri infinitam appellari voluit.*

Objectum hujus potentiæ est omne quod possibile est *quodque esse potest ad gloriam Dei & perfectionem ejus manifestandam, adeoque quicquid Deus velle potuit.* Pater mi si possibile est, abeat à me poculum istud; verum tamen non ut ego volo, sed ut tu, *Matth.* XXVI. 39. *Solum autem id quod impossibile dicitur, hoc est, quod nec existere, nec ad gloriam Dei referri potest, sive quod sub voluntatem Dei cadere non potest, ei repugnat.*

Sicut autem causa, cur aliquid sit possibile, non est in ipsa re, quasi illa potentiam Dei præcederet (male enim quidam res alias sua natura citra decretum Dei possibiles, alias impossibiles, alias necessarias faciunt; cum omnia a decreto Dei absolutè dependeant, non solum rerum existentia, sed & universa earum natura & essentia; nec quicquam necessarium, imo ne possibile quidem sit citra Dei voluntatem vel potentiam, quæ eadem cum eo est) ita etiam cur aliquid impossibile sit, causa est non in ipsa re (cum impossibile mera sit negatio) sed in ipsa Dei potentia, quia nempe Deus illud non potest velle aut facere; quod tamen non potest, non propter potentiæ defectum, sed abundantiam ejus. Unde potentissimus talia non posse dicitur. Ut merus sit vocabuli & non possit abusus.

Ita ut hic omnia dependeant à solo Dei decreto & voluntate, non solum rerum existentia, sed & universus earum conceptus, omnisque ratio essentiæ earum. Quamvis ergo quædam necessaria videantur respectu decreti divini dum maneat, ex. gr. non esse frangenda ossa Christi. *Joh.* XIX. 36. *alia vero necessaria videantur in se, ut ex. gr. tres anguli trianguli æquales esse debere duobus rectis; hæc tamen non impediunt quin omnia necessaria sint respectu divini decreti*

antum: quodque aliter nobis videatur, ex ignorantia nostra
st: si nempe homines clare totum naturæ ordinem intelige-
rent, omnia æque necessaria reperirent ac illa quæ in Matheſi
ractantur: quia vero huc usque non penetramus, ideo quæ-
dam a nobis possibilia, vel indifferentia, non vero necessaria
udicantur. Quocirca dicendum est, vel quod Deus nihil
ossit, quia omnia revera necessaria sunt; vel quod Deus
mnia possit, & quod necessitas, quam in rebus reperimus,
solo Dei decreto provenerit.

Summam rei quod attinet, calculum Clarissimo Bur-
nanno, dudum ante editam Limborgii Theologiam,
djeci in Summa Theologiæ Cap. III. §. CXL. CXLV.
XLVI. *Hanc autem Dei Exprimibilitatem hicce loci pro-
onendam putavi, antequam de voluntate Dei agerem, quo-
iam Deo essentialis est & prorsus naturalis. Ut, licet & res &
erum modi ac series omnis, quibus exprimere se atque adum-
rare voluit, omne suum esse unicè liberrimæ debeant volun-
atis divinæ dispositioni seu nutui, adeoque nihil possibile dici
ui cogitari ante Divinæ voluntatis liberrimum decretum
ossit, Deus tamen ab æterno & ex sua natura, aut potius
fficientia naturali, sit & semper fuerit exprimibilis atque
dumbrabilis. Quæ Exprimibilitas cum in ipsa essentiæ di-
inæ & perfectionum omnium fundata sit omni-sufficientia,
a concipi debet, ut tanquam ratio, dicam an causa sit,
uod nulla unquam res facta sit, aut fieri queat, qua Dei
uadam perfectio aut negetur aut ulla ratione lædatur.*

*Quando autem de Exprimibilitate Dei loquor, quod de-
uo monitum te velim, cave putes me concipere ullarum re-
um possibilitatem, quæ liberæ actum voluntatis divinæ an-
ecedat; aut essentias me rerum fingere, quæ ab æterno fue-
int, Deique decretum anticipaverint; quæque adeo tales
a Deo fuerint conceptæ, quia ante omnem divini decreti actum
atura sua fuerint tales. Non enim de rebus hic ago præter
Deum aut extituris unquam aut possibilibus, sed de ipso Deo
perfectioneque quadam Deo essentiali. Quin nostra hæc de*

Dei Exprimibilitate cogitatio radicitus evellere illas absurdas cogitationes apprime idonea est, quippe quæ omnes rerum, ut vocant, ideas, omnem possibilitatem derivare docet ex Dei arbitrio & liberrima voluntate. Exprimibilem quidem natura sua dico Deum, tam infinitis autem, si liceat ita loqui, modis, ut non solum rebus quæ nunc sunt & ut nunc se habent, sed pluribus & longè aliis, si ita voluisset sui dare adumbrationem aliquam potuerit.

Certe rerum ideas prorsus aternas, & possibilia quædam antecedenter ad Dei decretum qui fingunt, illi res omnes negant esse solum adumbrationes Dei: etenim Divini quid essentiæ nimirum æternitatem & independentiam atque aseitatem iis adscribentes, ultra adumbrationis sortem evehunt, imo verò & Deum dependentem faciunt, quippe concipientem res jam sua natura & idea tales, antequam de iis quidquam statuerit aut decreverit. Unius Dei ea perfectio est, ut ex ipsius consideratione repeti possit ratio omnis proprietatis, veritatis, & perfectionis, quæ ipsi naturalis est. Plura hac de re vide apud Poiretum Cogitat. Ration. pag. 127. Similia dudum & apud alios legere potuit Limborgius.

Aerem Arminiani in Burmannum censuram paucis examinemus. Crimen est, quod L. 1. Cap. xxv. §. 9. *ipsius benedicti de Spinoza verbis* in Cogitatis de Deo Cap. ix. utatur, *ex quo pleraque hujus capitis ferme ad verbum descripsit.* verum 1. id verum non est, ut unicuique, Burmanni verba cum Spinozæ dictis contendenti, apparebit. Pauca reperio, fateor, apud Burmannum, haud dissimilia, verborum corticem quod attinet, iis, quæ habet Spinoza. Pleraque autem hujus Capitis & ferme ad verbum exscripsisse Burmannum mera calumnia est. Profecto & ego similibus usus sum verbis, quando ne quidem per somnium de iis cogitavi quæ heic apud Spinozam occurrunt. 2. Imo fieri vix potest, ut quis, hanc sententiam amplexus, non similibus mentem suam

verbis exprimat; quale quid, si in Sociniano forte aliquo scripto, Judæi hujus aut illius dictis simile, offendisset, pro ea, qua erga suos illos fratres charitate est, dubio procul in meliorem sensum interpretatus fuisset hic noster Aristarchus. In Reformato ea sequius erant accipienda. 3. Addo tam longe a crimine abesse Burmannum, ut, si forte ad dicta Spinozæ respexerit, prudentissime potius egisse dici debeat; quandoquidem nihil magis Spinozæ adversum dici poterat, quam id quod heic Viro Summo ex Spinoza protulisse vitio vertitur. 4. Sed ignoravit Limborgius id quod dudum de pluribus, a Spinoza in illo tractatu dictis, accurate & prudenter observatatum est Clarissimo Poireto Cogitat. Rational. &c. Lib. III. Cap. VII. in Notis. *In quibus*, scilicet verbis, istheic loci ex eodem Spinozæ Tractatu exhibitis, *nihil sane desiderandum est, ita vere, ita distincte rem proponit & capit. Et tamen in* ETHICA *sua, pessime deinceps contrarium statuit: nisi dicas eum sibi non contradicere, siquidem in Appendice metaphysica ex animo non loquatur.*

Dedit enim operam ut per præfatorem suum moneremur, illum ibi non sua, aut tantum ea quæ probat, docere; multa ibi occurrere quæ tanquam falsa rejicit & à quibus longe diversam fovet sententiam: *inter quæ libertatem (ut fatum suum substituat,) & figmentum de substantia una generali & indeterminata cogitante, cujus particulares modificationes mentes humanas constituant, commemorat. Unde patet ex verbis, quæ in dicta Appendice & toto illo libro commemorat, nil concludi posse quod de Deo bene sentiat Spinoza; siquidem hypocritice aliter sentiat quàm illic dicat, etsi id voluerit sub hac ratione tegere, quod scilicet voluerit ibidem à Cartesianis sententiis non discedere.*

Hæc autem non ignoravit Burmannus, adeoque prudenter egit, quando ea verba a Spinoza mutua accipit, quoniam nihil dici poterat, quo clarius subverteretur;

retur, id quod Spinosismi cardo est & nucleus. Audi denuo Poiretum in præcedentibus loco jam citato dissentem. *De hoc attributo intellectus sive intelligentiæ Divinæ, habemus Spinozam hic iterum sibi contradicentem, pronum inter diversa modo huc modo illuc fluctuabat. Ut hominem sponte cæcutire & scienter delirare videas, citabo loca contradictoria ubi ex professo & scienter contradicentia demonstrat. In Ethicis Parte* II. *prop.* I. *demonstrat (opinione sua Deum esse rem cogitantem, ex hoc atheistico principio, quod* particulares cogitationes, hæc, illa, *Pauli, Jacobi &c.* sint modi essentiæ divinæ, eam determinantes, *unde concludit (juxta canones prædicabilium) dari speciem sub qua hæc individua ordinentur, sive* dari attributum vel conceptum cogitationis *generalioris in suo Deo (in genere Entis abstracti)* per quod cogitationes particulares concipiuntur. *Ergo, Deum esse* rem *attributo cogitationis sive* cogitatione præditam. (*Hoc est, entis conceptum generalem eatenus dicendum esse cogitare quatenus prædicatum de individuis cogitationibus.*) *Et prop.* III. *dicit,* in Deo dari ideam suæ essentiæ, (*hoc est, intelligentiam*) & eorum omnium quæ ex illa sequuntur: *quod probat ex eo quod Deus possit (ex mox dicta propositione* I.) *infinita particularia cogitare, quod dicit,* idem esse ac habere ideam essentiæ suæ & eorum quæ inde sequuntur. *Unde patet, Spinozam per* Intelligentiam *Dei, vel cogitationem aut ideam Dei de se ipso, nihil aliud intelligere quam vel cogitationes particulares numero & modificationibus infinitas, quas infiniti homines habere possunt de rebus particularibus infinitis, vel cogitationem generalem abstractam quam nonnulli habent de ente, quatenus per hunc conceptum generalem & abstractum, infinita particularia concipi possunt. Quæ omnia merus sunt Atheismus, & substitutio fallax intellectus creaturæ abstrahentis pro actuali Dei intelligentia, ab omnibus cæteris mundi rebus distincta. At in* Appendice cogitatorum Metaphysicorum, *quæ* Cartesii principiis more

Geo-

Geometrico Demonstratis *annexa, nonnulla ex cap. 7. partis 2. De intellectu Dei, sic se habent. In margine,* Objectum scientiæ Dei non esse res extra Deum, sed Deum ipsum. *In textu:* Revertamur itaque ad nostrum propositum, nempe quod extra Deum, nullum detur objectum ipsius scientiæ, sed ipse sit scientiæ suæ objectum, imo sua scientia. Qui autem putant mundum etiam objectum Dei scientiæ esse (*hic utique distinguit maxime universitatem rerum, a Deo,*) longè minus sapiunt quam qui ædificium ab aliquo insigni Architecto factum, objectum scientiæ illius statui volunt: nam faber adhuc extra se materiam idoneam quærere cogitur: At Deus nullam extra se materiam quæsivit: sed res quoad essentiam & existentiam ab ejus intellectu sive voluntate fabricatæ fuerunt. De hisce autem recte am laudatus Poiretus. *In quibus nihil sane desiderandum est, ita vere, ita distinctè rem proponit & capit. Et tamen n Ethica, pessimè deinceps contrarium dicit* & sequuntur am allegata.

De re ipsa autem haud minus infeliciter disserit Limborgius, quam de citatione loquutus est acerbissime quidem, sed præter veritatem & ignoranter. Debenus id magni Viri manibus, ut, occasione hac nobis lata, maculam ipsi adspersam serio abstergamus. pinosissmi falso insimulare virum orthodoxum atrox certè injuria est: tanto magis insidiosa, quanto majorem moderationem præ se fert is qui heic καληγόρε personam induit. Quis non credat conscientiæ dictamine gravique causa eo adactum esse hominem, ne quidem Judæorum ceteroquin dicta, blasphema quoque, aliter quam maxima imo immodica, animi mansuetudine accipientem. Novit procul dubio, haud deesse qui jam dudum alia Viri Clarissimi dicta in sequiorem sensum & calumniæ ansam rapuere. Iis profecto se jungere Arminianus noster non debuisset. Verum Causæ Pela-

gianæ intercrat, atro carbone notasse illorum Coryphæum aliquem, cum quibus, ut nimis potentibus in Scripturis, miselli bella gerunt nulla paritura triumphos. Vide qui pedes conferat qui dimicet noster. Impar sane congressus est.

Sic infit Limborgius. *Licet enim verissimum sit, nihil esse necessarium quod Deus non decreverit, & unaquæque res eam habeat essentiam, qua eam Deo placuit donare; Inde tamen minime sequitur, eam non esse rerum essentiam in sese spectatam, ut à Deo potuerit decerni; aliarum vero esse eam ad existendum repugnantiam, ut à Deo decerni non potuerint; qualia sunt contradictoria.* Certe primus hic impetus meticulosa sophisticatio est, qua, rotunde & candide loqui non ausus, omnia impedite & confuse profert. Quæ ratio quod ipsissima Burmanni verba quibus sententiam suam pronunciat non producas? Sic sonant, *sicut autem causa cur aliquid sit possibile, non est in ipsa re, quasi illa potentiam Dei præcederet:* hisce sublocorelictis, ea comparent, quæ parenthesi Burmannus incluserat. Verba omissa summam rei continent, & perspectæ veritatis sunt. Quin imo tanti momenti mihi videtur ista thesis, tamque necessariò tum statuenda tum vindicanda, ut nisi ea recte intelligatur & probe teneatur, Spinosismus evitari difficulter possit.

Qui enim concipit ideas rerum præter Deum, quæ decretum omne prævertant, is una statuit Deum non potuisse non agere juxta illas ideas. Præterea concipit in Deo non tantum ideas hujus aut illius rei singularis, verum etiam ideam omnium, quemadmodum eam, quæ in præsenti existit, rerum universitatem constituunt; adeoque haud secus ac rem singularem e. g. quam nunc angelum nuncupamus, aliter, quam secundum ideam, non libere formatam, sed sibi naturalem, creare non potuit, ita & totam rerum universitatem pariter aliam quam nunc est, condere nulla ratione po-

potuerit. Quod quo tendat, nemini ignotum est, nisi Spinosismi ignaro: quem qua ratione evitent, ideas illas Deo naturales, non liberas prorsus quotquot statuunt, ego quidem capere non possum. Hæc ultima erit omnium analysis, omnia talia quia Deus est talis. Deus causa emanativa est juxta Spinozam, adeoque non libere operatur, ita ut aliter operari potuerit, sed ita ut quicquid operetur id operetur ex indole naturæ suæ. Plura de hac materia reperies in mea Summa Theol. Cap. II. §. CXLIII. CXLIV. *Hinc est, quod, liberrimè licet & pro sero Dei placito producta sint omnia, adeo ut potuerint hæc non produci aut prorsus alia, certum tamen sit, Deum, ubi hoc aut illud facere voluisse constat, nonnulla quæ ad eam rem ut sit ad gloriam Dei, seu ut Deum exprimat, necessaria sunt, ea non facere haud potuisse. Exemplorem illustremus. Constet, Deum creare voluisse creaturam cogitantem, dico fieri non potuisse, quin rectam, id est quæ conditorem suum agnoscere atque amare apta nata foret, produceret. Ratio in promtu est. Non responderet ceteroquin Dei Exprimibilitati, non referret Deum, non foret, ut creatura rationalis, ad Deum. Idem in multarum rerum connexione rite observandum est. Potuerit Deus fœdus facere cum Adamo ut homine singulari, pacto tamen cum eo fœdere, tanquam cum capite, omnes ab se atque in se complectente, fieri per Dei decentiam haud potest, quin, Adamo peccante, omnes ruant in interitum. De Ideis nobis inditis pariter tenendum, postquam tales nobis indere voluit Deus tanquam se adumbrantes, fieri non potest ut Deus res alias faciat quam quales respondent istis Ideæ: quum quod falsum testaretur Deus, opusque suum destrueret, quum quod se non adumbraret, sed sui adumbrationi contrarius futurus esset, adeoque sui de se ipse negaturus testimonium. Ideo inditâ nobis Ideâ corporis ut rei extensæ, mentis ut rei cogitantis, fieri non potest ut Deus corpus creet non extensum, aut mentem non cogitantem. Non quod rerum illarum Ideæ sint, eo sensu, quo vulgo id asseri solet, æternæ, sed*

quod

quod Deus eo quasi charactere sic se habente & non aliter exprimere se voluerit.

Porro cum ista exprimibilitas ipsius Dei sit, Deusque sit & talis, qui & qualis est, secundum nostrum concipiendi modum, antecedenter ad omnem actum consilii aut decreti; necesse est, ut ea quoque, sensu jam dicto, omne decretum antecedat.

Nihil est necessarium, inquit Limborch, *quod Deus non decreverit.* At necessarium dici potest aliquid quod, posito alio, necessarium foret, illud sane omne necessarium Deus non decrevit. *Necessarium* est, ut Christo sponsioni renunciante, id quod Arminiani in Apologia Cap. xvii. fieri posse statuunt, ruat universa Consilii gratiæ moles, non tamen id à Deo decretum est. *Necessarium* præterea dicitur, id quod, ratione eventus, non fieri non potest: sic *necessaria* dicuntur omnia futura. Quæcunque autem facta sunt futura fuerunt antequam contingerent, omnia igitur quæ facta sunt aut fiunt, à Deo decreta sunt. Quod consequens an arrideat Arminiano, ipse videat, modo agnoscat, thesi sua posita, hæc quoque negari non posse.

Sed non tam de eventibus, quorum omnes rerum quarundam complexum continent, quam de rebus singularibus & essentiam habentibus loquitur. Audiamus. *Unaquæque res suam habet essentiam: qua eam Deo placuit donare.* Prius verum est, posterius autem confusæ cogitationis indicium. *Rem* concipit, eamque *essentia* quadam *donatam*, donatam autem ea essentia quam Deo donare placuit; quid hæc sibi velint hariolandum est. Rem aliquam qui dicit, is & ejus essentiam dicit. Res autem quæ ita concipitur, ut quam Deus facere queat, vel est præsens, vel est futura. Rei quam Deus facere possit, nisi futuram decreverit, nullus datur conceptus. At conceptus datur divinæ exprimibilitatis, qua talis est Deus, ut, interveniente voluntatis suæ proposito,

su

sui qualemcunque copiam seu expressionem facere possit. Illa voluntas Dei concepta cum relatione ad id quod futurum decrevit aut actu sistit, aut conservat, potentia vocatur. Rei autem omni essentia tribuitur, aut futura adhuc aut præsens: eaque nulla alia est, quam singularis quædam Dei expressio virtute liberrimi decreti futura aut facta.

Magis te confundis, quando Burmanno regeris, *Inde tamen minime sequi, eam non esse rerum essentiam, in sese spectatam, ut a Deo potuerit decerni: aliarum vero esse eam ad existendum repugnantiam, ut à Deo decerni non potuerint: qualia sunt contradictoria.* Duo memoras, de quibus adseveras, neutrum eorum sequi ex præcedentibus. Memoras *rerum essentiam, in sese spectatam, ut à Deo potuerit decerni.* At talis res aut essentia ejus in se spectari non potest, nisi jam supponam conceptu Dei formatam, adeoque, virtute liberrimæ conceptionis & volitionis divinæ, futuram aut præsentem esse. Potuisse decerni de re quadam, antecedenter ad decretum Dei dici non potest. Non entis nullæ sunt affectiones. Ens autem nullum est, aut concipi potest, quod decreto prius sit. Si roges, hic Adam, nunc factus vi decreti, annon decernere de eo potuit Deus, ego eum creabo: respondebo, futilem illam & absurdam quæstionem esse, cum, hunc Adamum concipere, decretum supponat, in ipso quoque Deo. Non est enim hic Adam aliud quid quam individuum aliquod, quod, nisi certis circumstantiis vestitum, prorsus non sit concipiendum. Individuum autem illud circumstantiis vestitum, nemo antecedenter ad decretum finxerit.

Dices: homo, equus, angelus utique res sunt quæ essentiam quæque habeant suam. Respondebo, universalia esse entia rationis, atque ita ideas a particularium conceptu abstractas esse figmenta creaturæ rationalis, imo imbecillitatis finitæ mentis manifestum speci-

men. Singularia alicujus ſpecici ut vocant, omnia ſimul præ mentis finitate concipere non apta conceptus ſibi format ſpecierum & generum. Quod in Deum non cadit, adeoque in eo non eſt iſtiuſmodi idea ſpeciei ſed individuorum tantum. Individua autem concipi ſine circumſtantiis individuantibus non poſſunt; adeoque non ſine ſuppoſito de iis libero decreto.

Non melius digeſta ſunt quæ ſecundo loco memoras, nimirum *aliarum rerum eam eſſe ad exiſtendum repugnantiam, ut à Deo decerni non potuerint: qualia ſunt contradictoria.*

Sunt igitur *res quarum* ſit *repugnantia ad exiſtendum* verum me quod attinet, eas concipere non poſſum. Poſſum chimæras fingere, Bellerophontis Pegaſum mihi imaginari poſſum, ſed *res* non ſunt, aut dici merentur, quorum omnis ſubſiſtentia in imaginatione eſt. Imo vero *res*, præter eas quæ ſunt, ego nullas concipio, aut conceptu formare poſſum. Diviſa jungere, juncta dividere, atque cudere figmentum aliquod poſſum, ſed *res* non eſt. Nihil rei quod non à Deo factum ſit. Nihil igitur accurate loqui ſi velimus, rei, cujus ſit *repugnantia ad exiſtendum.* Verum non ita acutè cernere Limborgium ex eo apparet, quod, inſtar daturus, illarum rerum, *quarum ea ſit ad exiſtendum repugnantia, ut, à Deo decerni non potuerint*, dicat, *qualia ſunt contradictoria.* Contrariæ ſibi invicem res eſſe poſſunt, at *enunciationum eſt*, ſive conceptæ ſint, ſive ſermone prolatæ, eſſe *contradictorias.* De rebus locutus erat, & inſtar aliquod rerum daturus, enunciationes, theſes, ſententias producit. *Contradictoria* proprie *res* non ſunt. De rebus decertamus. Quas alias nec tu, nec ego, nec quiſquam alius novit, quam à Deo decretas, à creatura enim ratione utente, ſeu componendo ſeu dividendo ex rebus decretis ficta alterius generis ſunt, nullas igitur *res ad exiſtendum repugnantes*, taceo, ita *repugnantes ad exiſtendum*, ut

Deus eas decernere non potuerit concipimus. Precor eos icum oculos heic configere conantem Limborgium, *res* mihi indicet non decretas, imo *res*, quibus *essen-iam* merito tribuat, *non decretas* sibi *contradicentes*, ea-quidem ratione, ut decerni à Deo non potuerint. Ex-utiat se, omnes cogitationes suas, conceptus omnes eu ideas examinet, & deprehendet nihil tale quid aut sse in mente sua, aut ab ea fingi posse, cui ista conve-niant.

Credendum est *nugari hominem* inquit: quo dicterio, Clarissimi Burmanni famam arrodere imo stigma inu-ere voluit. Sibi habeat bonus Arminianus suas nugas, Rationem audiamus quam, a Viro Clarissimo temere pronunciatæ sententiæ obtendi, Lectori persuasum ult. Burmannus *immediate* subjungit, „*cur aliquid im-„possibile sit, causa non est in ipsa re (cum impossibile sit nega-„tio) sed in ipsa Dei potentia qua Deus id non potest velle „aut facere.* Hisce jam constare putat *nugari creden-lum esse* Burmannum. Itane mi heros? illane verba ugæ sunt? Sunt vera, sunt solida, id faxo ut perci-ias. *Res, rei essentia* ante decretum non dantur, imo ne oncipi quidem possunt. Non entis quoque nullæ sunt ffectiones, adeoque nulla est ejus possibilitas aut im-ossibilitas. Hinc & accurate loquitur Burmannus, on nugatur, quando in parenthesi dicit *impossibilita-em meram negationem* esse, additque ad ipsam Dei po-entiam heic eundum esse, quæ est, ipsa voluntas Dei onsiderata cum relatione ad aliquid quod illius virtu-te fiat, esse possit, aut sit.

Præter *res* sunt & actiones rationales: in eas cadit ratio boni aut mali moralis. Loqui proprie res non est, sed actio loquentis. In eam cadit malum & bonum, sed cujus cynosura sit, tum natura Dei, tum loquenti haud ignota divina aut jussio aut prohibitio. Prioris exem-plum sit: *mentiri non potest Deus*; at unde hoc, quod

id non possit, cum homo possit? an ex eo quod mendacium majorem quam divinam potentiam requirat, minime, sed quod mentiri non possit Deo glorioſum esse, eo quod in mendacio non sit expressio ulla Dei, qualis in omni re esse debet, ut possibilis dici queat. Nec hæc est tanta subtilitas, ut percipi, imo recipi non possit. Mentiri juxta te impossibile non est, a Deo tamen fieri non potest: malum adspicere cum voluptate pariter juxta te imposſibile non est, non quod in se impossibile sit, cum homo possit, sed quod Deus velit non possit, ut suæ volitionis virtute sit. Hinc & Scriptura istiusmodi impossibilitatum rationem non ex rerum repugnantia sed ex ipso Deo derivat. *Purior est oculis quam ut adspiciat malum* Hab. 1. 13. Sic ipse Deus appellatur ἀψευδὴς Tit. 1. 2. Certe causa non re hic ponitur extra Deum, sed in natura Dei. Adeoque & ipsa Scriptura ita immodicè quoque subtilis est ut Burmanno præiverit, dicenti, *quod causa non sit in ipsa re quod sit impossibilis, sed quia Deus eam non potest facere*, id est, Deum eo non posse se ipsum aliqua ratione exprimere aut adumbrare, non mendacii, sed suæ incontaminatæ veritatis causa.

Posterioris generis exemplum sit: vitulos facere in Dan & Bethel; dico fieri non posse ut Deus id jubeat aut ipse eos faciat; rectè. at quænam heic impossibilitatis causa, non utique in re quærenda, sed in præcepto Dei est, utique seu non scu aliter præcepisse per naturam suam potuerat Deus, si unice ipsius essentiam & naturam respiciamus: adeoque denuo ad Deum eundum est, ejusque decretum, indeque petenda factirepugnantia.

Sed, format argumentum a Burmanno sibi objiciendum, *inquit, potuisset Deus alium naturæ ordinem instituere, & tum nobis alias ideas, ordini isti convenientes, indidisse.* Verum quæro, ait Limborgius, unde hoc constet?

Dico ego constare id ex inexhausta Dei omnipotentia & sufficientia; præterea ex omnimoda libertate Dei: neque sic, quod obtendit Limborgius, *principium peto, aut adsumo id quod in quæstione est.* Quæritur ubi quærenda prima ratio sit, propter quam aliquid possibile dici queat, dico rationem in causa quærendam esse, ita ut, si causa non detur, quæ producere valeat, nihil ex se possibile sit. Ut nihil à se est, sic & nihil a se quicquam est quantillum id sit, adeoque nec ex se possibile est. Posse fieri propriè est, dari causam quæ producere possit.

Vel an tu statuis Deum *alium naturæ ordinem instituere* non potuisse? An igitur ex naturæ Dei indole sequitur talis rerum ordo qualis est in præsenti? Deus igitur tandem causa tantum emanativa erit, adeoque tota rerum universitas talis, quia natura Dei talis. Verum sic tu non verba a Spinoza mutua accipis, bone Vir, quod Burmanno crimini vertebas, sed sententiam ignarus amplecteris & profiteris.

Præterea an ita hoc rerum ordine exhausta est omnis Dei exprimibilitas, ut nullo alio ordine sui qualemcunque copiam facere potuerit? Atque adeo, licet paulo forte heic longius progrediatur Clarissimus Burmannus quam par est, certum est, non omnia esse talia qualia sunt, quia Deus est talis, sed quia hanc rationem se exprimendi, liceat ita loqui, conceperit & decreverit. Haud secus atque artifex e. g. qui cum horologia facere possit, qualia ipse concepit, pro ea qua est dexteritate, alia adhuc & alia facere potuisset, si alia facere apud animum statuisset. Quin quemadmodum defectus esset in illo artifice non alia facere potuisse si voluisset, sic & de Deo cogitandum est. Potuit hac rerum universitate sui copiam facere & probare πολυτροπίλον suam sapientiam; verum &, ubi ipsius Dei exuperantiam intueor, citra & ante liberam voluntatis de-

terminationem ad illam machinam faciendam quam jam fecit, affirmare haud vereor, potuisse Deum alia machina, alia prorsus ratione, suæ exprimibilitatis exhibere specimen, si voluisset. Cui veritati post Spinozam forte nemo, præter Limborgium, reluctabitur.

Sed vero, pergit Limborgius; *quoniam* Burmannus ante dixit, *impossibilitatem quandam esse in rebus ideo quia Deus ea non potest velle aut facere:* at antequam pergat, monendus est L. non bene exprimere se Burmannum mentem, quæ non est, aut *rem aliquam possibilem in se quasi illa potentiam Dei præcederet*, aut esse dicendam impossibilem in se antecedenter ad omnem actum divinæ voluntatis, cum, ut possibilitatis, sic & impossibilitatis omnis ex libero Dei decreto petenda ratio sit. Non res sunt sed figmenta, quæcunque, facere ante liberam voluntatis determinationem consideratum Deum, aut non facere posse dixeris. Mentis quidem meæ fictione rebus, quæ nunc sunt, divisis aut conjunctis, formare mihi possum conceptus & imaginationes in cerebro, de quibus dicere queam, Deum facere & velle, facere non posse entia quæ illi conceptui aut imaginationi respondeant; eam ob rationem: aut quod ipse jam aliter decreverit, aut quod ego forte ea finxerim quæ haud convenit ut sub Dei cadant conceptum & propositum. Cum sint non *res* sed *figmenta*, memoratæ jam ratione effictæ, divinæque perfectionis expressione esse non valentia.

Verum hoc transeat. Rogat unde D. B. *certus sit hanc totius naturæ ordinis mutationem; per quam, ea quæ nunc sunt repugnantia, fiant non repugnantia, non esse inter illa quæ Deus velle aut facere non potest?*

Ea quæ nunc repugnantia sunt, vel res sunt, vel enunciationes. Res quæ nunc sunt sibi invicem repugnantes, potuissent, alio in rerum ordine, ac relatione positæ, fuisse non repugnantes. De enunciationibus

nibus ante notavi iis solis proprie contradictionem adscribi posse. Quando tamen eæ de rebus enunciantur, certum est, quæ hoc in rerum ordine contradictoriæ sunt, non posse de rebus iisdem prædicatas, unquam simul esse veras; sed, facta ordinis hujus mutatione, aliæ etiam esse res deberent, ut veræ enunciationes forent, quam res sunt in præsenti: adeoque non forent veræ, quæ nunc sunt contradictoriæ, quia rebus se aliter habentibus, alia prorsus earum enunciationum foret ratio.

Me igitur saltem in angustiam non redigit ista interrogatio. Potuisset enim universitas & nulla & multum, tam rerum quam ordinis ratione, aliæ esse, quoniam Deus exprimibilis est quantum placet, & sui copiam facere velle potest.

Sane quædam sunt æternæ veritates, inquit: ego unam novi, & plures ante decretum non alias quam quæ ex una illa elici possunt. Illa veritas est, Deus est. Et quicquid dicit Deum non esse verum nunquam esse potest, adeoque, nisi quod falsum esse haud possit, Deum esse. Tu plures innuis *æternas veritates, quæ ex ipsa naturæ divinæ perfectione & sanctitate immediate fluunt*: nimirum intellectione divina id præstante, ut sint creaturæ, eas ex prima veritate elicere idoneæ; credo. *Quarum proinde rectitudo ac veritas omnem voluntatis actum antecedit.* Deum esse, & talem esse, qualis est, verum est, & cognitum divinæ menti; existente quoque, virtute voluntatis divinæ, intellectione creata, non potest illa veritas non vera esse etiam menti creatæ. *Neque id Deus mutare potest*: recte. Hinc inter impossibilia repotis, tum ut Deus *actum legi suæ consentaneum* nobis obversari faciat *ut peccatum & odio Dei dignum*, tum ut *veritates Mathematicas inter falsitates reponat*. Optime & hoc quidem, verum inprimis cum etiam horum quoque impossibilitatem ipsemet non aliunde arcessas,

quam

quam ex eo quod prius *Sanctitati divinæ naturali contrarium* sit, alterum vero *illius veritati ac rectitudini repugnet*. Quibus dictis manifeste nostram sententiam amplecteris.

Verbum adhuc addam. Potuisse Deum istiusmodi struere rerum ordinem, ut *bis duo non* sint *quatuor*, aut *triangulum non* habeat *tres angulos*, me quidem judice non verè, minus accuratè dicitur. Numerus numerans ut & figuræ Mathematicæ, proprie *res* non sunt sed modificatio quædam mentis nostræ atque imaginationi, sub qua corpora quædam aut res alias concipere queam; verum, prout sunt objectum Matheseos abstractè prorsus considerari debent; imo prorsus remotis rebus de quarum numero aut figura agunt. Hinc bis duo, aut triangulum non magis quid in se sunt quam siniſtrum & dextrum, extra & intra similiaque quorum proprie nulla datur essentia. Ut de iis possibilitas aut impossibilitas, aut possibilis varietas, quali de rebus, non recte affirmetur: sed, suppositis rebus quæ sub numerum cadunt, aut figuram, numeri demum & figuræ oritur cogitatio: at certum est, si supponantur res triangulares, non posse non habere tres angulos, eosque æquales duobus rectis: cujus impossibilitatis ratio in rei ullius natura aut essentia quærenda non est, sed in mente, quæ res illas in illum censum redigit. Quod de Mathematicis quas vocant veritatibus notasse pro instituti ratione hac quidem vice sufficiet.

Quæ de fatalitate subdis, ad ravim usque decantata Pelagianorum omnium cantilena est, responsione indigna. Inprimis cum pauca, quæ apud Clariss. Burmannum præcessere, refutandæ inde ab Augustini tempore vobis repetitæ nugationi sufficiant. *Ossa Christi non frangenda esse* eventus erat & contingenter, si ejus naturam spectes, & ita certo tamen futurus, ut non evenire non potuerit. *Et necessitatem, quam in rebus reperimus*, me-

rito

ibus ante notavi iis solis proprie contradictionem ad-
cribi posse. Quando tamen eæ de rebus enunciantur,
ertum est, quæ hoc in rerum ordine contradictoriæ
unt, non posse de rebus iisdem prædicatas, unquam
mul esse veras; sed, facta ordinis hujus mutatione,
t veræ enunciationes forent, aliæ etiam esse res debe-
ent, quam res sunt in præsenti: adeoque non forent
eræ, quæ nunc sunt contradictoriæ, quia rebus se ali-
er habentibus, alia prorsus eârum enunciationum fo-
et ratio.

Me igitur saltem in angustiam non redigit ista in-
rrogatio. Potuisset enim universitas & nulla & mul-
m, tam rerum quam ordinis ratione, alia esse, quo-
am Deus exprimibilis est quantum placet, & sui co-
am facere velle potest.

Sane quædam sunt æternæ veritates, inquit: ego unam
ovi, & plures ante decretum non alias quam quæ ex
na illa elici possunt. Illa veritas est, Deus est. Et quic-
uid dicit Deum non esse verum nunquam esse potest,
quare, nisi quod falsum esse haud possit, Deum esse.
u plures innuis *æternas veritates, quæ ex ipsa naturæ di-
næ perfectione & sanctitate immediate fluunt:* nimirum
tellectione divina id præstante, ut sint creaturæ, eas
prima veritate elicere idoneæ; credo. *Quarum proin-
rectitudo ac veritas omnem voluntatis actum antecedit.*
eum esse, & talem esse, qualis est, verum est, &
gnitum divinæ menti; existente quoque, virtute vo-
ntatis divinæ, intellectione creata, non potest illa
ritas non vera esse etiam menti creatæ. *Neque id
eus mutare potest:* rectè. Hinc inter impossibilia repo-
s, tum ut Deus *actum legi suæ consentaneum* nobis ob-
rsari faciat *ut peccatum & odio Dei dignum*, tum ut
ritates *Mathematicas inter falsitates reponat.* Optime &
c quidem, verum inprimis cum etiam horum quo-
ue impossibilitatem ipsemet non aliunde arcessas,

quam ex eo, quod prius *Sanctitati divinæ naturali contrarium* sit, alterum vero *illius veritati ac rectitudini repugnet*. Cui fundamento inædificans manifeste nostram sententiam amplecteris.

Potuisse Deum istiusmodi struere rerum ordinem, ut *bis duo non* sint *quatuor*, aut *triangulum non* habeat *tres angulos*, me quidem judice, non verè, minus accuratè dicitur. Numerus numeratus ut & figuræ Mathematicæ, proprie *res* non sunt, sed modificatio quædam mentis nostræ atque imaginatio, sub qua mens corpora quædam aut res alias concipit; verum, prout tum numerus tum figura Matheseos objectum sunt, abstractè prorsus considerari debent, adeoque rebus prorsus remotis de quarum numero aut figura agitur. Hinc bis duo, aut triangulum non magis quid in se sunt, quam sinistrum & dextrum, extra & intra, similiaque, quorum proprie nulla datur essentia. Ut de iis possibilitas aut impossibilitas, aut possibilis varietas, qualis de rebus, non recte affirmetur: suppositis enim rebus, quæ sub numerum cadunt, aut figuram, numeri demum & figuræ oritur cogitatio. Certum autem est, si supponantur res triangulares, non posse non habere tres angulos, eosque æquales duobus rectis: verum & hujus impossibilitatis ratio in rei ullius natura aut essentia quærenda non est, sed in mente, quæ res illas in illum censum redigit aut abstracte a rebus extensis illarum seu figuram concipit seu numerum. Quod de Mathematicis, quas vocant, veritatibus notasse, pro instituti ratione hac quidem vice sufficiet.

Quæ de fatalitate subdis, ad ravim usque decantata Pelagianorum omnium cantilena est, responsione indigna. Inprimis cum pauca, quæ apud Clariss. Burmannum præcessere, refutandæ inde ab Augustini tempore vobis repetitæ nugationi sufficiant. *Ossa Christi non frangenda esse* eventus erat & contingenter, si ejus naturam spe-

spectes, & ita certo tamen futurus, ut non evenire non potuerit. *Et necessitatem, quam in rebus reperimus*, merito à solo *Dei decreto provenire* statuit Burmannus. Nimirum æque a decreto est eventus, quo videmus tres angulos in quovis triangulo æquales esse duobus rectis, quam ossa Christi non frangenda, aut nobis præceptum esse, ut Deum amemus. Nec eventus tantum rerum & *universus* similium *conceptus & tota essentia.*

Conspicua malignitas est, hominem, qui statuit, ex decreto Dei, eoque liberrimo, res decretas & eventus futuros tales esse, ut per naturam Dei alii & alii esse potuerint, adeo ut quicquid sit aut fiat, unice tale sit ac fiat, quoniam libere voluit Deus ut id & tale esset, hominem, inquam, qui ita instituit, traducere tanquam Spinozæ ὁμώνυμον.

Nec *Spinozam sine ullo judicio sequitur*, quod æquum suum & modestum de Burmanno judicium est §. IX. sedum *in iis*, ut addit tua illa Arminiana moderatio, *nibus Atheismi sui venenum, sed tectius paulo insinuat: lum* totam rerum naturam non nisi unicum ens *esse affirmat* §. XI.

Non capio, quo pacto ab animo tuo impetrare potueris, ut virum, sexcenties, imo universo Systemate, quid si addo singulis verbis tum hujus scripti, tum reliquorum quæ edidit, Spinozæ dogmata subvertentem, ita atrociter calumnieris, doctrinam ei imputans, quam aversatus est, ut quam maximè. Quin ipso hoc in capite, ex quo tu virus illud fuisti expiscatus, clamat contrarium illius quod accusationis tuæ argumentum & summa est.

Utinam judicii heic duntaxat lapsus sis, non amoris & omnis æquitatis ac justitiæ defectu. *Totam rerum naturam* quando dicit Burmannus, diversum quid dicit tum Spinoza iisdem uso verbis. Hic enim *naturam* dicens, ipsum quoque Deum qualemcunque suum ea no-

tione complectitur. Tam *naturam naturantem quam naturatam*, ut loqui amant Posthumorum editores. In eo Spinozæ venenum est: Burmannus autem prorsus aliter, utpote qui agnoscit, docet, inculcat Deum substantia & essentia à rerum natura atque universitate distinctum, Deum æternum, totam rerum naturam in tempore factam. Id Limborgius ignorare utique non potuit. Sic enim Burmannus; *Cum omnia ea, quæ in creaturis sunt, NB. nullam naturæ aut essentiæ cum Deo cognationem habeant, liquido hinc sequitur, omnes creaturas quoad existentiam, quoad naturam & essentiam earum liberè à Deo creatas atque ordinatas esse.* Eodem libro Cap. XXII. X. Paragraphum ob oculos habuisti. Res ita limpida & tanti momenti est, ut atrocissimæ tibi calumniæ dicam non scribere, turpemque te ad palinodiam coram judice non adigere Doctissimos viri Clarissimi filios, mirari subeat.

Imo Limborgi, *tota natura unum ens est.* Universitas una, unus mundus & unicus. Ex vero id dicit Burmannus, dicunt omnes, ille autem ὁ πάνυ ita circumspectè, ut si vel prævidere falsissimam illam accusationem tuam potuisset, haud potuerit circumspectius. Audi Virum Cl. *Quamvis tamen Mundus hic unicus sit, nihilominus diversas partes suas habet, ex diverso motu ipsi indito, quo omnia varie cientur, & varia corpora efficiunt, factas & coagmentatas. Ut unus sit ex NB. partium aggregatione, atque omnium inter se ordine & fine NB. à sapientissimo conditore constituto.* Quis obsecro abesse longius à Spinoza potuit: signate in iis, in *quibus*, Limborgio accusatore, *Atheismi sui venenum, sed tectius paulo insinuat:* adeo ut Limborgius aut miro scotomate percussus, aut αὐτοκατάκριτος calumnias evomuerit in virum supra laudem & invidiam, istiusmodi saltem hominum, collocatum. Eat jam Limborgius & Clericum apud communes amicos à male-fida Philonis citatione

absol-

absolvat, se autem ante omnia à calumniæ crimine liberet. Quod non commisit tantum verum & auxit; eo quod ne quidem in operis Indice nomini laudatissimi Viri parcere verum id iterata vice proscindere voluerit.

Atque hæc erant quæ de Λόγῳ adversus Clericum differenda, illiusque occasione, in præsenti tempestive dicenda è re Christiana judicavi. Faxit Deus ut verbi divini virtus & majestas magis magisque se exerant, & sceptro Christi adsurgat quicquid ullibi est gentium!

FINIS.

FINIS.

Cum abſente editore Libra Veritatis typis expreſſa ſit, vitia irrepſere plurima. Graviora ſic corrigenda.

)ag. 1. l. 13. *hæreſinm* lege *hæreſium.*
Pag. 2. l. 7. *diſcere docere* lege *diſcere aut docere.*
l. 29. *pediſſoſpue* lege *pediſſequoſque.*
ag. 3. l. 7. *corverſo* lege *converſo.*
l. ult. *imitari* lege *imitati.*
ag. 4. l. 7. *inepras* lege *ineptas.*
l. 14. *Iozirah* lege *Iezirah.*
l. 32. *impoſterum* lege *in poſterum.*
ag. 5. l. 27. *placet* lege *placet.*
l. 30. *noſtrorumpue* lege *noſtrorumque.*
ag. 6. l. 8. *Spirttu* lege *Spiritu.*
ag. 7. l. 19. *interperteris* lege *interpreteris.*
l. 36. *errorum* lege *errorem.*
l. 52. *defideravit* lege *deſideravit.*
ag. 8. l. 9. *poſſodit* lege *poſſedit.*
l. 9. *anequam* lege *ante quam.*
l. 15. *nomeu ejns* lege *nomen ejus.*
l. 22. *ſinem* lege *finem.*
l. 31. *perſectus* lege *perfectus.*
l. 36. *Meſſiæ diſpoſitionis* lege *Meſſiæ & diſpoſitionis.*
g. 9. l. 7. *mnndum* lege *mundum.*
l. 9. *Elobim* lege *Elohim.*
l. 16. *Rebba* lege *Rabba.*
l. 22. *Iudæornm* lege *Iudæorum.*
l. 24. *cœtera* lege *cætera.*
l. 28. *magni* lege *magnis.*
ag. 11. l. 1. *inqnit* lege *inquit.*
l. 7. *perviiſſe* lege *pervertiſſe.*
l. 10. *omniſiſſe* lege *omiſiſſe.*
ag. 13. l. 7. *Meſſiæ* lege *Meſſia.*
l. 26. *Dominuus* lege *Dominus.*
ag. 15. l. 9. *intellegere* lege *intelligere.*
l. 32. *addendum p. 48.*
ag. 16. l. 4. *fece* lege *fæce.*
l. 30. *fecibus* lege *fæcibus.*
l. 32. *cæcus* lege *cœcus.*
l. 33. *cæca* lege *cœca,*

Pag. 21. l. 44. *immanente, emanentè*, lege *immanente seu emanente.*
Pag. 22. l. 24. *prosequior* lege *prosequor.*
Pag. 23. l. 11. *mesericordiæ* lege *misericordiæ.*
Pag. 25. l. 29. *fuxum* lege *fumum.*
Pag. 27. l. 16. *sigendus* lege *figendus.*
Pag. 28. l. 21. *refers* lege *refers.*
Pag. 32. l. 26. *nunqum* lege *nunquam.*
Pag. 34. l. 24. *sumno* lege *somno.*
l. 37. *sumno* lege *somno.*
Pag. 36. l. 19. *internecionem* lege *internecionem.*
Pag. 37. l. 21. *veros* lege *vero.*
Pag. 43. l. 11. *Iehobam* lege *Iehovam.*
Pag. 44. l. 28. *instruas* lege *instruas.*
Pag. 49. l. 33. *literarum* lege *literam.*
Pag. 53. l. 3. 36 lege 34.
Pag. 91. l. 1. *n* lege *in.*
l. 10. *omiisit* lege *omisit.*
Pag. 92. l. 9. *prophethiæ* lege *prophetiæ.*
Pag. 94. l. 25. *dictu* lege *die tu.*
Pag. 102. l. 10. *possiderunt* lege *possederunt.*
Pag. 111. l. 34. *dicto* lege *dictio.*

LIBRA
VERITATIS

Qua Irenopolitæ cujuſdam Ariani, innumeri, in citandis Scripturæ, Doctorumque, utriuſque Judaicæ & Chriſtianæ Eccleſiæ, contra Æternum & per ſe ſubſiſtentem ΛΟΓΟΝ auctoritatibus, errores aut falſitates, accuratè expenduntur.

Digitized by Google

SERENISSIMO ET POTENTISSIMO

PRINCIPI AC DOMINO,

DOMINO

JOHANNI CASIMIRO

REGI POLONIÆ, MAGNO DUCI LITHUANIÆ, RUSSIÆ, PRUSSIÆ, MASOVIÆ, SAMOGITIÆ, LIVONIÆ, SMOLENCIÆ, SEVERIÆ, CZERNIHOVIÆQUE, NEC NON SVECORUM, GOTTHORUM, VANDALORUMQUE HÆREDITARIO REGI &c. &c.

Domino ſuo Clementiſſimo:

SERENISSIME & POTENTISSIME REX.

QUod à multis jam retrò elapſis maximè optandum erat ſeculis, quodque ad Chriſtianæ Reipubl. emolumentum, gloriam, decus & omnimodam felicitatem à tot Imperatoribus invictiſſimis, Regibus Chriſtianis, Catholicis, Fidei defenſoribus Auguſtiſſi-

guſtiſſimis, Sereniſſimis & Potentiſſimis cruento bello, ingentique hominum clade deſiderari videbatur, id præſens hoc noſtrum ſeculum ſingulari Dei gratiâ, & in genus humanum beneficio, per unicum Sereniſſimæ veſtræ Majeſtatis Sacratiſſimum Elogium, incolumitate, pace & proximorum noſtrorum ſalute, conſequi poſſe videtur; Nempe Arianorum & Photinianorum ad Religionis Catholicæ reductionem. Jam dudum univerſæ Potentiſſimi & invictiſſimi Poloniæ Reges Glorioſiſſimi, Sacratiſſimæ Veſtræ Majeſtatis Majores & Anteceſſores, officii ſui memores præcipuè hoc etiam in animum induxerunt, ut non ſolùm vera hoc in Regno fides propagaretur, verùm etiam hoc Zizaniæ toxicum eradicaretur. Neque enim ſatis ipſis erat providere, ne quid omnium Auguſta hæc Polonorum Reſpubl. detrimenti caperet, utque ejus ſplendor indies augeretur; verùm etiam, quod omni prædicatione digniſſimum eſt, ſedulò inſtiterunt, ut ab hac peſtiferâ ſectâ ſubditorum animæ conſervarentur illæſæ. Atque hinc nunquam ſatis prædicabitur Divus ULADISLAUS IV. Rex Glorioſiſſimæ Memoriæ, Frater Sereniſſimæ Veſtræ Majeſtatis Dilectiſſimus, Dominus noſter quondam Clementiſſimus, qui tam ſolida & omnium firmiſſima hac in re jecit fundamenta, ut Prudentiâ ſuâ ac ſaluberrimis conſiliis, multò magis, quàm cœteri omnes Regum Potentiſſimi armis, Regnum Chriſti propagare videretur. Sciebat piiſſimus Rex per Dei gratiam,

tiam, se plus piis & salutaribus consiliis effectu-
rum, quàm ferro & innocentum hominum
cruore effuso. Nullis enim quamvis crudelissi-
mis conscientia vincitur tormentis: Nec ignem,
nec cruentum sentit ferrum, nec etiam ipsam
omnium crudelissimam abhorret mortem. Omnes
spernit divitias & dignitates. Orbem terrarum,
deserti vastissima loca permeat, vastum tranat
Oceanum, profundum ejus petit, in summâ de-
speratione sperare docet. Fortunæ iniquitatem
non curat, nec exilium; dum libera est, ubi-
que bene est. Quod certè triginta abhinc annis
hactenus, summo omnium cum dolore, poten-
tissimorum Regnorum desolatione, maximarum
civitatum devastatione experti sumus. Aliis lau-
de quidem dignissimis Glorioſissimus Rex Ula-
dislaus hoc quæsivit mediis, tum dignitatem
ornaturis, tum promoturis utilitatem. Progressus
itaque, insigne & admirabile, ad decus immor-
tale suscepit iter: Et nisi importuno crudelissi-
mæ mortis sufflamine impeditum istud fuisset,
jamdudum veræ & Christianæ Ejus charitatis
fruges, non sensu, sed salute felicissimè colle-
gissemus nostrâ. Hoc Ejus unicum & Sacratis-
simum erat desiderium, ut non solum armis,
(quibus tamen fines Regni Poloniæ longè latè-
que protulit, & summam omnium per univer-
sum terrarum orbem gloriam, atque famam con-
secutus est immortalem) in omnium tranquil-
lissimum Augustam hanc Polonorum Rempubl.
constitueret statum, verùm etiam, ut Hanc

gustissimis, Serenissimis & Potentissimis cruente bello, ingentique hominum clade desiderari videbatur, id præsens hoc nostrum seculum singulari Dei gratiâ, & in genus humanum beneficio per unicum Serenissimæ vestræ Majestatis Sacratissimum Elogium, incolumitate, pace & proximorum nostrorum salute, consequi posse videtur; Nempe Arianorum & Photinianorum ad Religionis Catholicæ reductionem. Jam dudum universæ Potentissimi & invictissimi Poloniæ Reges Glorioſissimi, Sacratissimæ Vestræ Majestatis Majores & Antecessores, officii sui memores præcipuè hoc etiam in animum induxerunt, ut non solùm vera hoc in Regno fides propagaretur, verùm etiam hoc Zizaniæ toxicum eradicaretur. Neque enim satis ipsis erat providere, ne quid omnium Augusta hæc Polonorum Respubl. detrimenti caperet, utque ejus splendor indies augeretur; verùm etiam, quod omni prædicatione dignissimum est, sedulò institerunt, ut ab hac pestiferâ sectâ subditorum animæ conservarentur illæsæ. Atque hinc nunquam satis prædicabitur Divus ULADISLAUS IV. Rex Glorioſissimæ Memoriæ, Frater Serenissimæ Vestræ Majestatis Dilectissimus, Dominus noster quondam Clementissimus, qui tam solida & omnium firmissima hac in re jecit fundamenta, ut Prudentiâ suâ ac saluberrimis consiliis, multò magis, quàm cœteri omnes Regum Potentissimi armis, Regnum Christi propagare videretur. Sciebat piissimus Rex per Dei gratiam,

tiam, se plus piis & salutaribus consiliis effecturum, quàm ferro & innocentum hominum cruore effuso. Nullis enim quamvis crudelissimis conscientia vincitur tormentis: Nec ignem, nec cruentum sentit ferrum, nec etiam ipsam omnium crudelissimam abhorret mortem. Omnes spernit divitias & dignitates. Orbem terrarum, deserti vastissima loca permeat, vastum tranat Oceanum, profundum ejus petit, in summâ desperatione sperare docet. Fortunæ iniquitatem non curat, nec exilium; dum libera est, ubique bene est. Quod certè triginta abhinc annis hactenus, summo omnium cum dolore, potentissimorum Regnorum desolatione, maximarum civitatum devastatione experti sumus. Aliis laude quidem dignissimis Glorioſissimus Rex Uladislaus hoc quæsivit mediis, tum dignitatem ornaturis, tum promoturis utilitatem. Progressus itaque, insigne & admirabile, ad decus immortale suscepit iter: Et nisi importuno crudelissimæ mortis sufflamine impeditum istud fuisset, jamdudum veræ & Christianæ Ejus charitatis fruges, non sensu, sed salute felicissimè collegissemus nostrâ. Hoc Ejus unicum & Sacratissimum erat desiderium, ut non solum armis, (quibus tamen fines Regni Poloniæ longè latèque protulit, & summam omnium per universum terrarum orbem gloriam, atque famam consecutus est immortalem) in omnium tranquillissimum Augustam hanc Polonorum Rempubl. constitueret statum, verùm etiam, ut Hanc

Ratione, Consilio, Providentiâ & Prudentiâ suâ, non gladio & ferro, ab omni animæ contagio tueretur & conservaret. Sciebat Piissimus Rex, Apostolicum esse, validissimis rationibus, solidissimis argumentis, & verâ omnium seculorum Ecclesiæ doctrinâ conscientiam convincere, non ferro aut cruento gladio eam cogere & perturbare. Hi qui in Augustâ hujus Regni Rep. aliquando vixerunt, aut adhùc vivunt, testabuntur, quantùm Libertatem, Salutem, Pacem & Augustissimam Ejus Gloriam salutaribus consiliis, gravissimis Judiciis, atque suâ propriâ morte Ejus incolumitatem conservarit. Hujus verò laudatissimi Studii cum Serenissima Vestra Majestas (ad hanc enim se jam vertit Oratio) non minùs, quàm Sceptri & Regni Hæres sit, neque alienam eandem curam à Se putabit; immò prout cœpit, sic & præsentibus impendere clementissimè dignabitur. Editus est hic, quem sub Titulo cujusdam Irenopolitæ Serenissimæ Vestræ Majestati humillimè offero, ab Arianis vel Photinianis, Autoris ut & Typographi nominibus suppressis, libellus, in quo magnâ citatorum Scripturæ locorum, ut & Hebræorum quàm aliorum commentatorum farragine explosum suum errorem, *Christum non esse Æternum* Λόγον, probare conati sunt. Materiâ itaque satis fusè pertractatâ, omnes ingenii & eruditionis suæ vires eò contulerunt, ut, novo prorsus modo, Articulum hunc *de Verbi, filii Dei æternâ existentiâ* perverterent, & venustioribus coloribus

ribus

ribus hunc ſuum errorem ornarent. Ex cujus ſummâ hæc naſcuntur pag. 4. quæ ad verbum ſic ſonant: *Ut ab ovo rem ordiamur, extrà dubium omninò ponendum eſt, nullum unquam genüinum Judæum vel per ſomnium cogitaſſe, Meſſiam eſſe æternum, & per ſe ſubſiſtentem Λόγον. Vetera Hebræorum, ſi quis excutiat monumenta, nihil in iis reperiet ad hoc commentum ſtatuminandum. &c.* pag. 6. *Non altiùs aſcendunt Hebræorum vetuſtiſſimi, cum de origine Meſſiæ agunt, nec ulla vola aut veſtigium occurrit in eorum ſcriptis, unde Meſſiæ æterna exiſtentia poſſit aliquâ cum ſpecie elici. Quæ autem à Galatino aliiſque ponuntur è Cabaliſtarum myſteriis & myrotheciis, ea dubiæ aut ſuſpectæ ſunt fidei, & in alium penitùs torquentur ſenſum contra mentem & ſcopum Scriptorum &c.* Pag. 7. *Recentiores ſi adeas Hebræorum Magiſtros, omnes ἄσπονδον bellum huic ſententiæ indixerunt, & altum apud illos ſilentium eſt de hoc Meſſiæ privilegio, quod ortus omnis expers ſit &c.* Pag. 22. & 23. *Sed & nullus veterum inter Chriſtianos tale quid unquam ſomniavit de Johanne: Videantur duo excultiſſimi in utrâque linguâ, Chaldæâ & Hebræâ, Origenes & Hieronymus, nunquam hoc commentum ipſis in mentem venit.* O mentes hominum perverſæ! O libidinem ingeniorum effrenatam & indomitam! Quid eſt, ſi non hæc eſt calumnia? Hiſce publicis ſcriptis & apertis nugis, non ſolùm miſeros ſuos aſſeclas

in

in æterni exitii barathrum præcipitant, verùm etiam Christianos Catholicos simpliciores eodem errore inficiunt, perturbant, seducunt. Quid igitur consilii? Nam hæc hæretica sententia anathemate digna est; Vulcanone consecrandum erit pestiferum hoc scriptum? Absit Potentissime Rex; feliciorem enim & magis salutarem rerum successum speramus, si argumentis eos convincamus, & errantes rationibus in viam reducere annitamur. Multò melius, utilius, felicius & glorioſius putandum est, adversario nostros publicâ suâ ipsorum convincere confessione, & propriis telis conficere, & prosterne re, quàm ferociſſimorum ac crudeliſſimorum leonum instar, in eos inermes & imbecilles irruere. Hic certè procedendi modus (juxta illud Hebræorum proverbium, קריאת בעל הדין כמאה עדים *hoc est, Confessio Actoris propria est instar centum testium*) non exiguam habiturus est & dignitatem & utilitatem: Multò melius est adversario dicere, elige modum, quo te firmiſſimis argumentis, & solidisſimis rationibus prostratum erigam, quam ut omnis generis tormenta excogitentur, quibus miser à cœpto declinare cogatur. Hoc Diabolicum, illud verè Christianum est. Vulnera enim medicanda sunt, non lancinanda. Neque scutò aut gladio cruento pax Ecclesiastica, animarumque salus quærenda est, sed salutaris olivæ ramus horto Ecclesiæ inplantandus, animisque ferocioribus inserendus est. Siquidem nemo malum malo sanat,

sed

sed bono malum. Modestia & humanitas firmissimi sunt Christianæ charitatis custodes. Quanquam Photinianis & Arianis nulla fidei & veritatis, nulla religionis & judicii cura esse videatur, satisque atrociter in hoc suo futili scripto peccent, perversam & damnatam hanc suam *de Verbo seu Sermone Dei* sententiam (quam maximis convitiis & acerbitate hinc inde spargentes, Ecclesiæ Catholicæ doctrinam spurcis & horrendis blasphemiis exagitant) defendendo, & suos in perpetuos errorum & dubitationum fluctus conjiciendo, ut tamen leniore informatione illi ab erroribus abducantur & rationibus in animo convincantur, Christiana exigit Charitas. Præcipuè cum illi ipsi, quod patet ex suprà adductis illorum paragraphis, in hoc suo errore defendendo, ad judicia pariter & Christianæ & Judaicæ Ecclesiæ omnium seculorum autoritatem & antiquitatem audacter satis provocent, ex eâque se convinci postulent. Quod quidem ipsorum petitum æquissimum esse, vel ex hoc fundamento videtur: Si enim à Christo, Domino & Salvatore nostro aliquid, quod aut in Lege aut Prophetis fundatum non est; aut omnium seculorum Judaica antiquitas unanimi consensu non docuit, est prædicatum; Verus ille Messias esse non potuit: Quia hujus officium Legem implere, Scripturam solvere & aperire, perplexa ejus enodare, MYSTERIA USQUE AD MESSIÆ ADVENTUM VULGO ABSCONDENDA REVELARE, PRÆDICARE, ET PUBLICE DO-

CERE, fuit. Verùm cum longè clariùs horu
omnium veritas, non ſolùm ex divinâ Scriptu
râ, ſed & tam Judaicæ quàm Chriſtianæ Ec
cleſiæ antiquitate, per omnium ſeculorum do
ctrinam confirmata conſtet: Sacratiſſimæ veſtr
Majeſtati, ſi humillimo meo petito, quod int
ſubjunctum clementiſſimè locum dare dignetu
ſanctiſſimè polliceor, me Divinâ adjutum gr
tiâ, clariſſimam veritatem ita iis demonſtratu
rum, ut ne ſol clarior meridianus eſſe poſſi
Atque ita ſpero, Serenisſimam Veſtram Maj
ſtatem Eccleſiæ bono, Veritatis incrementc
animarumque omnium ab hoc fundamento abe
rantium ſaluti, ope & auxilio non defuturam
ſed ut Paternarum non minus, quàm Fraterna
rum Ditionum & Regnorum meritisſimum Ha
redem, Regiarumque Virtutum Glorioſisſimar
Ideam, ſemper clementisſimè promoturam
Quâ ſpe fretus ſubmiſsè & humillimè, quod ante
ſubjectisſimè intendebam, rogo, ut lubricis hiſc
Chriſtianæ veritatis hoſtibus Regiâ ſuâ Autori
tate clementisſimè demandare dignetur, qu
certo in temporis ſpatio, quoſnam Hebræorun
Theologos, genuinorum Judæorum catalog
inſerendos eſſe cenſeant, ſe declarent. Quod
facere detrectaverint, ſummæ Sacratisſimæ Ve
ſtræ Prudentiæ, Altisſimoque Conſilio com
mitto, quâ ratione huic fraudulentæ & in mul
tarum animarum perniciem vergenti tergiverſa
tioni, nefandis atque amaris, quibus Chriſtia
nam veritatem impune laceſſunt, Arianorum ca

lum.

lumniis obviandum sit. Quod si fecerit, & laboranti Ecclesiæ suppetias tulerit, ad hæc, quæ jam glorioſa Sacratisſimæ Vestræ Majestatis in Augustam hanc Polonorum Remp. effulserunt merita, & salutaria consilia, majus etiam ex Ecclesiæ juvandæ studio Gloriæ pondus accedet. Miramur illam omnium maximè memorandam, quam Sacratisſima Vestra Majestas, statim in suscipiendo hujus Augustæ Reip. clavo contra ejus hostes, perfectisſimâ in omnium difficilimo casu solertiâ, probavit Fortitudinem & Prudentiam, quæque ad Gloriam Sacratisſimæ Vestræ Majestatis omnimodas illas Regias fortunas, pro Regni salute & pace confervandâ despicientis, apud exteros palàm effulget, & divulgata est; Dum Sacratisſimam Vestram Majestatem in ipso Coronationis momento, Celsisſimum hoc solium relinquentem, pro Coronâ & Sceptro Regio, duram Galeam cruentumque arripientem ferrum, deserti vastisſima loca, castrorumque terribiles acies, mortem denique ipsam, pro suorum vitâ & incolumitate subire paratam conspeximus. Idque recolentes animo, quod de Codro Athenienſium Rege proditum est, ipsum sponte se pro salute Reip. devoviſſe. Hac animi fortitudine cum pacem Reip. singulari felicitate restituerit, non dubitamus quin pari curâ Ecclesiæ bono animarumque seductarum saluti sit clementisſimè prospectura: Et eos, qui tot errantium animarum saluti operam navant, Regia Clementia fovere,

eorumque laborem promovere, non dedigna tura. Eo fine levidenſe hoc munuſculum ad Sa cratiſſimæ Regiæ Veſtræ Majeſtatis pedes hu millimè depono, eâ ſpe ſuffultus, fore ut cle mentiſſimo vultu illud reſpiciat: Nec quàm exiguæ molis ſit, ſed quàm magnâ in Sacratis ſimam Veſtram Majeſtatem devotione, in Ec cleſiam verò pietate procedat, exiſtimet. Deu Ter O. M. Sacratiſſimam Veſtram Majeſtaten & Eccleſiæ & Regni ſubditorumque bono & in columitati quàm diutiſſimè in terris ſuperſtiten faciat.

Sereniſſ. & Potentiſſ. Veſt. Majeſtatis

Subjectiſſimus

J. S. RITTANGELIUS.

Ad

Ad Benevolum Lectorem.

NOn dubito, Benevole Lector, quin admiraturus sis, nos in hujus scripti examine & solidâ refutatione fuisse aliquantùm prolixiores; cum tamen unica hæc periodus, ad id refutandum sufficisset; nempe Nullo apice ex omnibus Chaldæorum in Scripturam S. Commentariis probari posse eos per τὸ Memra Jehovæ hoc est [Verbum Jehovæ] intelligi voluisse actiones DEI merè Spirituales, affectus vel attributa soli DEO propria, vel per ἀνθρωποπάθειαν DEO adscripta, aut creatum aliquem Angelum, vel Hebræorum דבר (Sermonem Propheticum vel ore prolatum, aut verbum scriptum propriè & genuinè significans) aut visionem Propheticam, aut quidvis aliud, quod hic Irenopolita in hoc suo scripto intelligi vult; sed semper & ubique ipsum Summum Jehovam, omnium creatorem. Causam prolixitatis hanc habe: Irenopolitanus Antagonista noster multa Scripturæ loca accumulat, quorum pleraque sunt ejusdem commatis & tenoris. Ut autem Antagonistæ nostro ansa rudioribus & imperitioribus Asseclis suis persuadendi falsòque jactandi præcideretur, ad loca refutatu faciliora à Nobis aliquid responsi esse repositum, prætermissis difficilioribus, ulcusque pressiùs tangentibus, nostri officii ratio exigere visa est, ut adductis singulis dictis, singulari responsione occur-

occurreremus, & ita eandem cantilenam sæ-
piùs repeteremus. Principio rerum omnium
præmonendus eris Lector benevole, injurium
hocce scriptum execrandis nugis repletum,
suppressis tum fabricatorum, tum mentitis Ty-
pographi & urbis in quâ Typis exscriptum
esse, persuasum te cupiunt, nominibus, quod
desperatæ causæ indicium esse solet, in lucem
prodiisse, cognomine Irenopoleos supposito; Ideò-
que fictitio hocce Irenopolitæ *nomine formalia*
ejus insignire volui.

Non

NOn tam ager laudatur, qui culturam uberrimis fructibus rependit, quàm damnatur, si commissum nobileque semen enecat, & pro desideratis proventibus, vile lolium & steriles producit avenas. Non absimile forsan Benevolo lectori videbitur, si hoc ad homines referamus. Hujus rei omnium seculorum, omnes regiones, nationes, provinciæ, urbes & populi exempla satis testimoniorum nobis reliquerunt, ubi cœlestis ille Agricola diversarum scientiarum & divinarum suarum doctrinarum dona, in hoc Ecclesiæ suæ agro magna quadam liberalitate effundit, & jam salutares fructus & desiderati sperantur proventus, Ecce! infœlix lolium variè noxiarum hæresium demetimur. Cujus ne aliena exempla longè petitum eamus; Proh dolor! domestica suppeditant Polonia & Borussia hæc nostra Gedani, Regiomonti, Mummelii &c. quibus accedit præsens hic deplorandus casus & infortunium cujusdam Irenopolitæ; quem cum ab infantia salutaribus & maternis uberibus sancta Mater Ecclesia succo & sanguine salutarium doctrinarum imbuisset, optimam spem de eo concepisset, Ecce! variis execrandarum hæresium dogmatibus nutriculam hanc suam inficit & infestat. In promptu est *Disceptatio* ejusdem *de Verbo vel Sermone Dei* injuriarum & criminum plena; in qua, cum ille, proposita sibi materia, satis fusè pertractata, veros Christicolas miris proscindit convitiis, veram & salutarem ab ipso Salvatore, per Apostolos, & eorum discipulos nobis traditam doctrinam, nominitat perversum scelus, mira somnia, monstrosam opinionem, & nescio, quæ id genus alia scommata affingat, dum æternum λόγον, Messiam & humani generis Salvatorem esse nos docet. Misereberis tui, ô Irenopolita! ut æquor naufragi. Quid tibi confert hæc tua tam ferina inhumanitas & rigor inflexus contra dulcissimam matrem tuam, cujus aliquando salutaria ubera suxisti? Quid horror iste supercilii? Quid in sanctos viros tanquam in latronum irruis insidias, & quidem inermis? Quæ unquam alia, veræ & Catholicæ, tam Judaicæ quàm Christianæ Ecclesiæ dogmata fuerunt, si omnia retro secula, ante & post Christum natum respicias? Dum Sacræ Scripturæ sacratiora vis tractare & secretiora ejus pandere

aut docere; cur hanc tuam ab infamia incepisti & cum infami finiisti disceptationem? Humilia te, magnarum enim virium est cla vam Herculis extorquere de manu. Cede ingenita Hæreticorut levitas firmissimæ petræ, adversus quam ne portæ quidem infer prævalebunt. Audi flagitiosa vanitas ipsam veritatem, & tande attende, siquidem longè aliud edoceberis. Ne glorieris, ne jacte Vis contendere, discere docere? Si docere vis, stultissimum est do cere, quod noverit ille melius, quem doceas. Si discere cupis concedat tibi VERBUM JEHOVÆ ut audias, & audiendo ta ceas, & tacendo intelligas, atque postquam intellexeris, tar dem loquaris. Si contendere desideras; Rideo advocatum, qu patrono egeat. Nos te impudicum nugatorem, qui tantis ex crandis blasphemiis suavissimam matrem tuam aggrederis, absque omni verecundia, quicquid tibi in buccam venerit, a liis affingis, convincemus. Tuum erit patientes adhibere aure Non enim de adversario victoriam, sed contra tuas nugas qua rimus veritatem. inanis est hic labor tuus, multiplex enim hæ tua testimoniorum scripturæ congeries, nostræ parti proficit tuis ipsius te adoriemur telis. Ostendemus; quod nihil nob tuis figmentis, nec tanta hac tua scripturæ locorum silv demas aut addas: sed totum tribuas. Uti breviter vide bis. Priusquam autem rem ipsam aggrediemur; Dic nc bis, quid commisimus, quod nos appendicis loco relicto tanquam scopulum, procellis obtrectationum tuarum ex posueris? Cur omnes argutiarum tuarum strophas, vulpe cularumque scholasticarum insidias contra nos exponis? Ve rum si ipsi genitrici tuæ non pepercisti, nec nobis parce. Quid ergò mirum, si contrà nos in scientia pedarios, pedisol pue sues grunniant, cum omnium doctissimi virorum suos ha buerint æmulos, feriantque summos fulgura montes? Sed inspi ce adhuc semel tua erga nos humanitatis verba. *Ex hoc locorun catalogo facile perspicere poterit æquus rerum arbiter, quàm mira somnia sibi fingant homines monstrosa hac opinione semel fascinati, & quàm vanè jactet* Rittangelius *pag. 96. in suis notis ad librum* Jezirah, *loca illa, in paraphrasi Chaldaica (ubi scilicet mentio fit* Memra Jehovæ) *firmissima fidei suæ contra Judæos & Antitrinitarios propugnacula snppeditare: Eaque occasione promit discursum, quem narrat se habuisse cum quodam Antitrinitario, Viro in linguis Orientalibus peritissimo, cui tres ineptas affingit exceptiones; & tandem ad incitas redactum sibi palmam cessisse nugatur his verbis:* Nisi verba hæc alium admiserint sensum actum est de nobis: Vestræ enim fidei firmissima propugnacula inde suppeditari videntur. *Ubi quæso frons tua Rittangeli? Certè Virum in linguis Orientalibus versatissimum, tale quid confessum esse nemini*

pru-

prudentiori persuaseris. Cur nomen viri supprimis? Nimis ubique se prodit arrogantiæ tuæ typhus, quàm ut modestiæ tribuas hoc silentium. Si bona fide agere volueris. ostende virum & facile supercilium istud tuum retundet. Habebis hic quoque argumentum, in quo acumen tuum Cabalisticum exercere poteris: Vel si hoc obtusius fuerit, Capellus forsan è Salmurienſi Bibliotheca Pugionem *porriget ad nodum hunc dissecandum. Sed & hunc à Judæo corverso plumbeum esse cusum, ubi è vagina fuerit eductus, eventus minimè fallax docebit.* Hæc sunt illa tua erga nos humanitatis verba, quibus hoc tuum injurium scriptum claudis. Quid nunc vis, ut ad hæc faciamus? Tacendumne est, & vocem pectori neganda putas? Minimè gentium. Per capita tuos percurremus errores. Si enim tacuerimus, crimen agnoscere videbimur. Si loquamur, terres nos tuo Salmurienſi pugione. Non curamus, quamvis in hac tua disceptatione colubri instar, huc & illuc, ne ferireris, transferas caput: Et interim homo politicus, ad omnia versutus, summè eloquens arte Rhetorica ludis, simulans te præterire quæ dicis, ut quæ objecta probare non poteras, quasi dicta simul & prætermissa facias criminosa. Hæc est in hac tua disceptatione summa tua simplicitas, ut nullo in loco rectà tendas cursum, sed ubique animus totus est ambiguus. Et vel sic, vel aliter posse intelligi, quæ vis paraphrastarum dicta, tam securè asseris, cum unum & simplicem habeant eorum verba intellectum. Verum dic in quo te læsimus? Quia te in nostro Jezira laudibus dignum esse putavimus? Esto! nos de te somnium habuisse glorioſum, verecundiæ tuæ fuerat atque prudentiæ dissimulare, & non quasi magno testimonio, aliorum somnio gloriari. Ecce nos humiliter reprehendendos offerimus; Tu te laudatum esse congeminas. Nos te laudibus exornavimus: Tu omnes ingenii tui nervos intendisti, ut nos mendaces esse aliis persuaderes, cum tamen nihil fermè horum, quæ tu in hac tua disceptatione scripsisti, speciem aliquam Veritatis præ se ferat. Sed esto, sit somnium; somniis non est credendum. Delictum hujus somnii nostri, quod tu quidem ipse à nobis commissum esse putas, non nos præcipitabit ad æterni exitii barathrum: Nec hæc Martyrii Corona, quam pro injuriis à nobis tibi illatis adeptus es, te ad ætherea regna evehet. Quoties opulenti regiis incessimus vestibus, apertis oculis repente antiqui eramus pauperes illi Rittangelius & Irenopolita? Quoties esurientes & sitientes ingentia flumina, immensum absorpsimus pelagus, summève splendidis & maximè lautis interfuimus conviviis, expergiscentes contabefacti siccis faucibus sitiebamus vel esuriebamus? Non diutius te detinebimus, dicamus quod res est. Honoris gratia te appellavimus peritissimum imitari morem

in Polonia receptum, ubi ruſtici in jus vocati vocitantur, *Pracowici* (*laborioſi*,) cum tamen maxima illorum pars ſæpe pigritiæ ſua ſuperet animal illud auritum & rudendi potentia præditum. Sic & tu *Strabo*, inter cæcos tuos aſſeclas dux, videri diceris. Cæterum quæ eſt iſta tua prudentia, quod accuſatus ab aliis alios accuſas? Si a me provocaris, cur tergum mihi obvertis? Dicis exceptiones tuas contra nos adductas eſſe inepras, & me tibi affictas? Dic quare & unde hoc ſcias. Cur illarum ineptias non probas? Forte quia in hac tua diſceptatione, ubique fermè iiſdem etiam contra nos pugnas? Putabamus quidem fortiori & ſolidiori reti à te conſtringi, ſed tu nobis eaſdem iterum aranearum opponis telas. Vociferare, Clamita per plateas & angulos civitatum, inclama omnes tuæ ſectæ aſſeclas, nos monſtravimus in noſtris notis ſuper librum *Iezirah*, exceptiones tuas eſſe ineptas, nec a me tibi affictas, vel hinc patet, quod paſſim per univerſum hoc ſcriptum tuum iiſdem iterum utaris, Loquere ut vis, argumentare ut libet, nunquam mihi hoc extorquebis, quod publica veritas ſemel adeoque ſemper concedit. Nam hæc de tua officina propria procedunt. Si ineptas eſſe tuas has exceptiones ipſe dicis, & aliquot centum locis in hac tua *diſceptatione De verbo ſeu Sermone DEI* hoc probas; Et ego hoc dico, ſicut in meis notis ſuper librum Jezirah, ita etiam in meo hac veritatis libra demonſtravi; quæ ergo tibi falſæ accuſationis cauſa ſuperfuit? Quid profuit tua hæc tam injuſta aſſertio? Proba tu aliud, ſi non Verum & rectum eſt, quod Ego & tu ſcripſimus. Tam diu haberis malus, quam diu probaveris contrarium. Nam pro familiari tua temeritate contra te ipſum pro me pugnas, mihi quidem innocenti aperte calumniam & injuriam faciendo, tibi vero ipſi calumniæ & injuſtitiæ notam juſte imponendo. In teipſum crudelis es. Quod ipſum facinus tu commiſiſti, nobis affingis. Atque hoc ſingulari tuæ prudentiæ dictum eſto, ut caveas impoſterum in alios dicere, quicquid in te ſtatim retorqueri poteſt: Ne per feſtucam, quam alterius oculis ineſſe tibi imaginaris, tua tibi demonſtretur trabs. Neſcio quomodo tu, qui alias acutus & prudens videri vis, ad has ineptias devolvaris, ut dum alios ſtultos eſſe putas, te ipſum ſtultum eſſe demonſtres. Tales ne tandem, in ſtulta Veſtra Philoſophia inconſtantes & vecordes habetis Martyres, qui non dicam factis, ſed ſcriptis tantummodo ſuis nomina ſubſcribere verentur? Si tuum tibi placuit reticere nomen, cur loci, in quo, & Typographi, a quo *hæc tua de verbo ſeu ſermone DEI diſceptatio* excuſa eſt, ſupprimis nomina? In noſtris ſcriptis, nomen non tantum noſtrum, ſed & locorum, ubi; atque Typographorum, à quibus excuſa ſunt, invenies nomina. Irenopolitanum te vo-

cas civem, verum minùs convenienter. Rectius vocaris Eridopolita, sic enim nomen rebus conveniret. Nam farrago tua haud obscurè prodit mentem rixandi avidissimam. Verum credimus menti tuæ calamum præcurrisse, teque pro Eridopolita, Irenopolitam scripsisse. Proinde erratum hoc, præcipitantiâ commissum, facilè tibi condonamus. Sed quicquid sit, hoc tibi persuadeas velimus, animum nostrum à rixandi studio esse alienissimum, teque indignum à nobis haberi, quo cum contentionis ferram reciprocemus. Et quamvis non desint, qui nos ad scommata tua vindicanda impellunt, tamen satius esse credimus, si maleficium beneficio compensantes, te errantem in regiam veritatis viam reducemus. Quod verò rem gestam negare vel fictam, ex eadem nominis suppressione probare conaris, quandoquidem hæc, te solo teste, ad cujus testimonium provocare nolimus, semotis aliis arbitris, gesta sunt; Agedum, infectum hoc factum sit, concedimus, nos te prostratum erigimus, ac de novo in arenam provocamus; Experiamur, num nostram desideres frontem, nevè tibi nostrum supercilium retundendi occasionem subtrahi, queri possit. En scopum & signum nos tibi sistimus, in quos sagittas, tuæ, in linguis Orientalibus peritiæ jacias: Locum amico colloquio destinandum elige, tibi optionem cedimus, Gedani ne magis, quàm Regiomonti placet, cum consensu Potentissimi Poloniæ &c. &c. Regis, Sereniſſimi Electoris Brandenburgici &c. &c. ac Nobilissimæ & inclitæ Gedanensium Reipublicæ, diem colloquio dicere parati & prompti sumus. Causæ nostræ veritatem, ex æquo & bono, defendemus. Et si placet, adjungas tibi omnes totius Orientis & Europæ Hebræorum sapientes, omnesque è secta tua Photiniana seu Arriana selectissimos, certò tamen comperies, omnes Vos, nobis, nostrorumpue scriptorum veritati nihil ademturos, sed, ut supra diximus, omnia concessuros. De his satis. Non contemnendo nunc huic muneri manus injicienda est. Alea enim jacta, arbore cæsa, edicto proclamato, tuæ sectæ addictorum judicia, & argutiarum tuarum novaculam subituri sumus; æqua laturi fronte & mente, fælicitatem tentabimus, asperitatem superabimus.

IRENOPOLITA.

DIsceptatio de Verbo vel Sermone DEI, cujus creberrima fit mentio apud Paraphrastas Chaldæos Jonathan, Onkelos & Thargum Hierosolymitanum.

Cum hactenus strenuè desudaverint Trinitatis vulgò receptæ assertores, ut ex Veteris Instrumenti locis exterebrarent æternum λόγον, ejusdem quidem cum Patre & Spiritu S. essentiæ, sed tamen ut personam per se subsistentem, à Patre & Spirttu S. distinctam, quia tamen ubique; sibi aquam hærere animadvertunt, & in nullo loco Catholicum interpretum suorum consensum ostendere possunt, uti ex diversis & sæpè contrariis eorum sententiis, quas nostri alibi coacervarunt aliquando, si Deus annuerit, liquidò constabit; hanc nobis λογομαχίαν movent Antagonistæ, ut evincant, veterum Judæorum & inprimis Thargumim Chaldæorum sententiam fuisse, Messiam ejusmodi esse λόγον, uti initio descripsimus, atque Joannem Evangelistam eò respexisse, cum cap. 1. hanc nomenclaturam λόγε D. Jesu tribuit. Primus hoc argumento inprimis usus est Galatinus; hujus vestigiis inhæsit Plessæus in Disputatione sua adversus Judæos, nuper D. Vechnerus, & ingeniosissimus D. Heinsius in suis annotatis ad cap. 1. Johan. Unde figmentum hoc de interno, æterno Deoque naturali Verbo originem ttaxerit, non facilè quis dixerit. Sæpius in Alcorano D. Jesum (ibi Jese dictum) vocant Verbum vel Sermonem Dei, omnisque Sermo Dei in eo esse dicitur. Vide Epistolam Rabbi Samuelis scriptam ad Rabbi Jsac ante quingentos annos; Ubi quædam ex Alcorano pro Christianis citantur. Horum quoque Drusius meminit in suis præteritis. Ut ab ovo rem ordiamur, extra dubium omninò ponendum est, nullum unquam genuinum Judæum vel per somnium cogitasse, Messiam esse æternum & per se subsistentem λόγον. Vetera Hebræorum si quis excutiat monumenta, nihil in iis reperiet ad hoc commentum statuminandum.

RITTANGELIUS.

Hic in ipso limine offert sese iste nodus, quem solvi non pos-

se nu-

se nugaris, atque pugionem, ut dissecetur, è *Gallorum Salmuriâ*, transterendum esse opinaris. Possemus te hic optimo jure contemnere, asino quippe lyra superfluè canit, cum *extra dubium omnino ponendum esse dicis, nullum unquam genuinum Judæum vel per somnium cogitasse Salvatorem humani generis esse æternum Λόγ*ον. Ne tamen nos arrogantiæ stimulis agitari arguas, hanc pro responso habeas quæstionem: An Autores Thalmudici studii, vel illos qui hosce præcesserunt, & quorum scripta Thalmud citat & approbat, vel illos, qui post divulgatum Thalmud scripsêre, habeas pro genuinis Judæis? Tibi optionem cedimus. Agedum præmeditatus explica tuam mentem. Quo facto: Nos tibi haud difficulter hanc nostram de æternâ Messiæ subsistentiâ doctrinam probabimus. Verùm non opinionibus, quia opinio versatur circa illa, quæ se aliter habere possunt, sed autoritatibus. Nec utimur argumentis Galatini, quem nunquàm vidimus aut legimus; neque disputationibus Plessæi; nihil nobis cum Vechnero, Heinsium non novimus, Rabbi Samuelis Epistola nobis suspecta est. Rogamus tamen, ne in pejorem interpreteris partem, priùs à vobis tale postulari, quàm ad hoc à nobis responderi. Nos enim non latet versutia Arrianorum & Photinianorum, nunquàm vel rarò, ut par est, ictus repellentium; sed ut plurimùm negativè respondentium. Quod etiam factum esse experior in illis, quæ de meis notis, super librum Jezira, allegantur, ubi insimulor trium ineptarum exceptionum à me tibi affictarum. Dicis quidem, sed sine omni probatione: instar Æsopicæ, ut dictum est, vulpeculæ, quæ nullis decidentibus pyris, illa austera esse dixit. Et talis modus apud vestrates non est infrequens. Quoties enim jugulum vestrum peti, vosque solidè respondendi facultate destitutos animadvertitis, inepta, puerilia & futilia esse, vel rem alium habere sensum, impudenter clamatis; & ergà simpliciores talibus vos jactatis verbis: Rem firmissimis argumentis & inconcussis rationibus refutavimus, adversam partem mirè exagitavimus, ut ubi pedem figant, vix inveniant. Errorem evidenter convicti nihilominus dicere non erubescitis: *Non tanti ponderis horum autoritas apud nos debet esse, &c.* Constat id testimonio hoc tuo, mi Irenopolita. Sanè non absimiles estis militi illi, qui ob grave crimen suspendii pœnâ afficiendus, nullam in totâ sylvâ potuit invenire arborem huic negotio satis habilem. Nam in hâc hoc, in aliâ aliud desideravit. Ea propter iterum rogo, ut manifestè illorum edas nomina, qui genuinorum Judæorum catalogo digni habeantur, quo facto voti te compotem reddere nobis non erit difficile.

IRE-

IRENOPOLITA.

In Thalmude Babylonico, ubi de ortu seu antiquâ prosapi Messiæ agunt, nihil excelsius illi tribuunt, quàm ante conditu mundum nomen Messiæ creatum esse. Hoc modo recensetin ter septem ante mundum creata etiam nomen Messiæ, hi verbis in Tract. a) Pesachim cap. 4. *Septem creata sunt ante mundum conditum*, videlicet, *Lex*, *Resipiscentia*, *Gan Heden* seu *Paradisus*, *Gehenna* vel *infernus*, *Thronus gloriæ*, *Domus Sanctuari & nomen Messiæ*. Lex ideò, quia scriptum est; b) *Dominus possedit me principium viæ suæ*. Resipiscentia juxta id: c) *Antequam montes nati erant*. Gan Heden, quia dicitur: d) *Plantavit Dominus hortum in Eden ab Oriente*, vel *antè*. Gehenna, prout scriptum est: e) *Ab hesterno die* vel *antè ordinatam est Tophet* Thronus gloriæ & Domus Sanctuarii juxta illud: f) *Thronum gloriæ elevatum antea, locum Sanctuarii nostri*. Nomen Messiæ, sicuti dicitur g) *Ante Solem primum nomen ejus*; quem locum perperam ad æternitatem Λόγε trahunt, prout alibi à nostris in examine istius loci solidè demonstratum est. Integrum hoc Thalmudicum dictum inserere placuit, ut appareat non alio sensu nomen Messiæ dici creatum esse ante mundum, quàm sex præcedentia. Sensum ejus faciunt Hebræorum interpretes hunc: quod Deus ante conditum mundum decreverit hæc condere, & Messiam mittere, eumque in finem adferunt axioma; *Quod prius intentione, posterius executione*. Vide R. Salomo Jarchi ad ista loca, Cozari. R. Jacob. F. Schelomo in Bet Israël ad Nedarim cap. 4. &c.

RITTANGELIUS.

Antiquus sermo est; Mendaces faciunt, ut nec vera dicentibus quidem credatur. Miramur & hic tuam audaciam, te hunc locum nobis opponere, ac si illum ipsemet in Thalmude Babylonico legisses, cum tamen eum nunquam videris. Tune, qui in prosa vel communi lectione Historiæ Ebraicæ adeò perfectus es, ut Hebræi te putent Græca legere, nunc secretiora Thalmudici studii explicare, & perplexa ejus enodare conaris; Cum tota tua tam spaciosa scripturæ allegatorum dictorum sylva testetur, te ne gry quidem in Chaldaicis scire? Hunc locum, mi Irenopolita, non de ortu *Verbi Jehovæ*, Patri consubstantialis & coæterni &c. sed de officio Messiæ dispositionis mysterio

a) Nedarim cap. 4. b) Prov. 8: 22. c) Ps. 90: 2. d) Gen. 2: 8. e) Esa. 30: 33. f) Jerem. 17: 12. g) Ps. 72: 17.

Digitized by Google

sterio agere, solè meridiano clarius est, idque omnium Judæorum scripta testantur. Vide Rabbi Simeonem filium Jochoæ, lib. splendoris, & eundem, supra Esa. Prophetam, Autorem.

IRENOPOLITA.

Eodem sensu ad divinum decretum referunt in Bereschit Rabba, cum ajunt ad Gen. 1.3: *Et Spiritus DEI incubabat aquis*, per Spiritum DEI intelligi posse animam vel Spiritum Messiæ; vel quia omnes animas ante conditum mnndum à Deo creatas esse statuunt: Vel juxta Baal Thurim, quia vocabula hæc Hebraica *Varuach Elobim Marchapbat*, & *Spiritus DEI incubabat*, eundem numerum conficiunt quæ *Rucho Schel Melech hammeschiach*, *Spiritus regis Messiæ*. videl. 1034.

RITTANGELIUS.

Novas te hic finxisse nugas re ipsâ facillimè probari potest. Ubinam in Bereschith Rabba dicitur per *Spiritum DEI, aquis incubantem, posse intelligi animam vel Spiritum Messiæ*? Noli te ita prostituere, ut contraria semper affingas autoribus à te citatis. Bereschith Rebba non dicit intelligi posse per *Spiritum DEI*, &c. *Animam Messiæ*; sed intelligi debere. Hinc cadit tua sententia, quod putas Bereschith Rabba hæc referre ad divinum decretum. De creatione animarum, ne quæsò judices Ebræorum scripta, priusquam illa, non dicam intelligere, sed legere ad minimum discas. Hunc enim locum, *de septem ante mundum creatis* in Thalmude Babylonico, & hoc Judæornm axioma (nempe *quod prius est intentione, est posterius executione*,) & cœtera, quæ in hoc, & in præcedente paragrapho infers, non tu ipse in eorum Hebraicis scriptis legisti, sed ex Munsteri annotatis descripsisti. Sed audi, an nescis, quod gloriam alienam sibi vendicare ad vim pertineat? Baal Thurim quod attinet: scias Ebræorum Scriptores varios habuisse modos secretiora sua abscondendi & exprimendi. Quidam brevitate verborum simplici & perspicuâ, rem docuerunt, alii lusu anagrammatico minus perspicuè, quidam Arithmetica supputatione magis ingeniosè, alii aliâ methodo. Nec fas est dicere singulos peculiari modo doctrinæ suæ autoritatem conciliare voluisse: Siquidem non est respiciendum, quomodo & quâ ratione quis, sed quid doceat. Ipsa doctrina per se est rei fundamentum; non docendi modus. Rabboth hanc Doctrinam, *Spiritum DEI, aquis incubantem, esse Spiritum Regis Messiæ*, simplicibus nobis proponit verbis: Baal Thurim, per Arithmeticam supputationem. Hic ætate posterior, alter prior.

IRENOPOLITA.

Non altius adſcendunt Hebræorum vetuſtiſſimi, cum de origine Meſſiæ agunt; nec ulla vola aut veſtigium occurrit in eorum ſcriptis, unde Meſſiæ æterna exiſtentia poſſit aliqua cum ſpecie elici. a) Quæ autem à Galatino aliiſque ponuntur è Cabaliſtarum myſteriis & myrotheciis, ea dubiæ aut ſuſpectæ ſunt fidei, & in alium penitus torquentur ſenſum contra mentem & ſcopum Scriptorum. Nec ab hoc perverſo zelo excuſari poteſt Buxtorfius, vir aliàs de Hebraicis optimè meritus, qui ad locum Gen. 18.2. Trinitariis palmarium, verba duo priora Aben Ezræ omittit, videlicet *Tohe ruach*, *hæretici vel amente aſſerunt*, *quod Deus ſit trinus perſonis*, *unus & trinus*, *& non ſeparati*. Buxtorfius pervertit in *quidam dicunt &c.* quaſi hæc eſſet ſententia quorundam Rabbinorum. In Lexico Majoriano vocem Taha integrum producit locum, oſtenditque Aben Ezra hanc ſententiam Chriſtianorum, ut hæreticam & ſtolidam repudiare. Plura ejuſdem farinæ apud hunc alioſqve Chriſtianos Scriptores invenire poterit ſedulus lector. Quantò ſatius eſſet ignorantiam ſuam vel infirmitatem cauſæ ſuæ agnoſcere quam à falſis & ſuppoſititiis teſtibus patrocinium illi quærere? Et ſanè ſi Cabaliſticis hîc ſtandum ſit teſtimoniis, eodem jure Judæus contra Chriſtianum evincere poſſet, animam Eſavi migraſſe in D. Jeſum; quia nomen *Ieſchuah* eaſdem & totidem continet literas cum nomine *Heſau* plenè ſcripto; ſicuti iſto argumento pugnat Abarbinel ad Eſai. cap. 35. ut probet Jeſum noſtrum eſſe ex Eſavi poſteris, atque Chriſtianos eſſe Idumæos. Si ulli mortalium magno conatu magnas nugas agunt, atque ineptire ſeria ſacraque ludunt, certè Cabaliſtæ in primo ponendi ſunt ſubſellio. Indicium deſperatæ cauſæ eſt ab ejuſmodi inſulſis nugivendis ſubſidium fidei ſuæ petere.

RITTANGELIUS.

Ad hæc jam ſupra reſponſum eſt. Quod verò dicis, *Nec ab hoc perverſo Zelo excuſari poteſt Buxtorfius, vir aliàs de Hebraicis optimè meritus &c.* Vah! quàm diſertus & elegans es, in accuſando ſimul & laudando Buxtorfium. Sed elegantior adhuc es nugas tuas vendendo. Verùm noli mihi Oratorum floribus ludere, per quos imperitorum & puerorum conaris decipere aures. LOCUM TRINITARIIS PALMARIUM! Hoc certè verborum floſculo, tuum tam apertum & impudens latagi-

a) *Galat. lib. 1. c. 3. Lib. 3. cap. 3. 4.*

gis venditare mendacium. Sed ad rem. *Buxtorfius*, inquit noster Irenopolita, *verba duo priora Aben-Ezræ omittit videlicet Tohe ruach (Hæretici vel amentes) asserunt, quod Deus sit Trinus personis, Unus & Trinus, & non separati. Buxtorfius pervertit in (quidam dicunt) &c. quasi hæc esset sententia quorundam Rabbinorum.* Audi mi Irenopolita: si dicis Buxtorfium has duas voces *Tohe ruach* omisisse, cur dicis, illum pervitisse? si hoc dicis, illud tacere debes. Si enim ille, ut tu ipse, falsò quidem, in sequentibus dicis, loco harum duarum vocum, alias, nempe *quidam dicunt*, suppositit; cur dicis in prioribus illum planè omnisisse? Vel ubi tu legisti Buxtorfium hæc *Tohe ruach* (*errantes Spiritu*) pervertisse in (quidam dicunt?) Biblia enim non sunt Buxtorfii Biblia, ut vel tu, & reliqua imperitorum turba sibi imaginantur, sed vetera illa Venetiana typis Academiæ, cujus membrum ille erat non postremum, tantum recusa. Salvâ Tyberiade, quam illis præfixit & quibusdam annotatis. Vel ubi tu legisti *Tohe ruach* (*errantes Spiritu*) idem esse quod *amentes*? Nam error cadit etiam in sapientes, amentia verò in fatuos & omnes rationis expertes tantùm. Primò igitur Buxtorfio hic notam injustitiæ injustè apponis, cùm hoc illi nunquam in mentem venerit. Non enim ipse, sed Judæorum chorus hoc fecit; & quidem præmeditato consilio & unanimi consensu: Non autem eo fine quo tu Buxtorfium feciisse, falsò suspicaris. Dicam quod res est. In Italia multoties accusantur Judæi, libros eorum contra Christianos scatere calumniis, & præcipuè Thalmudicos, ita ut in quibusdam locis Vulcano adjudicati, & in aliis, ne publicè legerentur, interdicti sint. Tandem Judæi magni precibus & sumptibus eò desudarunt, ut, quæ Christiani contra se facere putabant, castigare vellent, & ita librorum expurgatorum usus concederetur liberrimus. Unde omnes illorum libros ibi excusos, à censoribus revisos hisce subscriptos invenies: Liber N. vel N. Tractatus hic vel ille revisus, & ab eis, quæ contra religionem Christianam faciebant, emendatus, correctus vel purgatus est &c. Vel etiam Italico sermone con licentia de l' superiori. Item contigit meo tempore Viennæ, ubi quidam Judæus conversus natione Italus ad hoc eorum libros expurgandi munus destinatus erat. Denique priorum exemplis moniti, ne tota illorum periret doctrina, visum est ipsis, illa, quæ Christianis viderentur infensa & infesta, expurgare. Ne ergò & hæc verba, quæ de Christianis agunt, *Tohe ruach* (*errantes Spiritu*) pro calumnia haberentur, verterunt vel correxerunt illi ipsi, & non Buxtorfius, in *quidam dicunt*. In Lexico majori ipse quidem mentionem facit hujus phraseos ut in exemplaribus minus correctis, & his in recentioribus Bibliis

Basileæ recusis, tanquam in exemplaribus correctioribus. Buxtorfius igitur nihil pervertit nec omisit. Hinc cadit tua supra dicta falsa assertio, *Quantò satiùs esset ignorantiam suam vel infirmitatem causæ suæ agnoscere, quàm à falsis & suppositiis testibus patrocinium illi quærere &c.* Abarbinelem statuere D. Jesum Salvatorem nostrum ex Esavi esse posteris, & Christiano esse Idumæos; atque animam Esavi migrasse in D. Jesum, idque eò, quod nomen Jeschuah easdem & totidem contineat literas cum nomine Esau plenè scripto, nugaris. Non tam obesæ naris velim putes esse Abarbinelem, ut hisce nugis se intricet. De migratione animarum piè Judæi sentiunt (excepto hoc quod tu de Esavi anima infers) sed vix ex millibus unum Hebræorum Magistrum invenies, qui rem significatam sciat. Impium igitur est illis hoc affingere, quod secundum literam hæc intelligi velint, ut dum dicunt hujus vel istius impii animam migrasse in canem, suem, lupum &c. Vel animam Adam primi hominis migrasse in David, & deinde in Messiam, vel Hebeli animam in Seth & in Mosen &c. Cæterum perindè est quonam in subsellio à te ponantur Cabalistæ, inferius, quid sit cabala, patebit.

IRENOPOLITA.

Recentiores si adeas Hebræorum Magistros, omnes ἀστοιδεὶ bellum huic sententiæ indixerunt, & altum apud illos silentium est de hoc Messiæ privilegio, quod ortus omnis expers sit. Vedeantur R. Moses Majemon ad Tractat. a) Melachim, in Misnaoth ad cap. Chelek Sanhedrin, ubi statuit Messiam instar aliorum Regum per aliquod tempus imperaturum, & diem suum obiturum; in regno suo habiturum succesforem, filium, nepotem & sic deinceps: quæ minimè quadrant in Deum immortalem. Inter decem prærogativas Messiæ, quas Don Isaac Abarbinel ad cap Esai. 11. nequaquam hujus meminit, quod sit æternus & ejusdem essentiæ cum Deo Israëlis; Vide Albo alioque. Ne quid addam de R. Lipmam, qui passim in Nitzachon manuscripto invehitur in hoc dogma. Quis autem existimabit, nullum recentiorum Rabbinorum amplexum esse sententiam Chaldæorum Thargumim, cum hi penè ejusdem autoritatis sint cum sacris literis apud eos? Nihil stolidius quoque ipsis videtur hodie, quàm ex phrasi hac Chaldææ paraphraseos *memra daii* exsculpere velle æternam Messiæ existentiam & communem essentiam cum Deo Israëlis.

a) *Cap. ult.*

RIT-

RITTANGELIUS.

Ad hæc etiam supra responsum est, & te nugivendum esse ostensum. Quæ de Maimonide, Abarbinele, Albo &c. profers, in hoc illud Hebræorum imitaris proverbium: *qui vult mentiri elongat testes*, citas enim autores, & ne falsitatis accuseris, citatorum formalia prætermittis, dissimulans te nescire, quid & Judæorum simul ac Christiana omnium seculorum Ecclesia de Messiæ, (nempe quædam humilia & Divinitate indigna, quædam verò sublimia, Divinitati soli & nulli creaturæ propria) senserit. Si bona fide agere volueris, affer illorum formalia, & facile supercilium tuum retundetur. Lipmannum tuum quod concernit, scias illum non esse publici juris & authenticum, nec ab ullo sanè Hebræorum approbatum: Siquidem omnis librorum authentia, sub incudem revocata, & à Judæorum censoribus consignata est, sub quam tui Lipmanni Nitzachon venit nunquam. Christus ipsa veritas redarguit Phariſæos ex Psalm. 110. versu primo: *Dixit Dominus Domino meo, sede ad dextram meam.* Illi obstupuerunt, tacendo confessi esse videntur, quòd hic locus de Messia agat. Objice hanc disputationem Christi hodiernis Judæis, illi forte ex mera invidia negabunt. Quæro jam, utri credendum sit, Christo ne, an vero hodiernis negantibus Judæis. Quæro iterum an Jonathan & Onkelos Paraphrastæ fuerint genuini Judæi, qui hunc locum ita explicuerunt, *Dixit Dominus ad Verbum suum, sede ad dextram meam?* Vides igitur, quod hunc Dominum, per quem Christus ipsa veritas vult intelligi *Messiam*, Paraphrastæ utrique reddiderint per *Verbum.* Ex. gr. *Dixit Dominuus.* (Cui dixit? Textus Hebræus) *Domino meo*: Chaldæi utrique *Verbo suo*: Quid amplius dicit scriptura? Textus Hebræus, ut ille *Dominus sedeat ad dextram Dei*; Chaldæi utrique, ut illud *Verbum* (per quod illi *Dominum* hunc exprimunt) *sedeat ad dextram Dei.* Adhuc audi! Cur Christus Jesus Dominus & Salvator noster Phariſæis, qui illum purum tantum hominem esse putabant, hanc objecit instantiam, nempe, *Si Messias filius Davidis* (tantum) *est, cur David in Spiritu vocat illum Dominum suum?* Chaldaicè, *Verbum suum?* nisi ut illos convinceret, non omnia humilia & abjecta, sed quædam sublimia, soli Divinitati propria, de Messia esse intelligenda. Et quomodo hoc quadraret, ut Messias, humilis, abjectus, despectus, in summa persecutione non habens, ubi reclinaret caput suum, denique ignominiosissimam pro salute nostra subiens mortem vocitaretur Dominus Davidis, è contrario verò, quî congrueret, ut idem David,

qui omnes in circuitu Urbes, nationes, populos, Reges &c. sibi tributarios fecit & subegit, in summaque majestate & Regia opulentia totum vitæ suæ traduxit cursum, appellaretur servus? Quivis emunctæ naris olfacit, clara tibi luce cereos accendi necesse esse. Negat obstinatus Irenopolita, negat Arrianus, negat & incredulus Judæus, Christus, Apostoli, Evangelistæ, eorumque Discipuli & Successores hoc docuerunt & prædicaverunt. Chaldæos secutus est Irenæus, Polycarpi Martyris, Joannis Evangelistæ discipulus, & Origenes cum Hieronymo, quos tu quidem ad tuas partes vocas &c. Quid interimi: *Nihil stolidius quoque* (inquis) *ipsis* (scilicet Judæis) *videtur hodie, quàm ex phrasi hac Chaldææ paraphraseos Memra d' Adonai exsculpere velle æternam Messiæ existentiam &c.* Si Judæi genuini hunc locum de Messia agere confitentur, cum Jonathane & Onkelosо Paraphrastis, & quidem genuinis Judæis consentiunt. Hinc in nihilum redigitur falsa hæc tua inferiùs posita assertio: *Si Chaldæi hoc nomen impositum voluissent Messiæ illique soli competeret, id vel semel tantùm factum fuisset in propria sede, ubi ex professo de Messia agunt. Examinanti autem omnia loca & vaticinia ad Messiam pertinentia manifestissimum fiet, nunquam Chaldæos eum indigitare nomine Memra Jehovæ.*

IRENOPOLITA.

Egregium quidem habere usum Chaldæorum commentaria in eruendis Veteris scripturæ sensibus lubenter agnoscimus, non tamen omnia pro indubitatis amplectenda esse, facile deprehendet, qui penitiùs illa excusserit. Non paucas continet violentas ac contortas explicationes. Vide. Job. 3. 17: 4. 7. 11. 12: 5. 4. 10. 12. 18. 20. 21: 12. 7. 8: 14. 15. 18. 22: 15. 10. 18: 21. 29: 18. 17: 22. 19: 28. 5. 6. 8. 22. 27: 30. 4. 19: 32. 2: 34. 20. &c. Psal. 45. 10. 11: 49. 17. 18. 19: 1. 9. 10. 14: 61. 6: 72. 11: 137. 6. 7. &c. Adde his Baronii Judicium de Paraphrasi Jonathanis ad Annum Christi 184: nnm. 5: *Paraphrastæ illi*, (scilicet Jonathani) *quantum sit in hac parte tribuendum, judicium esto doctorum: Ego observavi parum illum sibi constare in ejusmodi locis exponendis, ubi rei pecuniariæ aliqua fit mentio: uti Gen.* 30. 28: *argenteis* 20, *Jonathan* 20 *obulis argenteis. Exod.* 30. *Jonathan, pro obolis ponit minas.* Continent etiam hæ paraphrases multas prorsùs fabulosas explicationes, ut Job. 38. 7. & seqq. de Paradisi structura atque elegantia. Psal. 50. 10: de bove stupendæ voracitatis, seu mille montes depascente. Psal. 147. 4: nomine tetragrammato 370. mundos creatos esse, illudque insculptum esse lapidi fundamentali, quo Deus obsignavit os abyssi; Esai. 10. 30: de Senacherib

bo

bo Nobum cum exercitu proficiſcente. Cap. 11. 4: de Armilos ſeu Anti-Chriſto. 30. 25: de Solis intentione ad 343 gradus facta. Imprimis commentationes in Canticum Canticorum refertæ ſunt ſtolidis commentis. Ut alia omittam, de duplici Meſſia, Cant. 4. 5: & 7. 4: Cant. 8. 5: de volutatione cadaverum per terræ cavernas. Eſth. 3. 7: de Leviathan & Gallo ſilveſtri, quæ in prandium parabuntur juſtis Iſraëlitis tempore Meſſiæ &c.

RITTANGELIUS.

Ne Sutor ultra crepidam! Tuum non eſt judicare de his, quæ tu nec legere, multo minus intellegere potes. Quòd verò non omnia pro indubitatis eſſe amplectenda judicas; Dicas velim, quænam illa ſint? Fortè illa, in quibus Jonathanis ſcripta, cum doctrina Chriſti conveniunt, & alia quædam, quæ tuas nugas produnt. Dicis præterea *Paraphraſes Chaldaicas non pauca continere violentas ac contortas explicationes, & ſtolida commenta*: Cur ex tot à te citatis unius tantum loci contorta, & violenta non attuliſti? Tu nimis perpendiculares habes oculos. Dicis multa, Pauca probas. Ego quidem perlegi omnia hæc à te citata loca, nihil contorti, violenti aut ſtolidi in illis reperire potui. Baronium nunquam legi aut vidi, nec credo, tantæ eruditionis virum ſe ita proſtituere potuiſſe, ut autoribus affingat, quod ne quidem unquam in mentem illis venit. In promptu fuit Jonathanis Paraphraſis, cur non inſpexiſti? Et ſic ingenioſiſſimum Baronium (ſi tamen tibi fides, quam toties proſtituiſti, habenda eſt) & te ſimul non proſtituiſſes. Poſito, hoc eſſe Baronii de Chaldæis judicium; Quid Baronio cum Chaldæis? Nam Gen. 37. v. 21: (quem locum tu vel lippis oculis, pro 40. capitis incerto aliquo & non denominato verſu aſpexiſti) Jonathan loquitur de certo monetæ genere, quod vocatur *Mahah*, (*obulus:*) Exod. verò 30. verſ. 3. de certo libræ genere, quod *Minah* appellatur. De ænigmaticis parabolis, quæ literaliter videntur abſurda, ridicula, quibus tamen ſacra ſcriptura referta eſt, quæ & infra citaſti; vide ibi in loco ſuo.

IRENOPOLITA.

Sumpto etiam, Paraphraſtas ſenſu recepto jam phraſin hanc accepiſſe, nondum tamen eviciſſent adverſarii, ideò eorum ſententiam tanquam omnis erroris expertem admittendam eſſe. Non itaque tanti ponderis aut pretii apud nos horum Thargumim teſtimonium eſſe debet, ut illi contradicere nefas ducamus, etiamſi Meſſiam nomine *Memra Jehovæ* indigitaſſent. Sed nec

hoc

hoc Paraphraſtis unquam in mentem veniſſe optimè nos docet R. Majemon in More Nebochim, a) qui vult Chaldæos interpretes hoc nomen Deo tribuere, ut quàm longiſſime eum ab omni corporis fece ſegregent. Hanc ob cauſam putarim ad Verba illa Ezech. 1: *Super ſimilitudine throni erat figura quaſi faciei hominis* Chaldæum omiſiſſe hæc, *figura quaſi faciei hominis*. R. Meje exiſtimat hanc Phraſin illos uſurpare, ubi de providentia, cura & tutela Dei circa homines ſermo eſt. Tantùm abeſt, ut imaginati ſibi fuerint tale myſterium ſub hac phraſi latere, aut ei deſignari ſecundam Trinitatis perſonam, ut non niſi attributa vel affectiones quaſdam Dei illa ſignificari contendant.

RITTANGELIUS.

Sed videmus quorſum tendas. Negas principia? *Non itaque* (dicis) *tanti ponderis & pretii horum teſtimonium eſſe debet &c.* Hoc eſt: Etiamſi mihi omnia demonſtraveris, & per τὸ *Memrah Jehovæ*, (*Verbum Jehovæ*,) Chaldæos intelliſſe *Meſſiam*; atque omnes Hebræorum omnium ſeculorum ſcriptores illis conſentire; Ego non accipio illorum teſtimonia, *non itaque tanti ponderis & pretii apud nos eſſe debent*. Sed audi! Cur tu citaſti eos ad nos convincendos? An neſcis, quod, quiſque jus contra alium impetrare conatur, idem contra ſe admittere tenetur? Tam diu Thargumim tanti apud nos erunt ponderis, quàm diu tu eos, non dicam ſacræ ſcripturæ, ſed rectæ rationi tantum, aliquid contrarium ſcripſiſſe, non dixeris, ſed in re & veritate probaveris. Non enim ſufficit dixiſſe, ſed probaſſe. Maimonidem fruſtra ad tuas partes vocas, ideoque non adduxiſti ipſius formalia. Si Chaldæi eum in finem τὸ *Memra Jehovæ* (*Verbum Jehovæ*) Deo tribuiſſent, ut eum quàm longiſſimè ab omni corporis fece ſegregarent, (ſicuti tu Majmonidi impiè affingis) cur utrumque ſervarunt & τὸ *Memra Jehovæ* (*Verbum Jehovæ*) ſimul, & illa indigna, corporis fecibus propria? Quod verò putas Chaldæum hæc Ezech. 1. *Super ſimilitudine throni erat figura quaſi faciei hominis*, ſtudiò omiſiſſe: Vel totus cæcus proh dolor! fuiſti: Cæca enim mens non niſi tenebras videt; Hiſce enim formalibus hæc Chaldæus expreſſit. *Veal demuth Kurſaia, demuth Ke-cheſu Anaſcha aluhi mil-maalah:* Hoc eſt: *Et ſuper ſimilitudine throni erat ſimilitudo quaſi Viſio hominis &c.* Ecce quàm injuſtè hic Chaldæo notam injuſtitiæ apponis, dum dicis, illum ſtudiò omiſiſſe, quæ tamen expreſſe hiſce ſupradictis formalibus expreſſit. Idem facis R. Majero. Si vir es, vel unico apice hoc ex Rabbi Majeri ſcriptis demonſtra, illum exiſtimare,

a) *part:* 1. *cap.* 2.

ſtimare; Chaldæos hanc phraſin uſurpare, ubi illis de providentia, cura & tutela Dei circa homines ſermo eſt. Nos ſanè anxii quæſivimus. Sed nihil horum, quæ ad hanc materiam faciunt, invenire potuimus. Vel quod illi attributa aut actiones quaſdam Dei, hac phraſi ſignificari contendant. Imo contrarium docet Rabbi Majer. Præterea ſcito, Hebræos in re tam ſeriâ non opinionibus exiſtimationibus, modò his, modò aliis, ludere: Sunt enim hæc, quæ ad principaliſſimorum omnium principaliſſimum pertinent fidei fundamentum, ſuper quo tota ſacra Scriptura fundata eſt. Lege Librum Jezira, libr. Pomarium malorum granatorum, librum Splendorum, Elucidationes Rabbi Simeonis filii Jochoæ. lib. Affluentiæ roris cœleſtis, libr. Columbæ deargentatæ &c. &c.

IRENOPOLITA.

Prioris exempla, ubi hâc loquendi formulâ utuntur ad removendum à Deo omnem corporis figuram, non promit Rabbi Majemon, nos ea tamen non gravabimur hic lectoris oculis ſubjicere. Sollicitè hoc Paraphraſtæ caviſſe videntur, ut ulla humilis, terrena aut divina Majeſtate indigna obrepat cogitatio. ubi Deo ἀνθρωποπαθῶς membra, actiones vel affectiones hominis tribuuntur, hæc omnia exponunt phraſi *Membra Iehovæ*, *Verbi* vel *Sermonis Iehovæ*, ut ubicunque *Anima* Deo tribuitur 2. Samuelis 22. 16: Eſai. 30. 33: & 42. 1: Job. 4. 9: Ezech. 23. 18: Amos 6. 8: Zach. 11. 8: *Caput*: Eſai. 59. 17: *Facies*: Eſai. 65. 3: Jer. 23. 38: 32. 31: *Ira*: Oſeæ. 5. 12: *Lingua*: Eſai. 30. 27: *Manus*. Num. 11. 23: 14. 30: 2. Sam. 24. 14: Eſai. 46. 13: 50. 11: Amos 9. 2: *Memoria*, *Recordatio*: Pſal. 115. 12: *Oculus*. 2. Sam. 22. 25 28: Eſai. 1. 16: Jerem. 16. 17: 24. 6: Ezech. 20. 17: 7. 4. 8: 8. 18: 9. 10: Amos 9. 3. 4: Jonæ 2. 5: Chabac. 1. 13: Pſal. 18. 17: *Os*: Num. 3. 16: 4. 49: 9. 18: 20. 23: 10. 3. 13. 3. 38. 2: Deut. 17. 10: 34. 5: Eſai. 48. 13: Ezech. 3. 17: 33. 7: *Pedes*; Chabacuc. 3. 4: *Pœnitudo*: Joel. 2. 13: Zach. 8. 14: *Riſus*. Pſal. 2. 4: *Spiritus*: Job 32. 8: 33. 4: 37. 10: Pſal. 18. 18: Eſai. 59. 19: 63. 14: Zach. 4. 6. 7. 12: *Triſtitia*. Ezech. 13. 22: *Voluptas* vel *delectatio*: Pſal. 68. 17: Qua verò ſpeciè ex illis locis conficere quis poterit ibi perſonam intellexiſſe paraphraſtas, eamque divinam? Nihil inſulſius fingi potuit. Poſterioris loca, ubi de providentia, cuſtodia & protectione divina uſurpatur hæc locutio, Rabbi Mejer non producit: hoc autem ſenſu accipitur in his, ubi Deus cum aliquo eſſe dicitur, quod Thargum reddit, *Verbum* vel *Sermonem Domini cum alicujus auxilio eſſe*, uti Gen. 21. 23: 26. 3: 28. 15: 20: 35. 3: 39. 2. 3. 21: 48. 21: Exod. 3. 12. 10.

12. 10. 10: 18. 19: Num. 14. 9: 14. 43: 23. 25: Deut. 2. 6: 20. 1: 31. 8: Jos. 1. 9. 17: 3. 6: 12. 13. Jud. 1. 18. 21: 2. 19: 6. 56: 1. Sam. 3. 19: 10. 7: 17. 37: 18. 12: 14. 28: 20. 13: 2. Sam. 5. 11. 7. 3. 9: 14. 17: 1. Reg. 1. 38: 8. 57: 11. 38: Esai. 17. 10: 41. 10. Jer. 1. 8. 19: 15. 20: 20. 11: 30. 11: 42. 11: Ezech. 34. 30: Amos 5. 14: Hag. 1. 13: 2. 4: Zach. 8. 23: 10. 5: Job. 9. 5: *Omnipotens mecum, Verbum omnipotentis* vertit. Psal. 90. *Erit Dominus asylum, Verbum Domini* Psal. 23. 3: 55. 20: 46. 7. 11: 124. 1. 2: Hisce adde 2. Sam. 22. 3: *Cujus Verbum me sustentat*, habet paraphrasis, & vers. 19: dominus *scipio mihi, Verbum Domini*; ubi quoque de revelatione & promissis non incommodè accipitur. Sic Psal. 55. 18: *Dominus servabit me, Verbum Domini.* 121. 7: collato cum versu 5. ubi Paraphrastes simpliciter reddit *Dominus servabit.* Psal. 127. 2: Item Psal. 118. 6. 7. 13: 124. 8: Quibus subjice Oseæ. 2. 9: Zach. 1. 3: Malach. 3. 7: ubi ad aliquem reverti dicitur Dominus, Chaldæus exponit *Verbum Domini revertì*, hoc est, Dominum gratiosa sua protectione & beneficentia ad aliquem redire. Si quis hæc omnia velit interpretari de filio Dei seu λόγῳ essentiali, quænam quæso Oeconomiæ ratio inter personas divinas superstes manebit? Quamnam imperii partem sub. V. Test. Pater sibi reservavit? Certè tota gubernandi provincia secundum hanc sententiam fuisset Filio demandata. Deinde quæ ratio dari poterit, ut potiùs de filio quàm de Spiritu S. hæc phrasis accipiatur? Multo commodiore sensu hæc tribuuntur Spiritui S, quatenus virtus seu efficacia est ab ipso Deo emanans, quàm filio ut personæ ab illo distinctæ. Atque hæc expositio optimè congruit cum mente ipsius Paraphrastæ, explicantis *Spiritum DEI* per Verbum ipsius. Esai. 33. 28: Zach. 4. 6: Adde quod ex sententia adversariorum opus providentiæ conservationis & gubernationis, non minus Spiritui Sancto quàm reliquis duabus personis tribuendum sit.

RITTANGELIUS.

Farragine allegatorum & non expressorum scripturæ dictorum Victoriam somnias? quorum multa hinc & inde in tuam perniciem aliquoties reiteras, ut vel lectorem ab inquirendo absterreas, vel eruditionis gloriolam popularem aucuperis, præcipuè apud tuæ sectæ assecias. Hæc loca omnia pro nobis, contra te, faciunt. Nam primò hic nobiscum disputas de *Verbo Iehovæ*, & adducis loca, in quibus nec minimo apice *Verbi Iehovæ* fit mentio. Ne verò prolixitate Benevolo Lectori nauseam creemus, ex multis perpauca subjungemus, ut Num. 11. vers. 23: cap. 14. vers. 14: cap. 23. vers. 25: Esai. 46. vers. 13: Ni-

mium

mium laboris insumeret; si quis hanc tuam scripturæ locorum sylvam, sub limam accuratiorem revocare vellet. Nam & *tineam* pro immani aspexisti *Leone*. Pudet nos tui, quod de te somnium habuerimus tam glorioſum, ô Vir in linguis Orientalibus versatiſſime! Ubinam, quæso, ex textu Hebræo, Chaldaica Paraphrasi, & quotquot sunt, aut unquam fuerunt in toto terrarum orbe versionibus, monstrabis, quod in versu duodecimo quinti capitis Oseæ fiat mentio *Iræ*? Pudeat te compositam dictionem Chaldæam *Ka-aſcha* (*quasi tinea*,) pro simplici voce Hebræa *Kaas* (*Ira*) aspexisse, quæ cum *Samech* scribitur in fine; Chaldaica vox *Aſcha* (tinea) verò, cum *ſchin* in medio & in fine cum *Aleph*. An nescis voces Chaldæas plerumque se finire in *Aleph*? Quid dicam de his, à te citatis locis, quæ in nullis extant Bibliis? Verùm brevibus te absolvemus. Dicis Chaldæos hac phrasi *Memra Jehovæ* (*Verbum Jehovæ*) usos esse, ad removendum à Deo omnem corporis figuram: Dic ergò; cur utrumque servarunt Chaldæi, & corporis figuram & τὸ *Memra Jehovæ* (*Verbum Jehovæ*?) Dum enim pro uno ponitur aliud, illud debet omitti, pro quo aliud positum est. Sic necesse fuisset secundum tui miserrimi cerebelli figmentum, ut loco figurarum corporis Chaldæi posuissent τὸ *Memra Jehovæ* (*Verbum Jehovæ.*) Idem quoque de actionibus & affectibus sentiendum est. Si enim Chaldæi per *Memra Jehovæ* (*Verbum Jehovæ*) intelligi voluissent *actiones & affectus*, quî fit, quòd utrumque expressérunt & *actiones* vel *affectus* & *Verbum Jehovæ*? ut *Risus Verbi Jehovæ*, *Tristitia Verbi Jehovæ*; *Memoria & voluptas Verbi Jehovæ &c.* Hic arrige aures! Si Chaldæi *omissis propriis & genuinis vocibus horum actuum vel affectuum &c.* illos expressissent per τὸ *Memra Jehovæ* (*Verbum Jehovæ*; tunc vel speciem aliquam veritatis hoc tuum commentum habere videretur. Sed hoc nullibi factum esse monstrabis. Ex gr. Textus hebræus habet Psal. 2: *Jehova irridebit eos.* Chaldæus hunc Hebræorum *Jehovam* nominitans *Verbum Jehovæ* dicit; *Verbum Jehovæ irridebit eos.* Secundum tuum commentum deberet esse *Jehova Verbum eos.* Quia tu vis *Verbum* significare *irridebit*; Ergo loco *irridebit* debet stare *Verbum*, Si Chaldæi carnalia hæc atque terrena divinâ Majestate indigna, à Deo per τὸ *Memra* (*Verbum*) removere voluissent. Idem sentiendum est de cæteris affectibus, actibus &c. Sic quoque de posteriori membro, ubi de providentia, custodia ac protectione divina usurpari hoc vocabulum *Memra* (*Verbum*) nugaris. Nam in omnibus his à te citatis locis Chaldæus *providentiam, custodiam & protectionem* servavit & *Verbum* simùl: Si verò per τὸ *Memra* (*Verbum*) significari voluisset *providentiam*, *custodiam*

& protectionem, tunc loco horum significatorum deberet stare *Verbum*. Sed Chaldæus utrumque servavit, ut eò distinctiùs *Verbum* ab hisce significatis discriminaret. Ex. gr: Textus Hebræus juxta te habet, *Dominus scipio mihi:* Chaldæus, *Verbum Domini Scipio mihi:* Textus Hebr. *Erit Dominus asylum;* Chaldæus, *Erit Verbum Domini asylum.* Textus Hebr. *Et fuit Deus cum puero*: Chaldæus, *Et fuit Verbum Domini cum puero*, vel *in auxilium pueri.* Secundum tuam hanc monstrosam opinionem deberet esse. *Et fuit Deus in Verbum pueri*, pro *in auxilium pueri.* Quia tu vis *Verbum* significare *auxilium*, Ergò pro voce *auxilium* debet poni *Verbum.* Sic de cæteris omnibus *Verbum Domini scipio mihi*, juxta te debet esse, *Dominus Verbum mihi.* Quia vis *Verbum* significare *scipionem.* Sic *Erit Dominus Verbum*, pro *Erit Dominus asylum;* Quia *Verbum* apud te significat *asylum.* Sic denique de *promissis & revelatione:* Exg. *Et Verbum est Deus Abrahamo*, pro *Et revelatus est Deus Abrahamo.* Et *terram, quam Verbum est Deus patribus vestris*, pro *terram, quam promisit Deus patribus vestris.* Quia tu nugaris *Verbum* significare *promittere & revelare.* Sed dic mihi, si Chaldæorum *Memra* (*Verbum*) tot in se habet significationes, quomodo sciri quando hoc vel illud desinat, & iterum aliud incipiat significare? Et vice versa. Noli imposterum ingenio tantopere superbire. Hæc sit tibi nota universalis, Chaldæos nullibi in suis supra scripturam commentariis, *Membra* corporis humani, Deo attributa per *Verbum* expressisse, nisi in illis locis ubi de Messia agitur *Verbo æterno Dei filio. Actus* vero & *proprietates* atque *affectus* nunquam reddiderunt per *Verbum.*

IRENOPOLITA.

Nec sine causa videntur Paraphrastæ tam crebro hoc loquendi modo uti, eaque duplex assignari potest. Una quia non occurrebat aptius vocabulum ad exprimendum actiones Dei mere spirituales. Quis enim nescit, inter omnes operationes humanas à materiæ sordibus secretas esse quoque sermonem? eumque solum esse spiritus seu mentis humanæ indicem. Quid ipsa ratiocinatio, actio Spiritui propria aliud est quam λόγος ἐνδιάθετος? Hinc nec veretur scriptura angelicis mentibus tribuere loquelam: Nec Hebræorum Magistris religio est, Deo vel angelis *Bætkol* adscribere, seu oraculum cœlitùs demissum, quod sub templo secundo prophetiæ successisse volunt, & nonnulli autumant tale fuisse testimonium Patris de Filio, inter quos & illustris Grotius, Matt. 3. Joh. 12. 28: Neque Paraphrastis Deo tribuere *Vocem*, uti Deut. 4. 33. 36; 5. 24. 25. 26; 13. 18: Psal. 68.

68.34: *Eloquium*, Prov. 5.7: 6.1: 24. &c. ubi *Imar* ſermo eloquium ſemper vertit *Memar*. Nec indignum Majeſtate divina erit, ſi dicamus loquelam quaſi Dei eſſe nihil affine habentem cum noſtra. Quæ autem & qualis hæc ſit, nemo facile divinaverit. Altera cauſa hujus nomenclaturæ reddi poteſt, quod Thargumim reſpexerint ad Hebræorum *Davar*, cujus ſignificata laciſſimè ſe diffundunt, & ſæpius juſſum vel imperium divinum, quandoque internas actiones & cogitata, ut ſic loquar, vel decreta Dei denotant, modò vim atque ἐνέργειαν à Deo proficiſcentem, uti ab aliis obſervatum eſt. Hinc etiam putarim Chaldæos, ubi vel ſimpliciter dicitur *Deus* aliquid *locutus eſſe*, *vel ore ſuo prolocutus eſſe*, id ſemper referre ad decretum verbo ejus patefactum. Prioris exempla vide 1. Reg. 14. 11: Eſai. 52. 6: Jerem. 2. 30: 13. 15: Ezech. 5. 13. 75. 17: 6 8: 17. 21. 24: 21. 21. 36: 23. 33: 24. 14: 26. 5: 14: 28. 10: 30. 12: 34. 25: 36 5. 6. 36: 37. 14: 38. 18: 39. 5. 8. In quibus locis omnibus: *Ego Dominus locutus ſum* paraphraſis reddit: *Ego in vel cum Verbo meo decrevi*. Poſterioris 1. Reg. 8. 15: *Dominus locutus eſt ore ſuo*, vertit *decrevit verbo ſuo*. Mich. 4. 4: *Os Domini locutum eſt*, *decrevit in Verbo Domini*. Quis verò inde poterit elicere, Verbum hoc eſſe perſonam? Cum optimè iſtud exponi poſſit vel de Verbo apud Deum abſcondito, vel de revelato, quo tanquam medio Deus voluntatem & decreta ſua hominibus patefacit. Nec alienum à mente Paraphraſtæ erit, hanc phraſin, *Dominus decrevit in vel cum Verbo ſuo*, exponere *Dominus decrevit apud ſe ipſum* in arcano ſuo conſilio, juxta illud Gen. 8. 20: *Et dixit Dominus ad Cor ſuum*, ubi Chaldæus habet, *& dixit Dominus cum Verbo ſuo:* hoc eſt, ſtatuit, decrevit, apud ſe ipſum. Si quis ex hiſce loquendi formulis colligere velit eſſentiale Dei Verbum, non minore jure idem elicere poterit Enthuſiaſtes ex iſta perfamiliari prophetis locutione *Neum Jehova* (*dictum Jehovæ*,) quod majoris confirmationis ergò vaticiniis ſuis ſubnectere ſolent, prout nonnulli vertiginoſi tale Verbum inde extundere conantur. Nec animadvertunt ἄλογοι logodædali ſe penitùs confundere ac permiſcere Veteris, & Novi fœderis revelationem, cùm τῷ λόγῳ ſeu filio Dei tribuunt patefactionem decretorum omnium ſub Veteri lege: penitus contra mentem Scriptoris ad Hebræos cap. 1. 1: ultimam tantum filio revelationem tribuentis. At horum judicio Pater ſub antiquo Fœdere per Filium locutus fuiſſet, perque hunc Prophetis conſilia & decreta ſua inſpiraſſet. Tantum autem abeſt, ut perſona a Deo Patre diſtincta intelligi poſſit, cum dicitur Dominus decreviſſe, in verbo ſuo, ut contra tantum de actione voluntatis divinæ ſeu, ſeu immanente emanente accipi debeat.

RITTANGELIUS.

Fruſtra hîc iterum duas hujus nomenclaturæ proponis cauſas. Primam; Quod per ב *Memra* (*Verbum*) vis ſignificari actiones Dei merè Spirituales. Quænam ſunt iſtæ? Ratiocinari ne, aut loqui? Quid dicunt Paraphraſtæ? Verbum ratiocinatum eſt. Verbum locutum eſt. Vide quomodo hic (ut ita dicam) Verbum pro *perſona ratiocinante* & non pro *ratione* accipiatur, ſed ab ipſa valdè diſtincte diſcriminetur. Cæterum dicis *inter omnes operationes humanas à materiæ ſordibus ſecretas eſſe quoque ſermonem.* Ubi hoc legiſti? In quo autore hebræo? Legiſti ne ſcripturariorum vel Carræorum libros, qui omnes ἀζυμοδὸν bellum huic ſententiæ indixerunt? Præcipuè in tractatu de actu & ſermone prophetico. Mentis indicem eſſe ſermonem nullus negat Hebræorum. Ubi tu legiſti ſcripturam ſacram Deo & angelicis mentibus propriè tribuere *loquelam* vel *Batkol* (*filiam vocis?*) De *Batkol* (*filia vocis*) meliùs tacuiſſes. Scis tu quid ne ſit *vox* vel *Bat-kol* (*filia vocis?* Te certè & quàm plurimos hodiernorum Hebræorum Magiſtros latet hoc myſterium, quid primævi Hebræorum ſapientes per *Batkol* (*filiam vocis*) inteliigi voluerint. Non enim omnibus, ſed certis in certa ætate, bonæ vitæ & pietatis fama perſpicuis perſonis, hæc revelabantur. De opinione Illuſtris tui Grotii & cæterarum non diſputo. Sed ne Sutor ultra crepidam. Quid Grotio cum Chaldæis & Hebræis? Scio quantum viris doctis debeam, quos & ſemper ſumma veneratione proſequior. Alteram hujus nomenclaturæ cauſam quod attinet, Chaldæum ad Hebræorum *Davar* reſpexiſſe, falſum eſt. Aliàs vel in unico, ex tot à te citatis locis Hebræorum *Davar* (Sermonem proprie ore prolatum, ſeu propheticum denotans) per *Memra* (*Verbum*:) reddidiſſet, quod tamen factum non eſt. Vereor ut Enthuſiaſtes, ex iſta perfamiliari Prophetis voce *Neum* (quam tu contra mentem Spiritus ſancti interpretatus es *dictum*) elicere poſſit *perſonam* Quod tu tamen tam protervè & ſecurè aſſeris. Dein hic ferulas mereris, ubinam legiſti *Neum Jehova* ſignificare *Dictum Domini.* Pudeat te quod hic *Verbum* pro *nomine* aſpexeris. Trecentis, quadraginta duabus vicibus invenies hanc phraſin *Neum Jehova* in ſacris ſcripturis, ſed in omnibus his locis eſt vel Præſentis, vel præteriti temporis, Indicativi modi. Et duobus in locis tantùm, nempe Num. 24. verſ. 3. & 15: & 2. Sam. 23. verſ. 1. quidam volunt ב *Neum* ſignificare *dictum.* Verum non *Jehovæ*, ſed Bileami & Davidis *dictum.*

Idem judicium esto de aliis locis, ubi de Verbo Jehovæ talia pronunciantur, quæ nec Deo neque personæ propriè conveniunt sed tantum punitioni seu vindictæ divinæ, veluti cum Deus comparatur *igni* Deut. 4. 23. *Dominus Deus tuus ignis consumens*, Chaldæus habet, *Domini Dei tui Verbum ignis consumens*. *Pantheræ*, Paraphrasis, *Et fuit Verbum meum tanquam pantheræ*. Urso, ibid. vers. 8. *occurram iis ut ursus*, Chaldæus, *occurret iis verbum meum ut ursus*. Si quis hæc velit aptare Filio mirus evadet sensus, & statuendus erit λόγος ille essentialis instrumentum severitatis, per quod Deus justitiam suam vindicatricem exsecutus fuerit, & vice versâ, misericordiæ, clementiæ, benedictionis & auxilii. Vide Job. 42. 12. *Dominus benedixit*, Chaldæus, *Verbum Domini*. Psal. 116. 17: *Dominus benefecit tibi. Verbum Domini*. Psal. 118. 6. 7. 13. 24: Psal. 124. 8: *Auxilium nostrum in nomine Domini:* Cui non absimilis est locus Mich. 4. 5: *In nomine Domini Dei nostri ambulabimus*, Chaldæus *in Verbo Domini*. Ex quibus duobus ultimis locis liquet, Paraphrasten minimè cogitasse de ejusmodi λόγῳ essentiali Deo & ab eodem distincto, qualem ex Chaldæa hac dictione extorquere satagunt. Hisce adde illa, in quibus Verbo Dei adscribuntur, quæ tantum causis mediis vel affectionibus divinis competere possunt: Veluti Mich. 4. 14: *Pasce populum sceptro vel Virga tua*. Chaldæus *cum Verbo*. Chab. 3. 10: *Ad lumen sagittarum tuarum*. Chaldæus *prævaluerunt Verbo tuo*. Psal. 18. 16: *Misit sagittas suas*. Chaldæus *Verbum suum*. Quis nisi mente motus, sceptrum, virgam, & sagittam dixerit esse personam? Ejusdem commatis sunt reliqua loca, quæ in Thargum Hierosolymitano occurrunt, quorum nonnulla Vechnerus profert, paucis ea excutiemus, num inde subsidium aliquod sententiæ suæ Trinitarii mutuari possint. Inter 13. loca ubi hæc phrasis extat, agmen ducit ille ad Gen. 1. 27: *Et creavit Verbum Dei hominem*. Antequam ad hunc locum respondeamus, admonendus est lector, perperam Vechnerum paraphrasin Hierosolymitanam producere, cùm omninò incertum sit, num hæc paraphrasis unquam Joanni Evangelistæ conspecta sit, utpote tempore posterior Jonathanis & Onkelosi paraphrasibus, prius itaque probandum ipsi fuerat, ante conscriptum Evangelium Joannis publici juris factum fuisse hoc commentarium; neque hoc solidè evinci potest de Thargum Jonathanis & Onkelosi, uti postea pluribus ostendemus. Sensum autem loci, Gen. 1. 27: nemo meliùs edocebit, quam aliud Thargum Esai. 45. 12: ubi Verba illa: *Ego in vel cum Verbo meo*

feci-

feci terram & hominem super eam ego creavi, Chaldæus reddit: *Ego in vel cum Verbo meo feci terram & hominem super eam creavi*. Et cap. 48. 13. *Manus mea fundavit terram*. Chaldæus *Verbo meo* fundavit terram Ubi per Verbum intelligendam esse vim sive ἀπόῤῥοιαν illam Dei, qua res ex nihilo condit, aliàque rara & eximia efficit, optimè observavit diffusissimæ eruditionis Grotius in cap. 1. Johan Quis verò dixerit, illam vim effectricem à Deo promanantem esse personam? Et hoc etiam dato, nondum tamen effecerint personam illam esse consubstantialem & coæternam Deo. Ad summam nihil aliud inde colligi poterit, quam λόγον istum juxta Arrianorum placitum fuisse instrumentum creationis, à quo tamen toto animo abhorrent. Reliquis locis à Vechnero productis nullus nervus nec robur ineſt: atque responsione antea à nobis datâ in fumum abeunt; non itaque operæ pretium est, ut ad illorum congeriem quicquam reponatur.

RITTANGELIUS.

Dicis de *Verbo Dei* talia pronunciari, quæ nec Deo neque personæ proprè conveniunt. Spiritus Sanctus in Sacra Scriptura humanæ nostræ fragilitati sese accomodat atque condescendit, dum dicit *Deus est ignis*; Chaldæus *Verbum Dei est ignis &c. Occurram eis ut ursus*, Chaldæus *Occurret eis Verbum meum ut ursus*; & horum similia. Vide omnia, quæ scriptura in textu Originali Hebræo loquitur de summo *Jehova*, hæc Chaldæus quoque de *Verbo Jehovæ*. Quare? Quia per *Verbum Jehovæ* Chaldæus vult, intelligi ipsum *Jehovam*. Nec ullus unquam genuinus Judæus ausus fuit contradicere, neque contradixisse aliquem mihi monstrabis. Jam quæro, utrum summus ille Hebræorum *Jehova* apud vos sit substantia per se subsistens? Si hoc, necessario quoque; Chaldæorum *Verbum Jehovæ* id esse sequitur, quia, ut sæpius dictum est, per *Verbum Jehovæ* Chaldæi intelligunt ipsum *Jehovam*, sicuti Germani per suum GOtt vel Heiland & Galli per suum *Eternail*, Hispani per suum *Dio* &c. Nunquid abhorres hîc ab hac sententia λόγον essentialem esse veritatis, & versa vice, misericordiæ, clementiæ, benedictionis & auxilii instrumentum, quod tamen in toto hoc tuo futili & injurio scripto ubique affirmasti? Nos quidem hoc non solum impugnamus, sed & omnes quotquot sunt, & unquam fuerunt genuini Judæi Pergit Irenopolita: *Hisce adde, illa, in quibus Verbo Dei adscribuntur, quæ tantum causis mediis vel affectionibus divinis competere possunt, veluti Mich. 4. 14: Pasce populum sceptro vel virga tuâ &c. &c. Quis nisi mente motus, sceptrum, virgam & sagittam dixerit personam esse?* In te ipsum

crude-

crudelis es talem contra te sententiam proferendo. Nam tu hoc ipsemet dicis in subsequentibus, vaticinium Bilhami (Num. 24. 17: *stella è Jacob & surget sceptrum ex Israel*) citando. Quæ Chaldæus ita reddidit: *Surget Rex è Jacob & ungetur Messias ex Israel.* quid ergo *Virga* vel *Sceptrum hic significat*, quod Cladæus per *Meschicha* expressit? Personam ne? Si hoc unicus negare poterit Christianus vel Judæus, vapulabo. Præterea quid *Stella* hic significat, quam Chaldæus per *Malka* (Rex) reddidit? Personam ne? Noli imposterum ingenii tui imbecillitatem aliis deridendam prodere. Ad capitis primi Gen. vigesimum septimum versum, quem inter tredecim loca agmen ducere dicis: audies hæc sequentia. Quid dicit Textus Hebræus? *Deus creavit, Deus morte afficit, Deus vivificat, Deus exaudit preces, Deus remittit peccata, Deus sedet in solio excelso & elevato.* Jam audiamus Chaldæum: *Verbum Dei creavit, Verbum Dei morte afficit. Verbum Dei vivificat, Verbum Dei exaudit preces, Verbum Dei remittit peccata, Verbum Dei sedet in solio excelso & elevato.* Vides Hebræorum *Jehovam*, Chaldæus nominitat *Verbum Jehovæ*. His jam applica tuas nugas. *Vis à Deo emanans creavit, vis morte afficit, vis vivificat, vis exaudit preces, vis remittit peccata, vis sedet in solio excelso & elevato.* Neque cœlum neque terram attingit. Nec opus est disputare, num Hierosolymitana Paraphrasis Joanni Evangelistæ conspecta sit: Sufficit ut scias omnium seculorum antè & post Christum natum, veræ Judaicæ Ecclesiæ hanc fuisse doctrinam. Et præterea citando locum Esai. 45. 12: & 48. 13: ipse fateris Jonathanis & Onkelosi paraphrases priores fuisse, quæ idem docuerunt. Nihil, dictum jam est, Grotio cum Hebræis aut Chaldæis. Num Vechneri argumenta, ut tu nugaris in fumnm abeant, Benevolus Lector ex his judicare poterit.

IRENOPOLITA.

Secundum assertionis membrum, Evangelistam Joannem nomenclaturam hanc Verbi vel Sermonis Dei, cum D. Jesum cap. 1. λόγῳ nomine designat, à Paraphrastis Chaldæis mutuatum esse, ut Vechnerus, & post illum Heinsius, aliique contendunt, incertis nititur conjecturis. Communis quidem Chronologorum sententia est, Jonathanem Prophetarum paraphrasten ætate reliquos Chaldæos Interpretes superare. Sed in tempore conscripti commentarii variant autores: Nonnulli volunt Jonathanem annis circiter 20. ante natum Dn. Jesum, alii 30. annis paraphrasin suam consignasse, quidam 42. annis præcessisse Christi natalem. Quo autem fundamento hæc opinio suffulta sit nondum satis patet. Inter Hebræorum Chronologos David Ganz in Tsemach David hunc Jonathanem floruisse ait anno mundi

3728. id est, 32. ante D. Jesum, vultque illum fuisse discipulum Hillelis. a) Novi quidem hanc esse receptissimam Hebræorum traditionem, Jonathanem conscripsisse paraphrasin suam ex ore Haggæi, Zachariæ & Malachiæ: Atque hoc pacto plus quam 200. annis ante D. Jesum in vulgus dispersa fuisset. Sed nihil vanius hoc commento excogitari potest. Quis enim adeò obesa naris est, ut divinos hosce Vates sentiat tam rancidas protulisse nugas? quarum specimina quædam supra attulimus. Nihil magis indignum Spiritu prophetico fingi potest. Ne jam addam de longo temporis intervallo, ut anni circiter 300. inter obitum horum trium vatum atque hunc paraphrasten intercedant. Obierunt enim hi tres ultimi Prophetæ anno 3442. ex computo Tsemach David, vel anno 3448. ex supputatione R. Abraham F. David & Juchasin. Cui autem facilè quis persuadebit, hunc Jonathanem ultra 300. vixisse annos? Mirum meritò videri debet; cur hic Jonathan ab Hebræis non recensetur inter 120 Viros magnæ Synagogæ, qui succenturiatâ seriè traditionem a prædecessoribus acceperunt. Vide Juchasin, Tsemach David, Majemon in præfatione ad Jad Chazeka, ubi in catalogo πατερων παραδοτων nomen hujus Jonathanis non extat. Licet etiam antè conscriptum Evangelium Joannis commentarius Jonathanis consignatus fuisset, nondum tamen constaret, eum tempore Joannis factum fuisse communis juris, vel ad ipsius Evangelistæ manus perveniisse. Non enim existimandum est, statim post scriptionem paraphrasin hanc è regione textui appositam fuisse, uti in hodiernis impressis voluminibus videre licet. De Onkelosi paraphrasi quorundam sententia est, eam incidere in annum Christi 50; b) alii tempore ipsius Christi vel paulò post floruisse volunt Onkelos. Inter Hebræos verò autor insignis Meor Enaima Cap. 16. existimat Onkelosum & Aquilam Ponticum eodem floruisse tempore, licet ille paraphrasin priùs concinnaverit, hic verò posteriùs, utrique discipuli R. Eliezaris & R. Josuæ. Atque hoc pacto commentator hic non fuisset visus Evangelistæ nostro; uti nec, si computum sequamur David Ganz, eum referentis ad annum mundi 3840. Christi vero 80. Hujus Paraphrastæ mentio fit in Thalmude, tractatu Berachot cap. 1. & Megilla cap. 1: Multò igitur majores dubitandi causæ sunt, quam de Jonathanis commentario, Joannem in sensu phraseos *Memra Jehovæ* Onkelosum secutum esse; cum ne quidem constet, num unquam Evangelista illum viderit aut lectitarit; immo cum constet potiùs Evangelistæ illum nostro visum non esse. Neque opus fuit Joanni illam vocem mutuari ab interpretibus Chaldæis, qui non minùs in cap. 1. quàm in reliqua Evangelii sui parte præceptorem & dictatorem habuit divinum suggestum.

a) *Megilla fol.* 3. *col.* 1: b) *Mercerus in Gen:* 3. *p.* 120 Et

Et cur tantum in hac phrasi & non in aliis quoque magistros Chaldæos secutus fuisset Joannes? De Hierosolymitano nulla dubitandi ratio est, eum Evangelistæ nostro nunquam fuisse conspectum, cum prioribus duobus longè sit recentior, & tamen eum ad partes suas vocat Vechnerus; tantum abest ut statuendum sit Joannem ejus phrasin usurpasse: Imo rationes non contemnendæ præter illas priores dari possunt, Evangelistam nostrum Chaldæorum Interpretum vestigia non legisse. Hi enim vocem hanc sumunt sensu variò & multiformi; ille unico & constanti. Joannes eâ intelligit personam perfectissimæ Dei voluntatis præconem & interpretem, unde convenientissimè *Sermonis* nomenclaturam illi imposuit ab officio; Chaldæi tantum intelligunt attributa, affectiones vel actiones Dei pro subjecta materia: Evangelista semper D. Jesum nostrum verum & unicum Messiam, ejusve doctrinam: Chaldæa paraphrasis nunquam Messiæ personam. Hic pes paulisper figendus est. Si Chaldæi hoc nomen impositum voluissent Messiæ, eique soli competeret, id vel semel factum fuisset in propria sede, ubi ex professo de Messia agunt. Examinanti autem omnia loca & vaticinia ad Messiam pertinentia, manifestissimum fiet, nunquam Chaldæos eum indigitare nomine *Memra Jehovæ*. Sed passim titulo *Meschicha*, *Messiæ*, veladdito Regis, *Malcha Meschicha*, Regis Messiæ, *Meschicha Jehovæ*, *Messiæ Domini*, vel *Meschicha d' Israel*, *Messiæ Israelis*, Vide Gen. 49. 10: *usque dum veniet Siloh*, Chaldaicè *Meschicha*. In vaticinio Bilhami Num. 24. 17: *Stella è Jacob & surget sceptrum ex Israel*: ubi Chaldaicè sejunctim hæc duo illi tribuuntur nomina, ut surgat Rex è Jacob, & oriatur Messias ex Israel. Esai. 4. 2: *Die isto erit surculus vel germen Domini*. Chaldaicè *Christus vel unctus Domini*. Esai. 9. 5: *Princeps pacis*, Chaldaicè, *Messias pacis*. Esai. 11. 1: utrumque nomen Regis & Messiæ sejunctim illi imponit; & ad vers. 6. vocat illum Messiam Israelis. Esai. 42. 1: & 52. 13: In quo utroque *Servus Meus*, Chaldæus reddit, *Servus meus Messias*, *&c.* vers. 10. Jerem. 23. 5: 30. 9. 21: 33. 15: ubi vocatur *Messias justitiæ*. Oseæ 3. 5: Chaldaicè *Messias filius Davidis*. Mich. 4. 8: Chaldaice, *& tu Messias Israelis*. cap. 5. 1: Zachar. 4. 7: & 6. 12: *Germen nomen ejus*, Chaldaicè, *Messias nomen ejus*, juxta Vechneri sententiam Chaldæo potiùs dicendum fuisset, *Sermo Domini nomen ejus*. Psal. 21. 1: Chaldaicè *Rex Messias*, & Vers. 8: Psal. 45. 3: 42. 5: 61. 6. 8: 80. 18: Cant. Cant: 1. 9: Ubi Deum introducit Mosen his verbis alloquentem, Chaldaicè, *usque ad tempus quo missurus sum Regem Messiam*, & vers. 17: *Domus Sanctuarii, quæ ædificabitur diebus regis Messiæ*. cap. 4. 5: *Duo vindices te liberaturi sunt, Messias filius David & Mes-*

sias filius Ephraim. Item cap. 7. 4: & verſ. 13. cap. 8. verſ. 2. 4. Ruth 1. 1: & cap. 3. 15: &c. Indicem omnium locorum, ubi Meſſiæ nomen apud Chaldæos paraphaſtas occurrit, vide in Lexico Buxtorfiii Chaldæo Rabbinico ad vocem Meſſias: In nullo autem horum unquam vocatur *ſermo Domini.* Quis autem alicui perſuadebit, paraphraſtas alibi, ubi minimè opus erat, hoc nomen Sermonis Domini tribuiſſe Meſſiæ, in locis verò ad illum propriè ſpectantibus illud omiſiſſe aut neglexiſſe?

RITTANGELIUS.

Medicum oportet accuratè paſſiones iſtius, qui curandus eſt, obſervare. Bonus homo de bono cordis Theſauro producit ea quæ bona ſunt. Tu verò Vulpis inſtar ſedes in *inſidiis*, ut in *aperto* laqueum ponas. Verùm ne timeas: Vaſa figuli probat fornax: nam perſpicuæ veritati reſiſtendo propriâ captus es tendiculâ. Novas planeque abſurdas hic ſtrophas ſtruere opinaris, quarum panegyrico per angulos & plateas, atque per omnes mulierciarum textrinas triumphans, in ſummarum diſputationis argutiarum pendes aculeis. Omnis enim hæc tua de Verbo ſeu ſermone Dei diſputatio eò delabitur, ut ſimul accuſes, ſimul excuſes, ſimul pecces, ſimul pœnitentiam agas, ſimul judices, ſimul condemnes. Accuſando ludis verborum ſtrophis; Excuſando culpam omnem in Chaldæos refers. Peccando dialectica nos arte conſtringis. Pœnitentiam agendo, Chriſtianæ non minùs veritatis oblitus, quàm ſimplicitatis, nodos nobis inter hoc & illud nectis. Judicando, Verba tibi de alieno fluunt ſtomacho. Condemnando, nimiùm diſertus & elegans eſſe incipis, ut non dicam fincerus. In ſumma blandiris Chaldæis ut pater filiolo ſuo dilectiſſimo; Erudis eos ut Magiſter diſcipulum ſuum, judicas eos ut Siſamnes, inſtruis eos ut Legiſlator, erigis eos ut patronus clientem. Prodis contra eos in majeſtate verborum ut Irenopolita. Verùm liceat mihi has tuas ſtrophas obiter tangere, ut tuæ ſectæ ſectatores intelligant, quàm divinum in te mirentur ingenium. Hæ ſunt illæ ſtrophæ novæ, quibus te vulgo tam celebrem reddere opinaris. Advocatum Rei imitaris, qui coram judice cædis alîusve manifeſti ſceleris convincitur, cuique nulla vitæ ſpes amplius affulget, ultimum refugium in hoc quærit, ut teſtes quacunque ratione & modo ſuſpectos & inhabiles reddat, atque ita Reum â capitali pœna liberet. Non immeritò hic ejuſmodi advocato es comparandus: Dum enim manifeſti erroris es convictus, omnemque elabendi rimam tibi obſtructam animadvertis, hoc ultimum aſylum tibi ſupereſſe putas, ut Chaldæos (quorum tamen autoritate in Nos refutando uteris) ſuſpectos aliis, ratione temporis facias, dum eos juſto recentiores eſſe

res esse nugaris. Ad hoc statuminandum varias adhuc struis technas. Primò Jonathanem inter 120. Viros magnæ Synagogæ non inveniri miraris: Quin imò te hoc mirari, Ego sanè demirari non possum. An non enim tibi constat multos ejusdem temporis floruisse Doctores & Legisperitos, quorum tamen nomina neque in numero 120. virorum Synagogæ magnæ, neque in Chronologis ejus seculi inveniuntur? Elumbe argumentum; Jonathanis non fit mentio in numero 120. Virorum Synagogæ magnæ: Ergo non fuit. Tritum est; à non scripto, ad non esse non valere consequentiam. Scilicet ab autoritate non divina sed humana. Ex. gr. Ptolomæus nihil scripsit de nova Hispania; Ergò eadem non fuit. Falsum. Florent hîc Regiomonti & aliis in locis, quàm plurimi omnium facultatum Doctissimi Viri, & quia non sunt recepti in Senatum, ergò non existunt? Quæ consequentia? Cæterùm rectè dicis, non esse existimandum, statim post scriptionem, paraphrasin hanc è regione textui appositam fuisse. Nam audi & edoceberis. Noster Rabbi Salomæus Jarchi, Idem Rabbi David Kimchi & Rabbi Levi filius Gerson, Baal ha Thurim &c. quorum commentaria è regione legis, ut in hodiernis voluminibus videre licet, appositа sunt, vixerunt; Rabbi Salomæus Jarchi ante 650. circiter annos: Rabbi David Kimchi ante annos fermè 450. Rabbi Levi filius Gerson suum in legem commentarium absolvisse dicitur Anno Christi 1330. horum commentaria verò, aliquot centum annis post textui è regione adhibita sunt, num sequitur illa non prius, quàm textu appositа fuere, publici juris facta esse? Carræi vel Textuarii, aut potius Essæi commentarium, ex tot centum, antè & post Christum natum conscriptis, textui è regione appositum habent nullum, num sequitur, scripta illa non facta fuisse publici juris? Et ut taceam, quòd nullum commentarium habeant typis mandatum: Sequiturne illorum commentaria non facta fuisse semper publici juris? Quid appositioni commentariorum cum publico jure? Dein falsum est Chaldæos phrasin hanc sumere sensu vario & multiformi, sed unico & constanti, ut jam demonstratum est, & posthac clariùs adhuc patebit; illos neminem alium, nisi ipsum summum *Jehovam* per *Verbum Jehovæ* intellexisse. Quod verò dicis Chaldæos intelligere voluisse per *Verbum Jehovæ* non nisi *attributa & affectiones*, falsum itidem est, nec unicum locum ex omnibus illorum scriptis mihi monstraveris, ubi *attributa vel affectiones Dei* per *Verbum Jehovæ* reddiderint. Atque hæc ut antè prolata, sic & ante refutata sunt, hanc tuam opinionem è diametro menti Chaldæorum contrariari. Nam ecce! ea ipsa attributa, quæ vel propriè ipsi summo *Jehovæ*, (ut omnipotentia, omniscientia &c.) vel impropriè per condescen-

tiam

tiam (ut actiones affectus, iræ, indignationes, vindictæ, misericordiæ &c.) attribuuntur; quæ tu nugaris, à Chaldæis per *Verbum Jehovæ* exprimi, à Chaldæis ipsi *Verbo Jehovæ*, neque tanquam instrumento, sed ipsi supremæ causæ, non minùs ac in textu Hebræo Summo *Jehovæ*, adscribuntur. Ringere ut voles, rumpantur licet ilia codro, nunquam te à tanta injuria expedies. Hic noster Irenopolitanus interpres pedem paulisper figere opinatur. Sed cum venia liceat mihi tua ipsius tela in te vertere. *Si Chaldæi hoc nomen Verbum Jehovæ non voluissent impositum Messiæ, eique non competeret propriè, id nunquàm factum fuisset in istis locis, in propria sede, ubi exprofesso de Messia agunt.* NB. *Et quibus locis nullus unquam vel Judæus vel Christianus ausus est contradicere, imò nec potuit.* Hic ausculta! Quid nobis indigitatur per *Verbum Jehovæ*? nonne ipse Summus *Jehova* vel certus in Deo subsistendi modus? Cur ergo vis nobis obtrudere alienum sensum, ut credamus, quod hæc nomenclatura *Verbum Jehovæ*, quæ de sublimitate divinæ naturæ agit, extare debeat in istis locis, quæ agunt de humilibus, abjectis naturæ humanæ, divina majestate indignis? Cui bono est ergò hæc citatorum locorum farrago? Et cum ipse arguas, nos hanc phrasin de Divinitate æterni λόγου intelligi velle; Cur ergo vis ut illa extet in locis de humana & mortali tantummodo natura agentibus? Nugaris quoque indicem omnium locorum de Messia agentium, ad vocem *Messias*, in Lexico Buxtorfii Rabbinico extare.

IRENOPOLITA.

Sed & nullus Veterum inter Christianos tale quid unquam somniavit de Joanne. Videantur duo excultissimi in utraque lingua Chaldæa & Hebræa, Origenes & Hieronymus: nunquam hoc commentum ipsis in mentem venit. Nec mirum, cum neutri quicquam de Chaldæis paraphrastis innotuerit, ut omninò mihi persuadeam post Hieronymi demum ætatem illos floruisse vel in lucem prodiisse: ut ita non fuerint natales eorum adeò vetusti, uti plerique Christianorum sibi persuasum eunt. De ipso Jonathane antiquissimo interpretum Chaldæorum non dubitat Ribera Jesuita doctissimus asserere ipsum post Hieronymum extitisse his verbis in Abdiam cap. 1. ad vers. 20. *Me*, inquit, *horum* (Jonathanis scilicet & Josephi vel Josippi Hebræi, non „Flavii) *autoritas parum movet, quoniam utrumque vixisse arbi-*„*tror post Domini adventum, imo & post Hieronymi ætatem. Ete-*„*nim neque Hieronymus neque ullus illorum temporum vel superiorum* „*hujus paraphrasis meminit, quæ Hieronymum certè diligentissi-*„*mum antiquitatis indagatorem, & semper ferè in Hebræis ver-*„*satum, omniaque illorum scripta & arcana scrutatum minimè*

„*late-*

„*latere potuisset: Sæpe illâ usus esset, sicut & cæterorum interpre-*
„*tum editionibus, sæpè eam contra Judæos protulisset.* Et paucis in-
„terjectis. *Adde quòd nihil certi de hoc Paraphaste tradunt au-*
„*tores. Galatinus* 40. *annis præcessisse dicit Domini natalem, sed*
„*sine autore dicit. Thalmudici ajunt eum vertisse Prophetas in*
„*Chaldæam linguam ex ore Haggæi, Zachariæ & Malachiæ, si-*
„*ne autore quoque ut solent.* Quid cum specie huic argumento opponi possit non video. Autumant nonnulli Justinum Martyrem in quæst. ad Orthod. quæst. 63. hujus paraphraseos facere mentionem. Sed nequaquam ibi meminit Jonathanis, sed tantum Syriacæ translationis. Vide ibid. a) Sixtus ipse conjecturæ suæ testem producit non antiquiorem Scriptorem, sed Jacobum Episcopum Christopolitanum, qui floruit circa annum Christi 586. Ne quid jam dicam de autore harum quæstionum, illum non Justinum Martyrem, sed recentiorem aliquem esse, uti egregiè ostendit Robertus Cocus in censura Veterum Scriptorum. Itaque meritò tanquam novitium & insulsum figmentum à nobis rejicitur hæc Vechneri conjectura.

RITTANGELIUS.

Dicis nullum Veterum inter Christianos tale quid somniasse de Ioanne, eum per τὸ *Verbum* intellexisse λόγον æternum? Falleris mi Irenopolita: Consule eos ipsos, quos tu, pro confirmanda hac re, ad tuas partes allegas, Origenem nempe & Hieronymum. Quod verò eos Origenem scilicet & Hieronymum in utraque lingua Chaldæa scilicet & Hebræa vocas exculti ssimos; Scias neutrum horum calluisse linguam Chaldæam. Nec mirum, quòd Chaldæorum formalia non citaverint, cum tamen Doctrinam Chaldæorum, publici juris factam, approbaverint. Doctissimi Riberæ autoritas non magni in Chaldæa lingua potest esse momenti. Audi homuncio, superioribus ante Riberam seculis, fuerunt Doctissimi sat multi in Latina & Græca lingua, quorum scripta Ribera non vidit, & ideo horum nec minimam infert mentionem: Indene sequitur, eos eo tempore non extitisse? Quid dicemus de seculo longe superiori, in quo Chaldæi floruerunt, quorum linguam nec Origenes nec Hieronymus vel ipse Ribera calluit.

IRENOPOLITA.

Si hariolationi standum esset, multo solidius evincitur, Chaldæos Paraphrastas, post divulgatum Thalmud in lucem prodiisse,

a) *Sixtus Senensis lib.* 4.

se; non pauca enim ex Thalmude mutuati sunt; uti fabellam Exod, 7.15.&8.16. de Pharaone divinationes faciente super aquis; desumptam ex Thalmud tract. Moed szaton fol. 18. 1: Sic fabula Gen. 3.24: de Gehenna creata ante mundum deprompta ex Pesachin fol. 54. 1: Deut. 32. 50. De arbore pro regibus plantata extat quoque in Tacanith fol. 14. 2: Fabulam de Asmodæo rege Dæmonum hausit paraphrastes ex Gittin fol. 68. 1: ubi fusius illa narratur. Illam de bove mille montes depascente Psal. 90. habet ex Bana Basna fol. 74. 2: Illud Levit. 11. 1: ut caveant sibi à pollutione 18 Terephot seu carnium discerptarum, extat quoque Cholin cap. 3. ubi initio Gemaræ ajunt 18 species Terephot expositas esse Mosi in monte Sinai. At quàm belle hoc convenit cum Majmonide in libro de mactatione, ubi ait octo tantùm species Mosi traditas esse? De Isai consilio serpentis mortuo Ruth. 4. vers. ult. extat quoque Sabbath fol. 55. 2: Et plura passim hujus generis in Thargumim observare licet, quæ in utroque Thalmude occurrunt.

RITTANGELIUS.

Chaldæos post divulgatum Thalmud in lucem prodiisse, eò quod hæc à te supradicta ex Thalmude desumpta esse asseris; falsissimum est. Inverte hoc tuum figmentum & veritas ipsa apparebit. Nempe sic: Chaldæos ante divulgatum & conscriptum Thalmud in lucem prodiisse, patet ex hoc, quod Thalmud illorum scripta citat & approbat. Nam hæc paraphrastæ non ex Thalmude, sed Thalmudistæ à Paraphrastis mutuati sunt. Hisce acquiescendum est. Benevolum Lectorem monere debemus, Irenopolitam nostrum fortè nunqum Thalmud vidisse, sed hæc omnia ex Buxtorfii Lexico majori descripsisse. Habet & ille suos errores. Nullus est tractatus Thalmudicus *Bana Basna* inscriptus. Transeamus cæteras hallucinationes, & ad rem: Nam & hic novo lædendi uteris genere ad polluendum bonorum & piorum virorum scripta, super optimum illibatæ veritatis semen, tuum zizaniæ toxicum seminando. Nemini prudentiori hoc persuaseris, doctissimos illos primævos Hebræorum Sapientes & Legisperitos, adeò obesæ naris fuisse, ut has à te citatas ænigmaticas parabolas (quæ literaliter, ut supra diximus, absurdæ & ridiculæ videntur) adliteram intelligi voluerint. Nec universum hoc latet mundum, quantam curam, diligentiam & laborem, impenderint, & in hunc usque diem impendant, ut secretiora sua, non dicam à nobis, sed à sua propria gente abscondant. Et quò quid apud eos sanctiùs, eò quoque secretiùs est illis. Nam omne Sanctum apud illos est

secre-

ſecretum. Unde Rabbi Simeon filius Jochoæ de lapide abſciſſo ſine manibus (per quem vult intelligi Meſſiam æternum λόγον apud Deum Patrem, ab oculis omnis viventis, reconditum) dicit: iſtum lapidem uſque ad infinitatem aſcendiſſe, a) ubi nec omnium angelorum Chorus ſublimitatem ejus apprehendere poteſt. Paucis interjectis, idem ad verba Eſai. 53. dicit: In die illa implebitur: *Et ille*, (intellige lapidem abſciſſum ſine manibus) *deſpectus eſt propter iniquitates noſtras*, hoc eſt, factus eſt prophanus & communis. Quaſi dicat, Sanctiſſimum illum lapidem, quem anteà univerſus cœleſtis exercitus ſummo cultu divino, dum adhuc abſconditus erat, proſequebatur, poſt ejus revelationis tempus prophanum fore & communem. Nam ſecretum divulgatum amplius ſanctum non eſt, ſed prophanum & commune. Et hæ ænigmaticæ parabolæ vocantur *Lex Oretenus tradita*, hæc enim ſub illis latet, quam etiam Seniores Iſrael ſuccenturiata linea ſibi fideliter tradiderunt. De qua lege Rabbi Meierum tuum, quem tu toties in tuam perniciem ad tuas partes vocas. b) Qui dicit, tempore, quo prævaluit contra eos impiorum perſecutio, labefactata eſſe ipſorum corda, operam dare legi, propter ſummam oppreſſionem & multiplicia onera, quibus fuerant aggravata, ita ut ferè tota *Lex Oretenus data* oblivioni tradita fuiſſet (anteà enim non erat licitum legem oretenus datam ſcriptis reddere.) Si non iſtius ſeculi Doctores & Legiſperiti unanimi conſenſu curaſſent illam ſcriptis mandare. Nec talia ulli ſub juramento concredita fuerunt, niſi viris probatæ vitæ, fidei & pietatis. Quos motus reperierit talium ſecretorum in publicis concionibus introductio, legat qui velit defenſorium ſcriptum Doctiſſimi Viri Anbunith Abraham & Rabbi Selomo filium Adereth. Et Anathema Barcelloniorum &c. Quæ igitur tu de hâc materiâ infers, ex Buxtorfii Lexico majori Rabb. deſcripſiſti. Inde velim ſcias, nec Galatino, nec Reuchlino multò minus Buxtorfio quicquam de his innotuiſſe. Nec mirùm quod tales ænigmaticæ parabolæ ipſis ſurdæ ridiculæ viſæ ſint. Quid enim Buxtorfio cum Judæorum ſecretioribus? Sufficiat ipſi fama, quam vertendis & componendis lexicis pro tyronibus acquiſivit, ne eandem, iiſdem perdat, cum ea, quæ captum ipſius ſuperant, allegat.

IRENOPOLITA.

Ne autem ſingulis locis à Vechnero productis diutiùs immoremur, unum alterumvè excutiemus, unde de reliquis poterit judicium fieri: ut cum in Thargum Hieroſol. Verbo Dei

a) *Rabbi Simeon filius Jochoæ.* b) *Rabbi Mejer de lege oretenùs data.*

tribuitur vox seu loquela Gen. 3. 2. 1: *Dixit Verbum Domini Dei, ecce Adam &c.* Gen. 6. 3: 30. 22: Exod. 3. 14. *Et dixit Verbum Domini ad Mosen* & cap. 13. 18: cum quo convenit cap. 4. 5: 19. 19: Num. 25. 5: Deut. 3. 3: ubi eadem locutio. Ibi per metonymiam intelligendum esse ejusmodi Verbum, cujus interventu Deus se ipsum revelavit vel voluntatem suam patefecit, idem Thargum nos docet, cum hanc alibi sic exprimit, *Dominus dixit in Verbo suo*, velut: Exod. 15. 2: Deut. 33. 26: *Dixit in Verbo suo*, quanquam voces illæ *in Verbo suo* etiam sequentibus jungi possint. Atque hoc modo convenienter Verbo Dei tribuitur loquela tanquam causæ instrumentali seu mediæ. Hinc quoque revelatio Majestatis divinæ interventu hujus Verbi facta dicitur; uti Gen. 18. 11. 2: ubi Hebræus fons habet: *& respexit ad eum Dominus*, ibi Thargum Onkelos reddit. *Et revelatus est Dominus.* Hierosolymitanum vero: *Et revelatum est illi Verbum Domini.* Sic & Jacobo, Gen. 35. 9: Hebr. *Et respexit Deus ad Iacobum*, Tharg. Onkelos: *Et apparuit seu esse revelatus est Dominus Iacobo.* Hierosol. *Et revelatum est illi Verbum Domini:* Paulò post: & revelatum est Verbum Domini Jacobo. Unde colligitur, Verbum Domini ibi non differre ab ipso Domino. Exod. 6 3: *Visitavi vel respexi* Abrahamum: Onkelos *revelatus sum:* Hierosol. *Revelatus est in Verbo suo Dominus Abrahamo.* Ubi de alloquio vel suggestu prophetico commodè accipitur facto olim Patriarchis in sumno vel visione. Si quis hic velit personam intelligere, non nisi creatum angelum concipere poterit, cujus ministerio Deus olim prophetis aliisque sanctis arcana sua patefecit.

RITTANGELIUS.

Ubi *Verbo Iehovæ* tribuitur vox seu loquela, ibi per metonymiam intelligendum esse tale *Verbum* asseris? Pace tua iterum dixerim, hoc non esse verum. Ad majorem hujus rei elucidationem recurramus ad fontem Hebræum. Quid dicit textus Hebræus? *Et dixit Iehova.* Quis est iste Jehova? textus Hebræus, *Deus.* Audiamus Chaldæum, *Et dixit*, Quis? Chaldæus, *Verbum Jehovæ.* Quodnam est hoc Verbum Jehovæ? Chaldæus, *Deus est hoc Verbum.* Nihil certè insulsius est dicere Hebræorum *Jehovam*, quem Chaldæi per *Verbum Jehovæ* exprimunt, per metonymiam esse Verbum, cujus interventu se Deus in sumno revelavit. Nam quantum hic monstri nasceretur, mox patebit. Quodnam est hoc Verbum per metonymiam intelligendum? Irenopolita, *Deus.* Pudeat te tui commentarii. Cætera nihil ad rem, sed contra te faciunt, ignorantiam tuam stu-

pendam in linguis Orientalibus prodendo. Primò Gen. 18. 1. fons Hebræus non habet *respexit*, sed *visus est* vel *apparuit*. Secundò, nec Gen. 35. 9: habet *respexit* sed itidem *visus est* vel *apparuit*. Tertiò, nec Exod. 6. 3: habet *respexi*, sed iterum *visus sum* vel *apparui*. Hisce verò in locis *Verbum Iehovæ* de alloquio vel suggestu prophetico in somno (in somno debuisses dixisse) vel visione Patriarchis facto posse intelligi, veritati iterum repugnat. Nam audi eandem ubique cantilenam. Quid dicit textus Hebræus. *Et apparuit*. Quis? textus Hebræus, *Jehova apparuit*. Chaldæus hunc *Jehovam* per *Verbum Jehovæ* exprimens, dicit; *Verbum Jehovæ apparuit*. Præterea scito *Verbum* propheticum *fieri* ad prophetas, *non apparere*. Nullibi monstrabis, *Et apparuit Verbum propheticum*. Adhuc audi, in quo autore Hebræo legisti unquam, quòd verbum propheticum ore prolatum vel verbum per metonymiam intelligendum in somno vel visione Prophetis apparuerit? Rudis adhuc es in hac scientia. Denique te verborum tuorum valdè immemorem esse video. Dum enim argumenta argumentis connectis, ac per sacrarum literarum latissimos campos infrenis equi libertate debaccharis, in re tam seria, quam defensurus aggressus es, tibi ipsi contradicis. Nam hæc est etiam sententia Chaldæorum, Apostolorum, & omnium nostrum, nempè *Verbum Jehovæ* non differre ab ipso *Jehova*. NB. Benè igitur hîc facis, dum distinguis inter similitudinem & æqualitatem, siquidem illud picturam, hoc verò ipsius rei essentiam imitatur. Avis viva aëris spatia transvolat, picta inhæret parieti. (Hæc cum venia dicta sunt.) Verum non diu perseveras in hac sententia, nam statim subjungis, per *Verbum Jehovæ* non nisi creatum angelum concipi posse &c, quod falsum est.

IRENOPOLITA.

Nonnunquam autem vocabula *Jehova* & *verbum Jehovæ* eodem significatu accipi vers. idem 3. ostendit: nam ubi Hebræus & Onkelos habent: *Et nomen meum Jehova non indicavi illis*, ibi Hierosol. vertit, *& nomen verbi Jehovæ non indicavi illis*. Quis verò existimabit, mentem Paraphrastæ esse, nomen Messiæ non revelavi patribus vestris, sed huic seculo reservavi? Nihil minus; uti ex loco ipso liquidò constat, ubi duo nomina Dei *Schaddai* & *Iehova* opponuntur, illo ait Deus se revelatum fuisse Patriarchis, non hoc. Semper autem fermè Paraphrastæ nomen *Iehovæ*, non *El*, *Elohim*, *Schaddai &c.* describunt hac locutione *Memra Iehovæ*, ut hoc pacto pro superstitione sua perfamiliari nomen Jehovæ ἀρρητόν exprimant. Hanc phrasin

autem ex mente paraphraſtæ de revelatione Majeſtatis ſeu potentiæ Divinæ ſumi magis adhuc clareſcit ex Tharg. Hieroſol ad cap. 12. Exod. verſ. 42: ubi ter hæc locutio occurrit, *Nocte prima*, inquit, *cum revelaretur mundo verbum mundi Domini, erat mundus inane chaos.* Paulo poſt: *Nocte ſecunda cum apparere verbum Domini Abrahamo inter ſegmenta, erat Abraham centum annorum.* Paucis interjectis: *Nocte tertia cum pateſieret verbum Domini Ægyptiis media nocte &c.* in quo tertio membro, *Verbum Domini* optimè refertur ad angelum populi Iſraelitici eductorem. Huic ſententiæ non obſcurè ſuffragatur Jonathan, ſæpius angelum hunc appellans *verbum Domini*, veluti Exod. 12. 23. *Et tranſiit verbum Domini januam, neque permittet angelum vaſtatorem adſcendere in domos veſtras.* Ubi quidem videtur verbum Domini diſtinguere ab angelo Mechabla vel ἐλοήβωτη, cujus mentio fit in Thargum Hoſ. 13. 14: & Cant. 2. 2: uti & Hebr. 11: Sed ita tamen, ut per illud intelligat bonum angelum protectorem populi Judaici. Sic eodem cap. 12. verſ. 29: habet *Verbum Domini* trucidavit omnem primogenitum. At ex hiſtoria hanc interneciorem feciſſe angelum perditorem. Vide quoque Exod. 23. 20: collato cum Deut. 31. 3: ubi Thargum *Verbum Domini Dei tui tranſivit ante te.* Certum autem eſt, angelum illum, in cujus medio poſuerat Deus nomen ſuum, ductitaſſe populum per deſertum in terram Canaan. Quis enim adeò injurius erit in divinam Majeſtatem, ut ſtatuat illam deſcendiſſe ex luce illa inacceſſa, atque terrenis his negotiis ſe immiſcuiſſe? Unde optime Irenæus: Quis credat ſummam illam majeſtatem deſcendiſſe? &c.

RITTANGELIUS.

Dolus eſt, cum aliud dicitur, aliud ſimulatur. Falſiſſimum eſt *Nonnunquam*, Veriſſimum, Nunquam non vel potius ſemper Chaldæos Vocabula *Jehova* & *Verbum Jehovæ* eodem ſignificatu accipere. Nam ubicunque Chaldæi habent *Verbum Jehovæ*, ibi ſemper volunt intelligi ipſum *Jehovam*. Nunquam mihi hoc monſtrabis, Chaldæos creatum Angelum, vel aliam quamvis creaturam, aut horum proprietates, affectus, actiones, figuras, vel attributa per *Verbum Jehovæ* expreſſiſſe. Secundò. Nec te latet, quòd diſſimulas, nos confiteri æternum λόγον ſuſcepiſſe humanam naturam, non tamen amiſiſſe divinam. In his igitur locis, ubi de Meſſiæ divina natura agitur, ibi habebis *Verbum Jehovæ*, ubi verò de humana, ibi nomen *Meſchicha*. Tertiò; Non nomina ſed ſignificata nominum ſibi opponuntur. Nam nomen *Schaddai*, eſt nomen certi attributi divini;

Jehova

Jehova verò, nomen essentiale, ipsissimam notans essentiam divinam, non actiones, non operationes. Hinc patet, te non intelligere hujus loci sensum. *Et nomen meum Jehovæ non notum feci illis.* Quartò dicis: Semper fermè paraphrastæ nomen *Jehovæ*, non *El*, *Elohim*, *Schaddai* describunt hac locutione *Memra Jehovæ*. Hoc quoque falsum est, Chaldæos non *El*, *Elohim* per מימרא *Memra Jehovæ* (*Verbum Jehovæ*) describere: si enim hanc tuam ipsius scripturæ locorum sylvam inspexeris, contrarium invenies. Quintò; Hanc phrasin ex mente Paraphrastæ de revelatione majestatis seu potentiæ Divinæ sumi, & ex Tharg. Hierosol. ad cap. 12. Exod. vers. 42. claresce re, falleris. Quænam est ista majestas? Creata ne an non? Si creata, dictum jam est, Chaldæos per hanc phrasin *Verbum Jehovæ* nullam creaturam, sed semper ipsum summum Jehovam creatorem omnium solum exprimere. Sextò; Falsum itidem est, Chaldæos per prædictam phrasin exprimere angelum creatum, vel angelum populi Israelitici, per desertum ductorem fuisse creaturam. Est enim hoc contra mentem & doctrinam omnium Judæorum. Septimò; Hic frugi vir esse incipis, nam infra ad cap. 12. Exod. vers. 29. Dicit *Verbum Jehovæ* vel Hebræorum *Jehovam* esse ipsum angelum malum vastatorem. O blasphemum os! Hîc verò distinguis *Verbum Iehovæ* ab angelo malo vastatore, & paulò post iterum id impugnas. Octavò: Ne falsitatis accuseris, pro more tuo, citatorum verborum Irenæi locum prætermittis. Num vel hæc ex ullo audivisti aliquando? Omnia certè ad voluntatem tuorum asseclarum loqueris, nihil ad veritatem.

IRENOPOLITA.

Ut autem Vanitas hujus commenti magis appareat, vellem rationem hariolatores reddant: Cur Paraphrastæ, si hac voce significare voluissent λόγον Dei substantialem, id non fecerint in omnibus istis locis, ubi angelo tribuitur nomen *Iehova*, & quæ de angelo increato seu filio Dei Domino & Principe angelorum exponunt. Uti angelus ille qui apparuit *Agari* Gen. 16. 7. 13: *Abrahamo* Gen. 22. 11. 16: Qui deduxit Israelitas per desertum Exod. 23. 20: confer Deut. 31. 3. qui apparuit Gedeoni Jud. 6. 11. 14: At certum est in illis locis non tribui angelo nomenclaturam *Memra Iehovæ*. Quæ autem Gen. 22. 16. Onkelos habet. *& dixi in Verbo meo, vel apud me ipsum juravi*, ibi angelus personam Dei sustinens illum loquentem introducit. Neque dicitur ibi, juravi per *Memra Iehovæ*. Semper etiam, ubi juramentum Deo tribuitur, hæc phrasis sic occurrit, tam apud Jonathanem quàm Onkelos. Quòd verò uterque Thargum ista ad lo-

cum 23. 21: *Quia nomen meum in medio ejus*, reddunt, *quia in nomine meo sermo vel alloquium ejus*, eò manifestè significarunt, hunc angelum tanquam legatum nomine Dei affaturum esse Israelitas, ut quicquid ille jussurus vel acturus esset, tanquam ab ipsomet Deo profectum esse censerent. Unde valdè probabilis, si non indubia, quorundam Christianorum & Judæorum sententia videtur, ope ac ministerio hujus angeli omnia tàm bona quàm mala eveniisse populo Israelitico, atque Deus per hunc providentiæ suæ opera executus fuerit. In hunc etiam sensum Thargum Deut. 31. 3. exponit, *Verbum Domini Dei tui transivit ante te.* Sic & angelus Joh. 6. 2: vocatur *Iehova*, uti quoque Jud. 6. 14: ubi Thargum reddit nomen Jehova, non verò *Memra Domini*, uti & in aliis, quæ angelo tribuunt nomen Jehovæ, & Trinitarii de Filio Dei solent exponere, in iis debuissent Paraphrastæ hanc phrasin usurpare.

RITTANGELIUS.

Proh dolor! quoties inculcatum est Chaldæos per *Verbum Iehovæ* neminem alium nisi ipsum summum Jehovam creatorem omnium intelligi velle, nunquam angelum creatum vel aliam quamvis creaturam. Nam hæc à te citata loca Gen. 16. 7: Gen. 22. 11: Exod. 23. 20: Jud. 6. 11. 14: loquuntur de Angelo creato. Cætera verò loca, ut Gen. 22. 16: Gen. 16. 13: Deut. 31. 3: de ipso summo Jehova omnium creatore. Ideoque Chaldæus in his locis habet *Schechina* & *Memra Iehovæ* (*Verbum Iehovæ*;) in illis verò, *Mallacha Iehovæ*, (*Angelus Iehovæ.*) Dein falsum & hoc est, quòd Angelo creato tribuatur nomen *Jehovæ*. Vel ubi hoc legisti, illum Angelum, de quo Exod. 23. 20: agitur, duxisse Israelitas per desertum, & illum ipsum esse filium Dei Angelum increatum, Dominum & Principem Angelorum, juxta Trinitariorum sententiam? Utrumque falsum est, & hoc, & quod addis, nempè *valdè probabilem, si non indubiam, quorundam Christianorum & Judæorum sententiam videri, hunc Angelum tanquam legatum nomine Dei affaturum esse Israelitas &c. atque Deum per hunc providentiæ suæ opera executum fuisse.* Ringere ut voles, nunquam te a tanto crimine expedies. Omnes enim Israelitæ ἀσυνόδοι bellum huic sententiæ indixerunt. Et quæ tandem est hæc consequentia? Georgius vel Martinus solent hoc tempore hunc locum Jud. 6. 14. exponere de filio Dei; Ergò Paraphrastæ (quorum primus Jonathan tempore templi secundi suam paraphrasin concinnavit, &c.) debuissent hanc phrasin ibi usurpasse. Calx sine arena.

Nec leve argumento noſtro pondus addit, quòd Syrus interpres nunquam æmulatus ſit hanc Chaldæorum dictionem, quî tamen meliori jure hæc potuiſſet & debuiſſet facere, quàm Evangeliſta Joannes: ſed in propria ſede Joh. 1. & 1: Joh. 1. 1: utitur voce *milta* denotante *Verbum*. Num putabimus Syrum hoc myſterium latuiſſe? vel commentatores noſtri ſeculi emunctioris fuiſſe naris? nec eſt quòd obvertas, Syriaco idiomati hoc vocabulum *Memra* inuſitatum eſſe; habet illud non minus ſuum *Memar* quàm Chaldaica dialectus, neque hoc diſſimulat Heinſius in ſuis Exercitationibus ad cap. 1. Joannis, ubi pro familiari ſua temeritate commentatur. *Chaldæis autem quantum tribuerit Evangeliſta, quem dilexit Dominus, quem φίλον κυρίε ἐπιστήθιον Græci dicunt, vel ex voce Memar, qua Sermonem dixerunt illi, à quo hic principium deduxit, planum eſt. Apparet ergò linguam illi aliam in animo fuiſſe, quamvis id in Græca vix apparet, neque Syrus hìc nos juvat.* At nihil obſcurius eſt Joanni hanc Chaldaicam dictionem in animo fuiſſe, nec vel leviſſimum hujus rei indicium extat ibi: & veriſſimè agnoſcit, Syrum nihil ſubſidii præbere huic figmento, ut ſane mirum ſit, viros eruditos tam audacter hanc mentem Johanni affingere. Quamvis autem inter Græcam & Chaldaicam vocem maxima ſit ſignificationis vicinitas, quis tamen inde certò colliget, Evangeliſtam eò habuiſſe animum intentum? certè ejuſdem vocabuli uſurpatio non facit, ut quis ad eum autorem reſpexerit vel inde mutuatus ſit, qui illo prius uſus eſt. Idque magis hic locum obtinet, cum Chaldæi Paraphraſtæ nunquam eo ſenſu hanc vocem ſumpſerint, uti Evangeliſta noſter; Sed maximè utuntur hac phraſi, ubi ἀνθρωποπάθεια, vel miraculum arguens ſingularem veluti præſentiam, vel prophetica inſpiratio, vel ſimile quid memoratur, ſicuti Coccejus in Jobum commentatur ad cap. 2. 5: p. 35: quod verò ibidem addit; *Nam & creaturis accommodat hanc phraſin eo modo quo animæ ejus &c.* id non tantum locum habet in creaturis ſed in Deo; uti ex catalogo manifeſtum evadet. Sic etiam inani nititur conjectura, cum ibi ſubjungit: *Non dubito quin à Patriarchis & Prophetis fluxerit hic loquendi modus:* Saltem vel unicum ex iiſdem promere debuiſſet indicium, ne majorem lectori dubitandi anſam præberet. Ut autem magis pateſcat, quàm variè hæc phraſis ſumatur, non abs re erit contexere indicem omnium locorum ex Pentateucho, ubi hæc vox à Jonathane Deo tributa legitur. Non addimus hic ex paraphraſi Onkeloſi, quia pleraque illius loca jam antè à nobis obſerva-

ſervata ſunt, ubi tamen conſenſus utriuſque Paraphraſeos occurrit, verbo indicabimus.

RITTANGELIUS.

Recordare quæſo iſtius Arabici proverbii; *Ne jacias ſagittam in idolum ferreum.* Sagitta enim, dum in duritiorem mittitur materiam, revertitur & vulnerat vulnerantem. Liceat igitur & mihi *Irenopolitanum tuum mucronem, vel potius Salmurienſem illum pugionem* in te ipſum vertere. Nec leviſſimorum omnium leviſſimum quidem pondus argumento veſtro hoc addit, quòd Syrus interpres hanc Chaldæorum dictionem *Memra* nunquam æmulatus, ſed voce *Milta* uſus eſt: Nullo enim jure potuit & debuit hoc facere. Elumbis eſt hæc argumentatio: Syrus interpres, Theodotion, Symmachus, Aquila Ponticus &c. nunquam æmulati ſunt Chaldæorum dictionem *Memra*: Ergo Evangeliſta eò non habuit animum intentum, vel ſi mavis, Syrus interpres nunquam Chaldæorum vocem *Memra* æmulatus eſt, nullo enim jure potuit & debuit hoc facere, Ergo Chaldæi Paraphraſtæ nunquam & *Memra* eo ſenſu, quo Evangeliſta noſter, ſumpſerunt. Adhuc audi; Irenopolitanus noſter interpres nunquam æmulatus eſt hanc Chaldæorum dictionem *Memra*; Ergò Chaldæi hac phraſi utuntur, ubi ἀνθρωποπάθεια vel miraculum arguens ſingularem veluti præſentiam, & prophetica inſpiratio, vel ſimile quid memoratur. Logica hîc nos arte conſtringis. Pudeat te. Haudquaquam Heinſius in ſuis exercitationibus vos juvat. Si enim tu cum Heinſio differentiam, quæ eſt inter Chaldæos Paraphraſtas & Syrum interpretem, obſervaſſes, nunquam te ita turpiter dediſſes. Minimè igitur hic id obtinet locum, Chaldæos Paraphraſtas hanc phraſin nunquam eò ſenſu ſumpſiſſe, quo Evangeliſta noſter: Cum Paraphraſtæ eam ſemper, ſicut ſupra jam demonſtratum eſt, eodem unico & conſtanti ſenſu, uti & Evangeliſta noſter, ſumpſerint. Ut tandem adhuc magis pateſcat, eos non vario & multiformi ſenſu hanc phraſin uſurpaſſe, proximè ſequentem tuum ſupra Pentateuchum annexum indicem examinare aggredimur. Deus faxit, ut hæc omnia cedant ad nominis ſui gloriam, noſtrorum omnium doctrinam, tuam & omnium tuorum aſſeclarum converſionem & ſalutem.

DICTA GENES.

IRENOPOLITA.

Cap. 2. verſ. 8: *Et plantatus eſt in vel cum Verbo Domini Dei hortus in Eden pro juſtis ante creationem mundi:* ubi optimè pro decreto vel conſilio Dei ſumitur.

RITTANGELIUS.

Tua cum venia, *Chaldæus habet*; *Et plantatus eſt cum vel in erbo Jehovæ DEO* (non Dei) *hortus ex* (non in) *Eden pro juſ ante creationem mundi.* Jam ſi hæc tuis comparaveris ſomniis, agnus mihi eris Apollo. Hic jam arrige aures! Textus Hebræus dicit: *Et plantavit hortum*, Quis? (Textus Hebræus) *ehova*; Chaldæus hunc Hebræorum Jehovam nominitat *Verm Jehovæ.* Noſter Irenopolita, *Conſilium vel decretum plantvit hortum.* Conferamus (Quis eſt ille Jehova, qui plantavit ortum? Textus Hebræus) *Deus.* Dic tu Chaldæe, quis eſt ille, iem tu Verbum Jehovæ nominas? Chaldæus, *Deus eſt.* Irepolita dicit conſilium vel decretum eſt Deus. Hæccine verò, iam toties jactas, genuina Chaldæi interpretatio eſt.

IRENOPOLITA.

Cap. 3. verſ. 8: *Et audiverunt vocem Sermonis Dei.* Idem quoue habet Onkelos, hoc eſt, vocem diſtinctam, articulatam, cum ipſis, idem etiam v. 10: *& dixit Sermocinantem vocem rmonis tui audiebam.* Sic & Onkelos.

RITTANGELIUS.

Ne quid nimis, de nulla *articulatione* hîc ſermo fit, ſed de *oce deambulante:* de cujus verò voce hoc in loco agitur? Textus Hebræus, de *Voce Jehovæ.* Chaldæus *Verbi Jehovæ* (Quis t ille *Iehova*, quem Chaldæus *Verbum Jehovæ* vocitat? Textus Hebræus & Chaldæus) *Deus eſt.* Sed adhuc eſt quod ſub cudem revocandum venit in poſteriori membro: Nam duplex i committitur vitium & tranſlationis & interpretationis. Tran-

lationis itidem duplex est. Primum dum verba decimi versus citando dicit, *Et dixit Sermocinantem vocem Sermonis tui audiebam*, cum Chaldæus habeat, *Et dixit vocem Verbi tui audivi in horto &c.* nec hìc ulla *Sermocinationis* fit mentio. Secundum vitium est dum dicit; *Sic & Onkelos*, cum Onkelosi formalia ad Verbum cum Jonathanis Paraphrasi concordent: nempè *Et dixit Vocem Verbi tui audivi in horto &c.* Interpretationis vitium ex ipsa supra collati textus inspectione patet.

IRENOPOLITA.

Vers. 23: *A fructu arboris vitæ, quem præparaverat vel ordinaverat Verbum Domini custodire:* Id est decretum Dei.

RITTANGELIUS.

Quàm hæc ejus versio cum Chaldaica paraphrasi concordet non video. Chaldæus hæc habet: *Melius est servare legem, quàm fructum arboris vitæ, quem præparavit Verbum Jehovæ, custodire &c.* Ad cætera supra responsum est, & post hæc dabitur larga pluribus probandi occasio, Chaldæos per *Verbum Jehovæ* indigitare ipsum *Jehovam*, non decretum.

IRENOPOLITA.

Cap. 4. vers. 26: *Et exstruxerunt idola sua in nomine Verbi Domini.* Quasi illa mandato Dei colerent.

RITTANGELIUS.

Ad Garamantes & Indos es relegandus, ut saniori redeas mente. Toto enim cœlo tua versio à Jonathanis paraphrasi aberrat. Jonathan hæc habet, *& cognominarunt idola sua nomine Verbi Iehovæ.* Tuam nunc applica versionem, Chaldæus dicit *cognominarunt*, Tu verò, *exstruxerunt.* Chaldæus *nomine Verbi Iehovæ*, Tu verò, *mandato Dei.* Egregium sanè Chaldæi interpretem! Sublato jam fundamento, corruit tota tua de *mandato* superædificata structura.

IRENOPOLITA.

Cap. 5. vers. 2. *Et benedixit illis in nomine verbi sui.* Vide infra cap. 24. 1.

RIT-

RITTANGELIUS.

Quoniam nos ad capitis vigesimi quarti primum versum remittis, eousque sententiæ à te latæ examen differamus.

IRENOPOLITA.

Vers. 22: *Et ascendit* (scilicet Enochus) *in verbo coram Domino, & vocavit nomen ejus Metatrum, Scribam magnum.* Ubi significat jussu vel potentia Dei adscensionem hanc factam esse.

RITTANGELIUS.

Anserinos hîc habuisti oculos. Chaldæus habet *Mitatrun* in prima syllaba *Chirek*, & in fine *Nun*, non *Mem*. Adhuc audi. Textus Hebræus habet, *Quia accepit eum*, (scilicet Enochum.) Quis accepit eum? Textus Hebræus, *Deus accepit eum*; Chaldæus hunc Deum vocat *Verbum Iehovæ*. Interpres noster Regius & tam egregius vult hunc Hebræorum *Jehovam* vel *Deum*, quem Chaldæi per *Verbum Jehovæ* exprimunt, esse *potentiam* vel *jussum*. Applica: *Jehova accepit Enochum*, id est. *Jussus & potentia accepit Enochum*. Nugæ.

IRENOPOLITA.

Cap. 6. vers. 3. *Et dixit Dominus cum verbo suo, non judicabitur &c.* Targum Hieros. *& dixit Verbum Domini: non judicabuntur &c.* Eadem phrasis, ubi Deo tribuitur, quòd aliquid dixerit cum Verbo suo, vel apud se ipsum decreverit, occurrit etiam infra cap. 8. 21: cap. 18. 17. 29: 31. 30. Exod. 23. & 3. 17. & 22. Targum Hieros. Exod. 13. 19. 1. 17: Sic & Jonathan. Num. 15. 2. 17: Creberrimè etiam Onkelos usurpat, ubi vel deliberationem vel decretum, aut consilium, quod divina mens (ut sic loquar) apud se ipsum facit, denotare vult. Idem hæc loquendi formula Chaldæis valet, quod Hebræis, in corde vel animo suo dicere. Satis autem appositè Chaldæi ratiocinationis actum hic describunt, qui nihil aliud est, quàm interna vel occulta sermocinatio cum intellectu vel mente. Hoc pacto etiam de hominibus Paraphrastæ sumunt. Sic Jonathan Num. 20. 32: *Surrexit vir quidam è Domo Josephi & dixit cum Verbo suo*, vel apud se ipsum. Non est igitur hic fingenda persona λόγου substantialis, cum qua Deus sermones miscuerit, aut consilium inierit. Vide reliqua huc pertinentia supra.

RITTANGELIUS.

Scripturæ loca tanquam cinerem ſpargis, quæ omnia contr
te faciunt. Textus Hebræus dicit in his locis, *Dixit Jehova*
Chaldæus *Verbum Jehovæ dixit*; Irenepolita, *Deliberatio, de*
cretum vel conſilium dixit. Vel ſi mavis. *Et dixit Dominus cu*
verbo ſuo, habet Chaldæus; Textus Hebræus. *Et dixit Dominu*
apud ſe ipſum: Irenopolita; *Dixit Dominus ad deliberationem*
decretum vel conſilium ſuum. Quod tandem per Num. 20. cap
23. verſum verba probare conaris, *hoc pacto etiam de hominibi*
Paraphraſtas ſumere hanc phraſin: Scias me anxiè hunc locut
quæſiviſſe, verùm irrito labore nec hoc nec aliis in locis me
exemplaris invenire potuiſſe. Ad cætera ſupra reſponſum eſt.

IRENOPOLITA.

Verſ. 6: *Et pœnituit Dominum in vel cum Verbo ſuo, quod fe*
cerat homines in terra: & doluit contra illos. Onkelos reddit
dixit cum verbo ſuo. Utrumque etiam Onkelos habet. Ubi pœ
nitudo & dolor tribuuntur Verbo Dei, vel decreto ejus, qu
antea ſtatuerat hominem condere.

RITTANGELIUS.

Novum & inauditum hoc interpretandi genus eſt. Prim
Textus Hebræus: *Et pœnituit Jehovam.* Chaldæus hunc Jeho
vam vocat *Verbum Jehovæ.* Interpres noſter Irenopolitanus. E
pœnituit Verbum ſcriptum, literam mortuam vel decretum per ver
bum ſignificatum, quòd fecerat homines vivos in terra. Sed audi
Vel Verbum ſcriptum & decretum per verbum ſignificatum &
Jehova unum ſunt vel non. Si prius: ταυτολογίας vitium, grand
apud eos nefas, Chaldæis iniquè affingis. Si poſterius: Docea
me quæsò, quid ſit *pœnitere decretum vel Verbum ſcriptum*, &
quomodo *pœnitudo*, quam & *Iehovæ incomprehenſibili* & *Verbo*
ſcripto vel *decreto* ejus attribuis, in ipſo *Iehova* & verbo ſcripto
vel decreto ejus differant? Aut iuſtruas me, quomodo ſcias,
quando *pœnitudo* ipſi Jehovæ ſit adſcribenda, & quando *decreto*
vel *Verbo ſcripto*? Secundo; Chaldæi Jonathan & Onkelos, u-
terque habent & *converſus eſt Iehova cum Verbo ſuo* & non *pœ-*
nituit. Tertiò; Nullus quoque horum habet. *Et doluit:* Sed
Jonathan habet: *Et diſceptavit.* Quartò: Nec Jonathan habet
contra illos, ſed *ſuper eis.* Audi jam, *Et diſceptavit ſuper eis cum*
Verbo ſuo, (Quis diſceptavit?) Textus Hebræus, *Iehova*, Chal-
dæus,

dæus, *Verbum Iehovæ.* Cum quo disceptavit? *cum Verbo suo dicit Chaldæus.* (Dic tu Hebræe cum quo disceptavit *Iehova?*) *cum se ipso.* Quodnam est illud Verbum? (Chaldæus, ipse summus Jehova) Textus Hebræus idem dicit. Audiamus nostrum Irenopolitam. *Et disceptavit.* (Quis?) Irenopolita, *Verbum prophoricon* vel *decretum:* (Cum quo disceptavit?) Irenopolita, *Verbum prophoricon vel decretum disceptavit cum Verbo prophorico vel decreto.* Si hæc quis tuis comparaverit nugis, vapulabo.

IRENOPOLITA.

Vers. 7: *Dixit Dominus: Tollam hominem Verbo meo &c.* id est, vindicta vel ira mea, cujus muneris minister est verbum Dei.

RITTANGELIUS.

Et hoc, non solum novum, sed & horrendum quoque monstrum est. Christus Jesus Dominus & Salvator noster Luc. 18. cap: 19. versu dicit. *Nemo bonus nisi solus Deus.* Tu hunc unicum solum summèque bonum Deum dicis esse vindictam & iram, vel quod magis est absurdum, hujus muneris ministrum saltem. Nam audi, Textus Hebræus dicit: *Et dixit Iehova delebo hominem &c.* Chaldæus hunc Hebræorum *Iehovam* vocat *Verbum Iehovæ.* Interpres noster Irenopolitanus, Verbum scriptum, nempe ipsa litera mortua, quæ vindictæ & iræ Dei ministra est, tollet hominem vivum: Non solum egregium interpretem, sed etiam valdè mirum hic agit revelatorem. Et unde hoc scis hoc in versu Hebræorum *Iehovam*, quem Chaldæi per *Verbum Iehovæ* exprimunt, significare *Verbum scriptum* literam mortuam, quam vindictæ & iræ esse ministrum nugaris? In aliis verò locis notare decretum: Et rursum in aliis *deliberationem seu consilium.* In quibusdam *jussum & potentiam*; in aliis rursum contraria, nempè modò *Angelum protectorem bonum*, modò diabolum *Angelum perditionis malum?* Uti infra habebimus in locis certis. Dic quodnam habeas adeò certissimum signum, quo certò & infallibiliter possis scire, quando Hebræorum *Iehova*, quem, uti sæpius diximus, Chaldæi *Verbum Iehovæ* nominare solent, incipiat significare *ministrum iræ & vindictæ*, & quando desinat significare hoc, & iterum significare *deliberationem, consilium, seu literam mortuam;* & quando iterum hoc desinat significare, & incipiat iterum aliud notare; ut vel *potentiam*, aut *jussum*, & *imperium*, *misericordiam*, *clementiam*, *protectionem*, *benedictionem*, *conservationem*, *providentiam &c?* Vel quando *ipsum*

Deum ſummè bonum Iehovam unicum & ſolum (ut in ſequente à te citato verſu, qui ita ſonat, *Quia pœnituit me cum verbo meo, hoc eſt, apud me ipſum vel in anima mea &c. & cap. 8. verſ. 1. Et recordatus eſt Dominus in vel cum verbo ſuo Noachi, hoc eſt, apud ſe ipſum*) ſignificet? Aut quomodo in hoc verſu ſcis *Verbum Jehovæ* ſignificare utrumque & *decretum & Iehovam* ſimul ipſum? Subjungis enim *propter decretum de conſervando Noach.*

IRENOPOLITA.

Cap. 9. verſ. 12: *Et dixit Dominus: Hoc eſt fœdus, quod pango inter verbum meum & inter vos.* Sic) & verſ. 13: *Et erit in ſignum fœderis inter verbum meum & terram:* verſ. 15. *Recordabor fœderis inter verbum meum & vos.* Et verſ. 16. *Et recordor fœderis æterni inter Verbum Domini & omnem animam.* Et verſ. 17: Ita quoque idem loquendi modus extat cap. 17. 2. 7. 10 11: Exod. 31. 17: *Inter verbum meum & filios Iſraelis.* In his etiam omnibus locis Targum Onkelos eadem verba retinet. Congruè autem hic per *Verbum* Domini intelligitur promiſſum vel juramentum, cujus interventu Deus pactum init cum homine. Sicuti omne fœdus duabus partibus continetur, videlicet promiſſo reſpectu Dei, & conditione ab homine requiſitâ. Hucuſque Irenopolita.

RITTANGELIUS.

Paucis hic tantum opus eſt. Nam in omnibus hiſce citatis locis Textus Hebræus habet *inter me Iehovam fœdus pango, vel fœderis recordabor & inter vos vel omnem animam &c.* quem *Iehovam* ubique Chaldæi exprimunt per *Verbum Iehovæ*, ipſum *Iehovam* nominantes *Verbum Iehovæ*. Si ergo juxta te *Iehova*, vel *Verbum Iehovæ* ſignificat *promiſſum*, cur juramentum? vel quomodo *juramentum* aut *promiſſum*, *ipſum* incomprehenſibilem *Iehovam*? Dic! cur vel unico in loco Hebræi *promiſſum* vel *juramentum* non expreſſerint per יהוה *Iehova*, quem Chaldæi per *Verbum Iehovæ* reddiderunt, ſed utrumque ſervarunt, nempè & *Iehovam* vel *Verbum Iehovæ* ſimul; niſi ut eò diſtinctius *Iehova* vel *Verbum Iehovæ*, qui juraſſe dicitur, ab ipſo juramento diſcerni poſſit? Percontare ſcripturam & Chaldæorum ſcripta, nullibi comperies *juramentum* vel *promiſſum* redditum eſſe per יהוה *Iehova*, vel verbum *Iehovæ*.

IRE-

IRENOPOLITA.

Cap 11. v. 8: *Et revelatum est Verbum Domini super vel contrà civitatem* Hic manifestatio vel revelatio tribuitur Verbo Domini vel *in malum*, ubi exequitur vel in lucem producit pœnas in decreto ejus absconditas; veluti in hoc loco; vel *in bonum*, cum beneficia huic vel illi destinata profert, aut etiam arcana sua hominibus pandit. Ita habet Targum Hieros. Exod. 6. 3: *Revelatum est Verbum Domini Abrahamo, Isaaco &c.* Sic & cap. 12. 42: *Revelatum est Verbum Domini super Mundum.* De beneficii revelatione manifestus est locus in Targum Jonathan Deut. 32. 39. *Postquam revelatum est Verbum Domini ad liberandum populum suum.* Itaque in his omnibus commodè sumitur pro beneficiendi vel puniendi decreto, quod per executionem hominibus revelatur. Quandoque etiam accipitur de Prophetica visione seu revelatione, vide Thargum Hierosol. Gen. 18. 1. *Factus est sermo propheticus à facie Domini ad Abrahamum justum, & revelatum est super illum Verbum Domini in valle* Chasasa.

RITTANGELIUS.

Omnia hæc à te citata loca contra te faciunt. Nam quid dicit in omnibus hisce Textus Hebræus? *Et apparuit vel revelatus est Iehova.* Chaldæus hunc *Iehovam* nominans *Verbum Iehovæ* dicit; *Et apparuit Verbum Iehovæ.* Per *Verbum Iehovæ* igitur Chaldæi nullum alium, nisi ipsum *Iehovam solum* exprimunt; non verò *visionem seu revelationem propheticam.* Nam sermo Propheticus *fit* ad Prophetas & *non revelatur*; uti ex loco à te supra citato Gen. 18. 1: satis manifestè liquet. Hinc video te nescire quid sit Propheta & *Verbi Iehovæ* revelatio. Aut quid sit *sermo propheticus & sermonis prophetici actus.*

IRENOPOLITA.

Cap. 12. vers. 17. *Et immisit Verbum Domini Pharaoni plagas.* Ita in maledictionibus contra populum immorigerum Deut. 28: sæpius Targum Jonathan habet, *Verbum Domini percutiet vos*, vers. 22. 27: &c. ubi pro vi Dei ultrice rectissimè sumitur vel pro supplicio, quod anteà Deus in verbo suo comminatus fuerat: Vide Exod. 32. 35.

RITTANGELIUS.

Tangam breviter. Textus Hebræus; *Et plagis affecit*, (Quis? Textus Hebræus) *Iehova:* Chaldæus, *Verbum Iehovæ*. Interpres noster hunc Hebræorum Jehovam, quem Chaldæi *Verbum Iehovæ* vocant, dicit esse vim ultricem vel supplicium. Absit hoc.

IRENOPOLITA.

Cap. 15. vers. 1: *Verbum meum Clypeus pro te vel tibi.* Sic & Onkelos. Protectio vel tutela tribuitur Verbo Dei, quia hujus interventu illam pollicitus erat Dominus, ut ipsemet Abrahamus huic promisso securé inniti posset. Vel si mavis Verbum Dei, ex sensu Paraphrastæ, significabit actum divinæ providentiæ, quando cura, & conservatione sua circa aliquem versatur, sicuti alibi dicitur verbo suo *benedicere*, *punire*, *&c.*

RITTANGELIUS.

Neque hoc neque illud. Nam per *Verbum Iehovæ* Chaldæi nec sermonem prophoricon, (cui protectionem & tutelam tribui debere nugaris,) nec actum providentiæ significari volunt. Nam audi: Textus Hebræus dicit; *Ego Clypeus tibi.* (Quis est ille Ego? Textus Hebræus) *Iehova.* Ecce hunc *Iehovam*, *per τὸ Ego* significatum, Chaldæus nominat *Verbum Iehovæ.*

IRENOPOLITA.

Vers. 7: *Et credidit in Verbum Domini.* Ita quoque Onkelos. Similis loquendi modus extat Exod. 14. 31: *Et crediderant in nomen Verbi Domini.* Ubi simpliciter Onkelos reddit in Verbum Domini. Num. 14. 9: *Ita non crediderunt* in Verbum meum. Cap. 20. 12: *ut non credaretis* in Verbum. Idem & Onkelos. Deut. 1. 32. Credidistis *in Verbum Domini Dei vestri.* Sic quoque Onkelos, in his omnibus minime opus est discedere à propria significatione, ut sumatur pro Verbo Dei promittente, comminante, vel aliud quid revelante, cui fides adhibetur. Nihil enim vulgatius tàm sacris quam prophanis scriptoribus hac phrasi, dicto seu verbo alicujus credere. *Perperam autem à multis fingitur* hîc discrimen, quasi aliud sit credere Verbo, ut hoc nudum tantum assensum notet; aliud verò *credere in Verbum Dei*, ac si fiduciam hic modus loquendi includeret. Unicus locus huic differen-

ferentiæ evertendæ sufficit, Psal. 106. ubi illud, quod versu 12: dixerat *crediderunt in verba ejus*, postmodum vers. 24. repetit, *crediderunt ipsius verbis.* Certè, qui vel à limine salutavit Hebræorum & Chaldæorum loquendi rationes, illicò deprehendet, has phrases indifferenter illis venire, ut aliquando sequenti voci, ad quam fides refertur, præfigant particulam BE, in, vel LE tertii casus.

RITTANGELIUS.

Tua cum pace; Ad arbitrium & nutum tuæ sectæ addictorum totum te fingendo & accommodando adeò non verum loqueris, ut hoc in paragrapho saltem tredecim vitia te commisisse ostendamus. Primum, Quomodo habet Textus Hebræus? *Et credidit in Jehovam.* Quomodo hæc vertit Chaldæus? *Et fuit ipsi fiducia in Verbum Jehovæ:* Ecce Hebræorum *Jehovam*, in quem Abraham credidit, Chaldæus vocat *Verbum Jehovæ*, huic acquiescendum est. Secundum vitium est, dum textus Hebræi formalia arripis, quibus nudam vocem מימרא *Memra* (*Verbum*) assuis & pro Jonathanis verbis vendis. Tertiò; falsum est, quod dicis: *Ita quoque Onkelos.* Quartò, nugaris, Num. 14. 9: Chaldæum habere; *Ita non crediderunt in Verbum meum.* Quintò, nec hic Onkelos sic habet, ut tu ipsi affingis, sed longè aliud, nempe, *Quousque non credent in Verbum meum.* Sic & Jonathan habet. Sextò, cap. 20. vers. 12. dicis, *ut non credaretis in verbum*, cum Chaldæus habeat, *Eò quod non credidistis in Verbum meum.* Septimò, dum Deut. 1. 32: *dicis*, *credidistis in Verbum Domini Dei vestri.* Chaldæus verò contrarium habet, nempe, *Vos non credidistis in Verbum Jehovæ Deum vestrum.* Octavò, falsum quoque est, quòd dicis, *Sic quoque Onkelos.* Cum Onkelosi cum Jonathanis concordet paraphrasi, & non cum tua versione. Nonò, Hic arrigat benevolus Lector aures; dicit enim noster interpres, à propria significatione non esse discedendum. Sed audi; Quid dicit textus Hebræus: *Et credidit* (scilicet Abraham) *in Iehovam*, Chaldæus *in Verbum Jehovæ credidit*; Interpres noster *in literarum mortuam credidit vivus Abrahamus*, quod quidem tunc temporis nondum in rerum natura fuit, vult igitur Hebræorum *Jehovam*, quem Chaldæi per *verbum Jehovæ* exprimunt, significare literam scriptam. Decimò, noli disputare de phrasibus, cum legere admodum non scias, nam *credere* & *non credere* contraria sibi sunt. Undecimò: Non dicam juxta te, nihil vulgatius tàm sacris, quàm prophanis scriptoribus hac phrasi, *dicto seu verbo alicujus credere*, sed hanc tam sacrorum Hebraicorum quàm omnium prophanorum scriptorum, phrasin, idem signi-

ficare; quod Chaldæorum phrasis, *credere in Verbum Iehovæ* (pe *Memra Jehovæ* expressa) nec unico apice ex omnium Paraphra starum scriptis probare poteris. Duodecimò, nugaris, Unicu hunc locum Psal. 106. vers. 12: huic differentiæ à te positæ, vertendæ sufficere. Nam & hic locus contra te facit. Primò ve sum hunc non rectè, prout citandus fuisset, citas, cum Cha dæus & Textus Hebræus habeant, *in Verbum ejus*, in singular & non in plurali; sicuti tu habes; nempè *in verba ejus*. Dec mo tertio: Falsum est hunc locum agere de sermone prophor co. Sed secundum Chaldæum, & omnes in scripturam comme tatores Hebræos, de ipso Jehova. Sequentem verò versum 2 agere de verbo ore prolato vel scripto, nullus negat. Ideoq in priori 12 versu Chaldæus habet *Memrah* (*Verbum*) per quc Chaldæi ipsum Jehovam exprimunt; In posteriori vero hab *Pithganeah* (Sermonem ore prolatum, vel propheticum, vel scr ptum, semper & ubique in omnibus paraphrastarum scriptis pr priè notans.)

IRENOPOLITA.

Cap. 16. vers. 13: *Et confessa Domino verbum ejus esse, qu locutus fuerat.* Propria significatio hic retinenda est.

RITTANGELIUS.

Textus Hebræus. *Et invocavit nomen*, (cujus nomen inv cavit? Textus hebræus) *Iehovæ loquentis ad eam.* Chaldæus hunc *Jehovam* cum ipsa Hagahra loquentem *Verbum Jehov* nominans, dicit; *Et laudavit Jehovam, cujus verbum loquutu erat cum ea:* Hinc cadit tua sententia de propria significatio retinenda. Cæterùm, quàm tua versio à Jonathanis paraphra discrepet, ex ipsa collatione textus Chaldæi apparebit.

IRENOPOLITA.

Cap. 15. vers. 5: *Et sumam fulcimentum panis, & stabilite co vestrum, atque confitemini nomini verbi Domini.* Sunt verba Abra hami invitantis tres angelos ad refectionem, eosque adhortanti ad benedictionem nominis divini antè cibi sumptionem: Ub non intelligit aliud nomen quàm sibi in verbo, ad ipsum facto revelatum. Quo sensu & alibi verbo Dei tribuitur nomen: uti infra, cap. 21. 33: *Et crediderunt in nomen Domini Dei mundi &c.* Ut tantum describatur, quale nomen fuerit, quod celebraverunt, vel in quod crediderint, non ab ingenio hominis confictum,

vel

vel temerè usurpatum, qualia erant falsorum Deorum nomina; sed tale, quo se ipsum in verbo suo Deus manifestaverat.

RITTANGELIUS.

Sagitta, ut jam dictum est; dum contra duram mittitur materiam, in mittentem revertitur, & vulnerat vulnerantem. Nam primò; Falsum est, Abrahamum adhortatum esse tres angelos ad benedictionem antè cibi sumptionem. Est enim hoc contra mores, consuetudinem & canones omnium Hebræorum: Quibus solemne est, ut antè cibi sumptionem Paterfamilias benedicat; sublato verò cibo, benedictionis honor hospitum primatio concedatur: Secundò. Hic pes paulisper figendus. Nam audi, quid dicit Chaldæus? *Confitemini.* (cui est confitendum?) *Nomini*, (cujus nomini? *Verbi Jehovæ.* Sic vers. 33. cap. 21: Textus Hebræus. *Et plantavit* (scilicet Abraham: Quid plantavit?) *arboretum:* (ubi?) *In Beerschabath:* (Et quid?) *& invocavit ibi*, (Quem invocavit?) *nomen;* (cujus nomen,) *Jehovæ*, (Quis est ille Jehova?) *Deus mundi.* Audiamus jam Chaldæum. *Et plantavit* (Abraham) *arboretum in Beerschabah, & præparavit in eo victum & potum* (cui?) *transeuntibus & reverentibus* (viatoribus scilicet:) (Et quid tandem?) *Et exclamavit coram eis ibidem, confitemini & credite,* (in quem?) *in nomen,* (in cujus nomen?) *Verbi Jehovæ.* (Quodnam est illud *Verbum Jehovæ?*) *Verbum Iehovæ est Deus mundi:* Si jam hæc tuis cum nugis comparaveris, vapulabo. Sed quæso, inposterum, ne ita cito, ad scribendum prosilias, ne levi insania duci videaris.

IRENOPOLITA.

Cap. 19. vers. 24: *Et Verbum Domini dimisit pluvias benevolentiæ: & ignem à facie Verbi Domini è cœlo.* Non ineptè Verbum Domini hic accipietur pro efficace jussu Dei, cujus interventu fuit excitatus imber benedictionis, ut hoc pacto ad resipiscentiam alliceret Sodomitas; Sed cum nihil proficeret, sulphurem & ignem dimisit ex iræ & maledictionis suæ thesauro. Hac ratione in secundo membro concinne hæc, *à facie Verbi Domini* referentur ad indignationem atque excandescentiam Dei (quam Deo tributam Chaldæi sæpè exprimunt per *Verbum Domini.* Vide Deut. 4. 23: Oseæ 5. 12: &c. sicuti antithesis manifesta exigit. Ut sensus sit: cum anteà non posset Dominus largâ suâ benedictione illos ad saniorem mentem reducere, convertit clementiam suam in iram, à quâ protectum fuit hoc supplicium. Quis verò adeò infrunitæ mentis erit, ut dicat Dominum, cu-

jus in primo membro fit mentio, per verbum seu filium suum hanc Vindictam executum esse? Hinc non obscurè emergit sensus illius emphaticæ repetitionis, vel auxeseos in hebræo, Plui *Dominus à Domino*, hoc est, à justissima sua ira vel ultione: u vox Domini repetita non ipsius personam significet, sed ejus se veritatem longanimitati vel ἀνοχῇ oppositam. Neque hoc inso lens est scriptoribus sacris, attributis vel affectibus divinis tribuer nomen Dei.

RITTANGELIUS.

O! omnibus inaudita res seculis. Proh dolor! Quid absurd piis hic ingeritur auribus? *Iram, excandescentiam, maledictionis thesaurum, indignationem &c.* esse ipsum summè & unicè so lum bonum Jehovam? Ubi locorum in sacra scriptura, aut in omnibus Chaldæorum, vel Hebræorum scriptis legisti, quòd at tributa & affectus hominibus mortalibus propria, propriè sum mo attribuerint *Iehovæ*? vel ubi legisti, quòd attributis vel af fectibus divinis tribuerint nomen Jehovæ? aut quod Chalda per *Memra & Adonay* (*Verbum Iehovæ*,) per quod ipsum sum mum Jehovam solum exprimunt, *indignationem, excandescen tiam, maledictionis thesaurum, iram, severitatem, ultionem* vel alios affectus expresserint? Vel quòd Deus summam suae bonitatem & Clementiam converterit in iram? Si bona fid agere volueris, ostende vel unico apice, & facile supercilium il lud tuum retundetur. Et quid tandem loca Deut. 4. 23: & O seæ. 5. 12. contra te ipsum citas, & non adducis horum forma lia, nam in posteriori, ut supra fol. 27. Videbis *Ca-ascha* (*sicut tinea*) & hic & folio 27. legisti pro *ira*. Pudeat te facti, ubi O seæ. 5. 12. habetur *Ira*?

IRENOPOLITA.

Cap. 20. vers. 3: *Et venit Verbum à Domino ad Abimelechum* Ubi de revelatione in somniis facta sermonem esse, nulla ratio finit dubitare; maximè vero vers. 6. ubi Jonathan reddit. *Et dixit ad illum sermo Domini in somnio.* Hoc modo sumitur etiam pro Oraculo divino & suggestione prophetiæ in somnio vel vi sione oblatæ. Vide Num. 12: 6: Quia verbum in Visione ad illos fit. Sic cap. 23. 16. *Et venit verbum à facie Domini ad Bilha mum*, ubi idem Onkelos. Ita quoque Deut. 34. 6: *Apparuit A brahamo in visione Verbi sui &c. Apparuit ei* (Mosi) *in verbo suo.* Nihil autem manifestius est, quàm in his locis agi de revelatio ne prophetica.

RIT-

RITTANGELIUS.

Nihil manifestius est, quàm in his locis agi de revelatione in somnio vel Visione facta. Exceptis illis locis, quæ non agunt de tali revelatione, nempe Deut. 36. 6: de Abrahamo & Mose mortuo &c. de quibus infra loco suo. Cætera verò loca de supradicta revelatione quidem prophetica agunt, sed quòd hoc per *& Memra Jehovæ* (*Verbum Iehovæ*) fiat, falsum est. Nam Textus Hebræus dicit: *Et venit* (Quis?) *Elohim vel Deus*, (Ad quem? Textus Hebræus) *Ad Abimelechum*; (Quando vel quomodo? Textus Hebræus;) *in somnio noctu*. Chaldæus hunc Hebræorum *Elohim* vel *Deum* nominat *Verbum Iehovæ*, dum dicit: *Verbum Iehovæ venit ad Abimelechum in somnio noctu*. Ecce quomodo hic tam distinctè *Elohim vel Deus*, qui revelatur *in somnio noctu*, & quem Chaldæi *Verbum Iehovæ* nominant, ab ipsa Visione vel somnio prophetico distinguatur. Sic de cæteris locis. Nisi velis dicere, *Elohim* vel Deum significare somnium vel Visionem propheticam. Nugæ.

IRENOPOLITA.

Vers. 18: *Et valde constrinxerat Verbum Domini facies omnium cardinum vulvarum &c.* Id est, ultio Dei verbo significata.

RITTANGELIUS.

Hem! mirum Chaldæum! Audiat benevolus Lector Textum Hebræum, qui ita sonat: *Quia claudendo clauserat.* Chaldæus itidem ad verbum. Noster interpres verò, *valdè constrinxerat.* Egregiè hunc locum vertit. Sed transeant ista. Ad rem ipsam. Quæramus quisnam sit ille qui clauserat &c? (Textus Hebræus) *Iehova.* Chaldæus, *Verbum Jehovæ*, noster interpres, *Ultio divina Verbo scripto significata.* Hæccine est genuina Dictionis *Jehovæ* interpretatio. Textus Hebræus dicit *Iehovam* (quem, ut toties diximus, Chaldæi per *Verbum Iehovæ* exprimunt) *clausisse* &c. Tu dicis *ultionem.* Si vel unico apice monstraveris Hebræorum *Jehovam*, vel Chaldæorum *Verbum Jehovæ* significare ultionem in verbo scripto significatam, actum erit de me. Etiamsi omnia illorum scripta perscrutatus fueris, certò tamen comperies, illos nunquam de summo Deo impiè sensisse, quod tu tamen illis admodum impiè & securè affingis.

IRENOPOLITA.

Cap. 21. verſ. 20: *Et fuit Verbum Domini in auxilium puero.* Eadem loquendi formula, ubi de Verbo Dei narratur, quod alicui auxilium præbuerit, occurrit infra, verſ. 22: & cap. 26. 28: 28. 20: 29. 12: 39. 23: 48. 21: Exod. 18. 19: Num. 23. 21: Deut. 2. 7: 31. 8. 23: ubique etiam Onkelos hanc phraſin retinet. Intelligitur autem hic providentia, cura & protectio Dei, quàm antea per verbum ſuum pollicitus erat, & quâ circa hunc vel illum verſatus eſt. Vide alia huc pertinentia ſupra.

RITTANGELIUS.

Paucis hic iterum tantum opus eſt. Nam ubi Textus Hebræus habet, Et fuit *Jehova* vel *Deus cum puero*, Chaldæus, hunc *Jehovam* vel *Deum* per *Verbum Jehovæ* exprimens, dicit; *Et fuit Verbum Iehovæ cum, vel in auxilium, puero*, & non: *& fuit providentia, cura & protectio cum, vel in auxilium, puero.* Aut forte putas Chaldæos nullum aliud habuiſſe vocabulum, quo providentiam, curam & protectionem exprimere potuiſſent? Falleris. Nam audi! *Et fuit in auxilium puero*, (Quis? Textus Hebræus,) *Jehova* vel *Deus*. Chaldæi *Verbum Iehovæ*; Tu verò, *providentia, cura & protectio fuit in auxilium puero.* Sic de cœteris omnibus locis.

IRENOPOLITA.

Verſ. 23. *Et jam jura mihi in vel per Verbum Domini.* Idem quoque Onkelos. Ubi Ethnici hi Abimelech & Picholne per ſomnium quidem cogitarunt de alia perſona præter illum Deum, qui ſe in verbo vel in ſomnio revelaverat Abimelecho. Niſi velimus hos exiſtimare, nocturnam hanc manifeſtationem à filio Dei profectam eſſe. Sed ubi quæſo vola aut veſtigium hujus rei in hiſtoria? Sic quoque infra cap. 24. 3: in adjuratione Abrahami, ubi Jonathan. *Adjuro te in nomine Verbi Domini, cujus thronus eſt in cœlis excelſis.* Onkelos autem habet *Adjuro te in Verbo Domini.* Nihil aliud volunt quam Abrahamum uſurpatione nominis Dei, qui ſe antea ei revelaverat in verbo prophetico, ſervum ſuum obſtrinxiſſe, ut hic idem ſit *Adjuro te in nomine verbi*, vel per *Verbum Domini.* Non quaſi per verbum aliquod Dei ſcriptum fecerit hanc adjurationem (ſicuti poſtmodum Judaica invexit ſuperſtitio, hodieque uſitatum eſt, ut per libros ſacros vel per legem Moſis Judæi concipiant ſua juramenta, de

quo

quo Majmon: in Hilchot schebuoth cap. 12.) sed per illud verbum, seu oraculum, quo se Deus manifestaverat.

RITTANGELIUS.

Primò. Quid inde sive ad te, sive contra me, quomodo Ethnici illi hæc verba intellexerint? Nam eorum nos sententiam non imus examinatum; sed Chaldæorum. Dein certum est, Abimelechum & Picholem, dum volunt Abrahamum jurare sibi debere per *Iehovam*; non voluisse ut juraret per *verbum revelatum*, sed per *Jehovam* ipsum, quem Chaldæi dicunt *Verbum Jehovæ*. Prætcrea: Quæ de Judaica superstitione in juramentis præstandis differis, non ex Majmonide, quem tu nunquam vidisti, legisti, sed ex Buxtorfii majori Lexico in radice *Schabah* descripsisti; & nec ejus satis percepisti mentem. Non enim Buxtorfius de solenni Judæorum juramento, ut tu falsò dicis, loquitur; sed de vulgi consuetis juramentorum abusibus. Sed nondùm erroris finis est. Neutiquam enim Hebræis per legem scriptam jurare integrum est, ut benè constat iis, quibus cum illis intercedit familiaritas.

IRENOPOLITA.

Vers. 33. *Et crediderunt in nomen Verbi Domini.* Huic persimilem locum vid. Exod 14.31: hic alia loca ubi credere quis dicitur in nomen Verbi Dei, vel in Verbum Domini, consule supra ad Gen. 15.7.

RITTANGELIUS.

Non veritatem & pacem, sed rixas & odium quæris, aliàs materiam hanc, superius jàm satis fusè pertractatam, & loca toties citata non de novo repeteres. Ad hæc omnia supra cap. 15. 7. responsum est.

IRENOPOLITA.

Cap. 22. vers. 1: *Et illicò Verbum Domini tentavit Abrahamum*, metonymicè, scilicet Deus per verbum vel oraculum suum, quod mox describitur. Nisi potiùs hic intelligere velimus sapientissimum Dei consilium, quo explorare fidem & constantiam Abrahami voluit.

RITTANGELIUS.

Multa moves, pauca promoves. Quid dicit Textus Hebræus: *Et tentavit Abrahamum.* (Quis? Textus Hebræus:) *Deus*; Chaldæus, *Verbum Dei tentavit Abrahamum*: non consilium vel oraculum, ut tu nugaris. Ad cognatos es ablegandus. Quid dicunt Germanica nostra Biblia? GOTT versuchte Abraham: Jam quantum hic monstri nasceretur, si quis vocem GOtt redderet per consilium vel oraculum. Fumos vendis.

IRENOPOLITA.

Vers. 17: *Dixit: cum Verbo meo juravi.* Ita quoque Onkelos, hoc est, *mecum*: Vel uti Hebræus legit Bi. ut significetur firmissimum decretum, quod DEUS apud se ipsum statuit. Huc refer uberioris explicationis causa, quæ supra dicta sunt ad cap. 9. 12:

RITTANGELIUS.

Veritas exilium quidem patitur, sed in totum supprimi non potest, pellucidum est enim omne mendacium. Textus Hebræus: *Apud me juravi:* Chaldæus; *Apud Verbum meum juravi.* Jam audi: Quis est ille, qui se apud se ipsum juravisse dicit? Textus Heb. *Jehova.* Chaldæus hunc Hebræorum Jehovam nominat *Verbum Jehovæ*: Germani, GOTT/ Galli; *Etencul*: Ergo dum *Jehova* dicit, *apud me ipsum juravi*, hoc Chaldæi exprimunt per *Verbum meum juravi*, adeoque per *Be Memri* (*per verbum meum*) indigitant ipsum incomprehensibilem *Jehovam.* Ita res se habet. Ad cætera supra responsum est cap. 9. 12:

IRENOPOLITA.

Vers. 18: *Quia obedivisti verbo meo.* Idem etiam Onkelos. Hoc est jussui meo de mactando filio obtemperasti.

RITTANGELIUS.

Hæreticorum animositas & inscitia flagitiosa semper est inquieta, etiamsi eadem ubique Chorda oberret. Textus Hebræus: *Eo quod obedivisti voci meæ* (cujus voci? Et quis est qui hæc loquitur? Textus Hebræus) *Jehova.* Chaldæus hunc *Iehovam* nominat *verbum Jehovæ.* Interpres noster *Jussum de mactando filio:*

filio: Ergò non Deus ipse, cujus nomen est *Jehova*, & quem Chaldæi per *Verbum Jehovæ* exprimunt, sed illud *jussum de mactando filio dixit ad Abrahamum. Quia obedivisti jussui meo?* Et hoc, calx sine arena. *Jussus dixit Abrahamo.*

IRENOPOLITA.

Cap. 24. vers. 1: *Et Verbum Domini benedixit Abrahamo omni genere benedictionis.* Sic quoque infra cap. 31. 9: *Et benedixit Dominus nomine Verbi sui post mortem matris ejus.* Ita etiam Num. 23. 8: *Quid ego maledico? Nam Verbum Domini benedicit illis:* Deut. 24. 19: *Benedicet nobis Verbum Domini Dei vestri in omnibus operibus manuum vestrarum.* Hic benedictio facta Abrahamo, Isaaco, & promissa populo tribuitur verbo Domini, non tantum quia interventu illius Deus eam pollicitus erat, sed etiam quia huic conjuncta est ἐνέργεια quædam apparens in Dei beneficiis. Atque hoc sensu latè extendunt Chaldæi hanc dictionem, ut per hoc *Verbum* intelligant, vim illam in Deo, qua cuncta moderatur atque exequitur, sive illa in bonum sive in damnum hominis cedant.

RITTANGELIUS.

Ne nimis accuratam cum nostro Antagonista instituamus rationem, breviter respondemus. Quid dicit Textus Hebræus? *Et Jehova benedixit Abrahamo in omni.* Chaldæus, *Et Verbum Jehovæ benedixit Abrahamo omni genere benedictionis.* Vides quod neminem alium Chaldæi pet *Verbum Jehovæ* indigitent, quàm ipsum incomprehensibilem *Jehovam.* Tu sudabis ostendere hunc incomprehensibilem *Jehovam* esse vim aliquam creatam.

IRENOPOLITA.

Cap. 26. vers. 5: *Quia obedivit Abraham Verbo meo & observavit custodiam Verbi mei.* Ita etiam Onkelos. Mandatum hic intelligi de relinquendo patrio solo & offerendo filio, nemo facile inficias ibit.

RITTANGELIUS.

Ad hæc jam superius cap. 22. vers. 15. responsum est.

IRENOPOLITA.

Cap. 27. vers. 28. *Et dabit tibi Verbum Domini de rore bono.*

Uti suprà benedictio refertur ad verbum; ita hîc largitio roris. Vide annotat. ad cap. 24. 1:

RITTANGELIUS.

Et hic nugas vendis, nam Chaldæus habet; *Et dabit tibi Verbum Jehovæ de bonitate rorum descendentium de cœlis, &c.* Ad cætera superius cap. 24. 1: (ubi de omni genere benedictionis & benedicente simul actum est) responsum est. Superflua hæc sunt. Parvus libellus, multis & quidem maximis scatet mendaciis. Si quilibet versus semel tantùm citatus fuisset, unica charta suffeciisset. Miror tamen quod tam diversam faciat orationem, cum largitio roris hoc in loco pars sit superioris sui totius. Vid. cap. 42. 1:

IRENOPOLITA.

Vers. 31: *Et impedivit Verbum Domini ab illo feram mundam.* Divinâ scilicet providentiâ factum fuit, ut Esau non posset edulium tempestivè parare ex capta fera:

RITTANGELIUS.

Divina quidem providentia hoc factum esse concedo. Chaldæos vero hanc per τὸ *Memra Iehovæ* (*Verbum Iehovæ*) indigitare voluisse falsum est. Cum illi neminem alium, quàm ipsum summum *Iehovam* per *Memra Iehovæ* (*Verbum Iehovæ*,) ut sæpissimè inculcavimus, exprimant. Alias vel unico in loco, ubi in sacra scriptura de divina providentia agitur; Chaldæi ipsum genuinum vocabulum τὸ *providentia* per *Verbum Iehovæ* expressissent, quod factum nullibi est.

IRENOPOLITA.

Cap. 31: vers. 24: *Et venit Angelus cum Verbo à facie Domini ad Labanum.* Onkelos reddit: *& venit Verbum à Domino*, hoc de revelatione facta Labano in somnis accipiendum esse historia manifestô arguit.

RITTANGELIUS.

Non adeò crassæ putabam te esse rusticitatis, quam tu quidem solam pro industria habes. Nescio, quam tibi autoritatem scelere errorum tuorum acquirere conaris. Ubi tu unquam in sacris

sacris authoribus legisti Deum se alicui revelasse in somno? In somnio scripsisse debuisses. Quis de tuis larvis nocturnis & noctuis portentis in somno factis non rideat. Ad cætera supra responsum est cap. 11. vers. 8:

IRENOPOLITA.

Vers. 50: *Vide: Verbum Domini testis sit inter me & te.* Idem quoque Onkelos. Hoc si de Angelo ex mente Jonathanis, apparente Labano sumatur; tum propriè is potuit testari de hoc fœdere: aliàs potest intelligi de ipsomet Deo, qui se per verbum noctu revelaverat.

RITTANGELIUS.

Interpres noster ex falsa præsumptione vult Jonathanem hic loqui de Angelo, cum hoc falsum sit. Nam ubi Textus Hebræus de Angelis creatis loquitur; ibi Chaldæi habent vocem *Malacha* (quæ propriè *nuncium*, *Angelum* vel *legatum* significat) Unde *Mallechut*, *legationem* significat, & quidem etiam *propheticam*. Et Prophetæ Angeli dicuntur. Per *Verbum Jehovæ* verò indigitant ipsum *Jehovam* semper. Jam audi, Textus Hebræus: *Vide Deus*, (non Angelus aut legatus) *testis est inter me & te.* Chaldæus. *Vide Verbum Jehovæ testis est, inter me & te.* Nulla hic mentio fit angeli. Cur non inspexisti Germanicam vel Latinam quamvis versionem?

IRENOPOLITA.

Cap. 41. 1: *Et facta est sub finem duodecim annorum recordatio Josephi coram Verbo Domini.* Hoc est decreto Dei, quo statuerat tum illum è carcere liberare.

RITTANGELIUS.

Tu tibi imaginaris illum esse insanum, qui tecum insano non insanit. Ubi tu legisti in Textu Hebræo, Chaldæis, vel in omnibus, quotquot sunt, aut unquam fuerunt, in universo terrarum orbe versionibus, recordationem Josephi factam esse sub finem duodecim annorum? Sub finem *duorum*, non *duodecim annorum*. Vide quòd nullus sit locus in hoc tuo futili scripto, ubi non ex tuis ipsius scriptis & verbis tela sumam, quibus contra te pugnem. Præterea quis est hic sensus, *facta est recordatio Josephi coram decreto?* Scis ne tu, quid sit decretum, vel ipse Deus?

Deus? Quis unquam ex insanis non dicam prophanis scriptoribus tale quid somniavit? Coram *Verbo Jehovæ*, (per quod Chaldæi ipsum *Jehovam* indigitant,) *facta est recordatio Josephi*, non coram decreto, &c.

IRENOPOLITA.

Cap. 46. vers. 4: *Ego sum, qui cum Verbo meo descendam tecum in Ægyptum &c. Et Verbum meum ascendere te faciet.* Curam & protectionem suam antea illi per Verbum promissam dicit perpetuum fore ejus comitem.

RITTANGELIUS.

Nunquam hoc vel omnium minimâ calamistratione, non dicam apice ostendes, etiamsi non solum totam scripturam & omnes Chaldaicas paraphrases, imò etiam omnium (quotquot omnibus seculis fuerunt) Hebræorum Commentatorum & prophanorum Scriptorum scripta percontatus fueris, eos per τὸ *Jehova*, (quem Chaldæi per *Verbum Jehovæ* exprimunt) intelligere voluisse *Curam & protectionem per Verbum scriptum &c. promissam.* Nam hîc arrige aures; *Et Ego ascendere faciam te etiam ascendendo* habet Textus Hebræus. Chaldæus verò; *Et verbum meum ascendere faciet te &c.* Jam? Quis est ille *Ego qui ascendere faciet &c.* quem Chaldæus per *Verbum meum* expressit? Summus ille & incomprehensibilis Jehova; non cura, non protectio in verbo scripto significata. Considera quæso quis sit *Jehova*, & quid sit *cura*, & ita noli amplius de Deo impiè loqui.

IRENOPOLITA.

Cap. 48. vers. 9: *Et dixit Joseph ad patrem suum, filios dedit mihi Verbum Domini.* Respicit forsan ad somnium, Gen. 37. 9: Vel dicit Verbum Domini dedisse filios, quia hoc causa fuerit benedictionis hujus; Vide & supra, ad cap. 24. 1:

RITTANGELIUS.

Textus Hebræus dicit in præcedente versu octavo, Israel vidisse filios Josephi filii sui, & quæsivisse, quinam sint. Cui Joseph sequente hoc versu nono hisce respondit; *Filii mei sunt hi, quos dedit mihi Deus hic &c.* Hæc Chaldæus ita explicuit; *filii mei sunt hi, quos dedit mihi Verbum Jehovæ &c.* Noster interpres: *Filios dedit mihi Verbum Domini.* Vide quàm tua à Textu

He-

Hebræo & Chaldaica discrepet paraphrasi. Nunc applica! Quis dedit tibi filios mi Josephe? Textus Hebræus. *Deus dedit mihi filios.* Chaldæus hunc Hebræorum *Deum* vocans *Verbum Jehovæ* dicit; *Verbum Jehovæ dedit mihi filios.* Noster interpres, *vis quædam per literam vel mortuum verbum significata dedit mihi filios vivos.*

IRENOPOLITA.

Cap. 50. vers. 19: *Sed Verbum Domini cogitavit illud in bonum.* Quia Dominus, pro sapiente & benigna sua providentia, hic per verbum significata, in bonum direxit eventum.

RITTANGELIUS.

Quis cogitavit illud in bonum? Textus Hebræus; *Deus* cogitavit illud in bonum. Chaldæus hunc Hebræorum *Deum* nominat *Verbum Jehovæ.* Interpres noster Irenopolitanus dicit, *Providentia cogitavit illud in bonum.* Hem! non solum egregium interpretem, sed & mirum etiam revelatorem agit noster Irenopolita. Si unico apice mihi ostenderis, *Deum* in sacris scripturis & *Verbum Iehovæ* apud Chaldæos, notare providentiam. vapulabo. Id est, Nunquam.

DICTA EXOD.

IRENOPOLITA.

CAp. 12. vers. 23: *Et transiit verbum Domini ostium.* Hoc est, angelus Domini, ne Israelitis noxam inferret.

RITTANGELIUS.

Hîc iterum nugas vendis. Textus Hebræi vel cujusvis versionis sunt hæc verba, quibus tu nudam voculam מימרא *Memra* (*verbum*) adjecisti, & pro Jonathanis vendis. Hæc verò quæ sequuntur sunt Jonathanis formalia; nempe, *Et proteget Verbum Domini ostium, neque dimittet angelum perditorem intrare in domos vestras ad percutiendum.* Tu ne es peritissimus ille & omnium doctissimus Magister in Israele, & quod magis, in linguis Orientalibus versatissimus, & nondum scis, quomodo angelus vastator ille apud Targumistas vocetur? Cur non inspexisti Jonathanem? *Mallacha Chabala* vocatur apud Targumistas *Angelus perditor vel vastator*, non *Memra Jehovæ* (*Verbum Jehovæ*) Audi & applica. Textus Hebræus. *Et transibit*, (non transiit.) Quis? Textus Hebræus, *Jehova transibit.* Chaldæus hunc Hebræorum *Jehovam* nominitat *Verbum Jehovæ.* Interpres noster Irene oriundus vocat Hebræorum Jehovam Angelum Vastatorem, vel perditionis. O blasphemum & impudens os! Ubi Jehova significat Angelum perditionis malum? Sed adhuc audi & aliud edoceberis. *Et non dabit vel permittet venire*, (Quis?) *Jehova non permittet venire:* Chaldæus *Verbum Iehovæ non permittet venire..* (Quem? Textus Hebræus:) *Hamaschith* id est *perditorem non permittet:* Chaldæus hunc perditorem nominat *Mallach Hachabala* (*Angelum perditorem*) *non permittet venire in domos vestras ad percutiendum.* Ecce Chaldæus & Textus Hebræus distinctis nominibus & ipsum summe bonum Jehovam & Angelum perditionis malum expressit, ut te blasphemum ostenderet.

IRENOPOLITA.

Vers. 29: *Et Verbum Domini trucidavit omnem primogenitum:* Vide-

Videlicet Angelus Vastator, qui jussu Dei huic negotio præfectus erat. Confer infra cum cap. 13. 15: Ubi Jonathan dicit, Dominus interfecit &c. omissa verbi mentione.

RITTANGELIUS.

Tu hic ex parallelis locis contra te ipsum, Proh dolor! tela cudis. Nam cap. 12. vers. 29: impiè nugaris *Verbum* Jehovæ significare Angelum malum perditionis: Et cap. 13. vers. 15: vis eundem angelum esse ipsum Jehovam. Si hoc dixeris, illud tacere debes, ne contraria sibi eadem in re, dixisse videaris.

IRENOPOLITA.

Cap. 13. vers. 5: *Quam (terram) juravit in Verbo suo cum patribus tuis.* Quia hoc promissum de terræ Canaan possessione Deus antea per verbum suum fecerat. Ita quoque Targum Hieros: Deut. 26. 3:

RITTANGELIUS.

Ad hæc supra cap. 22. vers. 17: satis fuse responsum est. Vide ibi:

IRENOPOLITA.

Vers. 15: *Et factum est, cum induraſſet Verbum Domini cor Pharaonis.* Quia contra crebras admonitiones & miracula, ministerio Mosis & Aharonis facta, magis animum obfirmavit.

RITTANGELIUS.

Textus Hebræus dicit. *Jehova induravit.* Chaldæus hunc *Jehovam* vocans *Verbum Jehovæ* dicit; *Verbum Iehovæ induravit.* Noster interpres Irenopolitanus vult Textum Hebræum per *Iehovam* (quem Chaldæi per *Verbum Iehovæ* exprimunt,) significari velle *Crebras admonitiones & miracula ministerio Mosis & Aharonis facta.* Sed citra rationem. Nam quis hic existeret sensus. *Crebræ admonitiones & miracula ministerio Mosis & Aharonis facta sedent in solio excelso & elevato, exaudiunt preces nostras, vivificant, morte afficiunt, remittunt peccata &c.* Pudeat te tui commentarii.

IRE-

IRENOPOLITA.

Verſ. 17: *Ut transgrederentur decretum Verbi Domini.* Idem loquendi modus occurrit Num. 14. 31: *Transgreſſi eſtis decretum Verbi Domini :* Vide & Num. 22. 18: 24. 13: *Ad transgrediendum decretum Verbi Domini.* Ubi idem habet Onkelos, quia decretum Domini revelatum in verbo ejus violaverant. In primo autem loco agitur de termino Liberationis ex captivitate Ægyptiaca decreto à Deo, & ſignificato Abrahamo, Gen. 15. quod Ephraëmitæ illud anticipaverint triginta annis. In ſequentibus verò ſermo de verbi vel mandati divini violatione.

RITTANGELIUS.

Quid hic novi? *Transgreſſi eſtis decretum verbi Domini* Num. 14. 13: *Ad transgrediendum decretum verbi Domini* Num. 22. 18. & 24. 13: ſignificat, *quia decretum Domini revelatum in verbo ejus violaverant?* Hæc; *transgreſſi eſtis*, ſunt illa ſola quibus tuus commentarius recte accommodari poteſt, non verò ſequentia, nempe *Verbi Iehovæ.* Nam per *Verbum Iehovæ* Chaldæus exprimit ipſum *Iehovam*, cujus decretum violaverant. Benè enim ſequitur: *Transgreſſi eſtis* (Quid?) *decretum*, (cujus decretum?) *Verbi Iehovæ decretum:* Ex mente verò Irenopolitæ: *Transgreſſi eſtis* (Quid?) *decretum* (cujus decretum?) *decretum decreti vel verbi ſcripti.* Oedipo hic opus eſt. Quid amplius? Irenopolita vult hæc Exod. 13. 17: ab ipſo citata verba agere de termino liberationis ex Ægypto: quod falſum eſſe patet ex ſola textus inſpectione; dicitur enim *transgredi* non *egredi.* Sed adhuc eſt quod ſub examen revocandum venit, nempè verſionis vitium. Nam Exod. 13. 17: Chaldæus habet; *Et quia transgreſſi ſunt decretum verbi Iehovæ &c.* Hæc noſter Irenopolita vertit; *ut transgrederentur decretum verbi Domini.* Nimis accuratè hunc locum vertit.

IRENOPOLITA.

Eodem. 17. verſu: *Quod venturum eſſet ad illos Verbum Domini per manus prophetæ Hezechielis in valle Doura.* Reſpicit Jonathan ad cap. 37. Hezech. & putat ibi narrari de ſuſcitatione Ephraimitarum, qui ante præfixum terminum exiverant Ægypto, & à Philiſtæis trucidati fuerant. Cujus traditionis mentio fit quoque à Rabbi Eliezer in ſuis Pirke, & in Talmude.

RIT-

RITTANGELIUS.

Vah! quantum hic monstri nascitur. *Pirke*, cujus generis & numeri? Cujus status, absoluti vel regiminis? Legisti tu unquam *Pirke* in fine orationis? ferulam mereris. Vah & iterum Vah! parturiunt montes & nascitur ridiculus mus. Ubi unquam ab Hebræis & quidem omnium imperitioribus vetulis & mulierculis audivisti *Rabbi Eliezer in suis Pirke*. Pudeat te! Sed rudiora adhuc benevolus lector deprehendet: si Jonathanis inspexerit formalia quæ ita sonant. *Hæc sunt illa ossa arida, quæ adduxit Verbum Jehovæ per manus Ezechielis Prophetæ in valle Doura.* Vides; *Quæ adduxit Verbum Jehovæ* habet Chaldæus: Non, *Quod venturum esset ad illos Verbum Jehovæ*, ut tu nugaris: Cerè virum in linguis Orientalibus versatissimum tale quid commisisse nemini prudentiori persuasisses.

IRENOPOLITA.

Cap. 14. vers. 25: *Quia Verbum Domini perfecit pro illis bella in Ægypto.* Idem & Targum Hieros. Auxilium enim Domini pro illis pugnabat.

RITTANGELIUS.

Hic sensus pius quidem & verus videtur; Sed hoc in loco male applicatus. Non enim Chaldæus per ב *Memra* (*verbum*) vult intelligi *auxilium*: Aliàs ubi propriè de *Auxilio* agitur, Chaldæus id, per *Memra* (*Verbum*) expressisset, cum tamen hoc, nullo in loco, totius sacræ scripturæ factum sit. Sed illum Hebræorum *Jehovam*, pro Israele pugnantem, & à quo illis *auxilium* hoc proveniebat, per *Verbum* reddidit. Audiamus Paraphrasten; Inimico enim non est credendum. Paraphrastes Jonathan: *Quia Verbum Iehovæ, illud est quod pugnat pro illis bella contra Ægyptios.* Textus Hebræus: *Quia Iehova pugnans pro illis contra Ægyptios.* Vides; Hebræorum *Iehovam pro illis pugnantem* Chaldæus nominat *Verbum Iehovæ*: Sed adhuc recipe has allucinationes. Chaldæus habet *pugnat bella* in præsenti. Tu hoc præsens vertisti in præteritum, nempè *perfecit bella*. Dein Chaldæus habet *contra Ægyptios*, Tu *in Ægypto*: *Natio* tibi regio visa est. Cum hoc *Ægyptii* dixerint in submersione maris Ilgosi, qui postmodum Ægyptum nunquam viderunt amplius. Pergit noster tam egregius interpres; *Idem & Targum Hierosol.* Cæcis tu, vel vitulinis oculis aspexisti Hierosolymitanum Paraphrasten.

phraſten. Falſiſſimum eſt enim, eum ita, ſicuti tu vertiſti, habere.

IRENOPOLITA.

Cap. 15. verſ. 1: *Ipſe in Verbo ſuo liberavit ab illo:* Ubi liberationem ex ſervitute Ægyptiaca dicit factam eſſe per verbum Dei, quia illam promiſerat Dominus in verbo ſuo. Vide Gen. 15.

RITTANGELIUS.

Tu dicis *liberabit ab illo:* Chaldæus verò habet contrarium: nempe *vindictam ſumet ab illo.* Fracta jam navi, de mercibus non eſt diſputandum.

IRENOPOLITA.

Verſ. 8. *Et cum verbo coram te tranſiverunt aquæ:* Onkelos habet; *cum verbo oris tui*, id eſt juſſu.

RITTANGELIUS.

Et hic Jonathan habet contrarium: Hoc eſt, non *tranſiverunt aquæ;* Sed *ut cumuli ſteterunt aquæ.* Certe virum in linguis Orientalibus verſatiſſimum hoc commiſiſſe nemini prudentiori perſvaſiſſes. Sed & Textus Hebræus ſic habet ſicut Jonathan. Fruſtra igitur de non ſubſiſtentibus ſententiam fers. Falſum enim non ſubſiſtit.

IRENOPOLITA.

Cap. 16. verſ. 3. *Quis dabit per Verbum Domini in Ægypto?* Ubi in Heb. *manu Domini.* Queritatur populus quod in deſerto penuria carnis laboret, quam large antea ſuppeditaverat Dei providentia in Ægypto.

RITTANGELIUS.

Ter hîc noſter interpres in ſua tranſlatione impingit. Nam; Primo pro *utinam* habet *Quis dabit*, quæ ſunt verba Textus Hebræi vel cujuſvis verſionis. Secundò, *mortui eſſemus* omiſit. Tertio: *In terra Ægypti* vertit *in Ægypto.* Sic enim ſonant Jonathanis verba formalia: *Utinam mortui eſſemus per Verbum Iehovæ in terra Ægypti.*

IRE-

IRENOPOLITA.

Cap. 17. verſ. 1: *Moverunt caſtra ſua ſecundum Verbum Domini*, hoc eſt præſcriptum vel mandatum ejus. Idem & Onkelos. Ita & verſ. 13. *Secundum os Verbi Domini.* In Hebr. *Secundum os Domini*, quod uterque Paraphraſtes reddit, *juxta Verbum Domini.* Vide Num. 3. 16: *Præcepit vobis Moſes ſecundum os ſermonis Domini*, & verſ. 51: Utrobique Onkelos habet. *Secundum Verbum Domini.* Sic & Num. 4. 27. 37. 41. 45. & 49: Cap. 9. 8: *Iudicavit illos* ſecundum verbum ſanctum, & verſ. 18: bis: verſ. 20 & 23. ter Num. 10. 13: & 13. 4: 33. 2: 38. & 36. 5: In quibus omnibus pro juſſu divino vel Verbo Dei propriè dicto ſumi nulla ratio ſinit dubitare.

RITTANGELIUS.

Erras & alios in errorem trahere ſatagis. Hæc dicit Chaldæus: *Et profecti ſunt omnis cœtus filiorum Iſrael de deſerto Sin ad profectiones ſuas, juxta Verbum Iehovæ & caſtrametati ſunt in Rephidim.* Hæc aliter ſonant quam tua verſio. Ad cætera ſupra reſponſum eſt, Chaldæos per τὸ *Memra d' Adonai* (*Verbum Iehovæ*) nullibi ſignificari velle decretum. Dein in tuam propriam perniciem citas verſum 16-tum capitis tertii Numerorum, *Præcepit vobis Moſes ſecundum os ſermonus Domini.* Nihil enim horum neque in Textu Hebræo, multò minus in omnibus Chaldæis extat. Sed Textus Hebræus habet; *Et numeravit illos Moſes &c.* Sic & Chaldæi. Vah! quam belle hunc locum vertit *præcepit* pro *numeravit*, & *vobis* perſonam ſecundam, pro *illos* tertia perſona. *Numeravit illos Moſes &c.* habet Textus Hebræus, & Utrique Chaldæi, non *præcepit vobis Moſes.* Corrige igitur.

IRENOPOLITA.

Verſ. 15: *Exſtruxit Moſes altare, & vocavit nomen ejus Verbum Domini vexillum &c.* Quia ope verbi ſui miracula inter illos patravit: Sicuti Targum Jonathan & Onkelos rationem ejus appellationis addunt.. Vide ſupra cap. 13. 8;

RITTANGELIUS.

Ignoſce, non ſic, ſed hæc habet Chaldæus: nempe, *Et ædificavit Moſes altare & invocavit nomen ejus, Verbum Iehovæ, hoc eſt miraculum meum.* Ubi tunc erat Lex vel verbum ſcriptum?

Vel putas Moſen illico deſcripſiſſe ſermones Dei (cum venia Ore prolatos) & per illam ſcripturam, literam mortuam patraſſe miracula? ſed quoniam ad Chaldæorum rationes provocas, ſcias Chaldæos velle; Moſen non altare ſic nominitaſſe, ſed eum, qui fecerat ipſis prodigia ſuper eo invocaſſe, & miracula ibi facta commemoraſſe, & pro iis Deum laudaſſe. Nam, *Va-ikra* non ſolum ſignificat *vocare*, vel *nominare*, ſed etiam *laudare*, *celebrare* & *invocare*.

IRENOPOLITA.

Verſ. 17: *Et dixit*: *juravit Verbum Domini per Thronum majeſtatis ſuæ*; *quod per Verbum ſuum bellum eſſet geſturus*. Decreto Dei, tanquam perſonæ, tribuit juramentum, quod per verbum vel per juſtam ſuam vindictam bello deleturus eſſet Amalekitas.

RITTANGELIUS.

Cum licentia mi Antogoniſta Chaldæus habet. *Et dixit quia juravit Verbum Iehovæ*. Hæ particulæ conjunctivæ, rationales, diſtinctivæ &c. interpretatu difficiles valdè videntur noſtro interpreti, cum plerumque eas omittere ſoleat. Bis hoc in verſu *Verbi Iehovæ* fit mentio. Primum, Antagoniſta vult notare *decretum*: Secundum verò *vindictam*. Quis tibi hoc indicavit unum & idem incommutabile, invariabile, & inapprehenſibile ſignificare diverſa & contraria? Ubi hoc monſtrabis *Iehovam* inapprehenſibilem notare *decretum* vel *vindictam*? vel ſi *vindictam*, non *decretum*. Et ſi *decretum* non *vindictam*. An neſcis quid ſit *decretum*, vel quid ſit *vindicta*: & quis ſit ille omnium ſummè bonus *Iehova*? Chaldæus nec *decretum*, nec *vindictam*, ſed ipſum *Iehovam* exprimit per *Verbum Iehovæ*. Pergit noſter interpres; *Decreto tanquam perſonæ tribuitur juramentum*. Sed quis hic exiſteret ſenſus. *Decretum juravit per majeſtatis ſuæ thronum*? Vel ut antè dictum eſt, *Decretum* vel *vindicta ſedet in ſolio excelſo & elevato*. *Decretum* vel *vindicta exaudit orationes noſtras*. Idem *Decretum* vel *vindicta remittit peccata*? Hem mirum interpretem.

IRENOPOLITA.

Cap. 23. 21: *Cave tibi ab illo & obedi voci ejus &c. non condonabit peccata veſtra*: *quia in nomine Verbi mei*, *ſermo ejus*. Ubi de Angelo agitur, quem populo Judaico ita præfecerat, ut omnia nomine Dei eſſet inter illum acturus & dicturus.

RIT-

RITTANGELIUS.

Cave tibi ab illo (à quo?) *ab Angelo*: *Et obedi* (cui?) *verbo ejus*. Cujus verbo obediendum est? *Angeli*. Ecce quam distinguit *Angelum* à *Verbo*: Quare? *quoniam non dimittet debita vestra*. Dein notari velim Chaldæum non habere *& obedi voci ejus*, nam hæc sunt verba Textus Hebræi quæ Antagonista hic pro Jonathanis vendit, *sed obedi loquelæ ejus*. Tertiò hæc Chaldæi verba, *quia in nomine meo Verbum ejus*, Irenopolita vertit, *quia in nomine Verbi mei sermo ejus*. Quod longe aliud est.

IRENOPOLITA.

Cap. 25. vers. 22: *Et præparabo Verbum meum tibi illic*. Quia in illo loco Deus responsa & oracula sua daturus esset. Vide similem phrasin cap. 22. 42. 43: cap. 30. 36: ubi idem reddit Onkelos.

RITTANGELIUS.

Versio hujus loci tolerabilis est. Sed quid dicit Textus Hebræus, *Ego Jehova conveniam te ibi*, non *Ego Oraculum vel responsum conveniam te*. Hunc *Jehovam*, quod toties inculcavimus, Chaldæus *Verbum Jehovæ* nominat.

IRENOPOLITA.

Cap. 26. vers. 28: *Et precatus est ibi in nomine Verbi Dei*. Sive istius Dei qui se Mosi revelaverat in Verbo suo.

RITTANGELIUS.

Varia noster Irenopolita malæ suæ causæ quærit refugia, quæ inter non exiguum est, præposlera locorum citatio. Nam hic versus, in hoc, ab eo citato loco, mei exemplaris non extat.

IRENOPOLITA.

Cap. 32. vers. 35: *Et percussit Verbum Domini propter vitulum*. Hoc est ultio Dei ex ira ejus profecta. Vide supra Gen. 12. 17:

RITTANGELIUS.

Cum venia mi Irenopolita, hîc iterum nugaris, nihil enim horum habet Jonathan, ſed hæc ſunt ejus formalia; *Et perdidit Verbum Iehovæ populum, propter quod incurvaſſent ſe coram vitulo quem fecerat Aharon.* Ad reliqua dicimus, Deus non eſt ultio; nec ira afficitur. Sed nec ſcriptura ſacra, vel Chaldæi, aut ullus unquam Hebræorum ſcriptorum tam impiè de ſummè bono Deo ſenſerunt: Aliàs vel unico in loco, ubi de ira vel ultione agitur, illi hæc attributa, per *ו Memra* (*Verbum*) expreſſiſſent. Examinanti autem omnia ſcripturæ, de ira & ultione agentia, loca, omniumque Chaldæorum ſcripta, nullum ex omnibus inveniet. Scriptura caute, & per condeſcentiam loquitur, atque quaſi vim ſibi facit, dum dicit *ira Dei, furor Dei &c.*

IRENOPOLITA.

Cap. 33. 9: *Et locutum eſt Verbum Domini cum Moſe.* Ita quoque Levit. 1. 1: Ita ſæpius Verbum Dei dicitur cum aliquo locutum eſſe. Vide Targum Hieroſ. *Dixit Verbum ad Moſen. &c.* cap. 13. 18: cap. 14. 15: Ubi optime pro divino Oraculo vel prophetica revelatione ſumitur. Sic etiam Deut. 30: *Verbum Domini Dei veſtri loquens nobiſcum:* videlicet in legiſlatione. Ita quoque Hieroſ. Deut. 32. 48: & 34. 4: cap. 31. 2: & 32. 49: Idem Irenopolita. verſu 12. capitis 33-tii: *Tu locutus es in verbo tuo.* ſcilicet mihi revelato.

RITTANGELIUS.

Sciat benevolus Lector, In illis locis ubi Chaldæi habent, *Verbum Domini locutum eſt ad Moſen*, Textum Hebræum habere, *Iehova locutus eſt ad Moſen vel cum Moſe.* Atque Chaldæos per *Verbum Iehovæ* neminem alium quam ipſum ſummum Jehovam exprimere. Egregiè hac de re diſputant Eſſæorum ſapientes, Num vox illa, quam audivit Moſes in tentorio conventus deſuper propitiatorio, è medio Cherubinorum, fuerit res creata: Vide hac de materia Textuarios vel Eſſæos diſputantes, quænam hæc fuerit vox. Idem quid ſentiendum ſit de ſermone divino, de ſermone Angelico, de ſermone prophetico & prophetico actu. Vide Soharum & magnum illum Schandrum Textuariorum facile principem & alios.

IRENOPOLITA.

Vers. 19: *Invocabo nomen Verbi Domini coram te.* Vide observata supra ad cap. 26. 28: Eadem locutio recurrit cap. 34. 5: *Et invocavit Moses nomen Verbi Domini.* Videtur autem Paraphrastes hic maxime indicare voluisse Nomen Dei Tetragrammaton, quo se Mosi revelaverat.

RITTANGELIUS.

Nugaris quod vers. 19: Moses invocaverit nomen *Verbi Dei* vel *Deum.* Sed Deus ipse nomen suum Jehova coram Mose elocutus est. Interim hic vel invitus fateri cogeris, per Chaldæorum *Verbum Jehovæ* intelligi debere ipsum *Jehovam.*

IRENOPOLITA.

Vers. 22: *Obtegam te Verbo meo.* Idem etiam Onkelos reddit; Ubi in Hebræo est, *ponam manum meam super te.*

RITTANGELIUS.

Iterum hallucinaris; Textus Hebræus habet *Oblegam te vola mea*, & non; *ponam manum meam super te.* Notari velim Antagonistam huic versui præcox & immaturum suum judicium non adjeciisse; forsan quia absurdum est dicere: *lege vel litera mortua* obtegam te, quam per τὸ *Memra Jehovæ* (*Verbum Jehovæ*) vult intelligi.

DICTA

DICTA LEVITICI.

IRENOPOLITA.

Ap. 5. 21: *Et mentitus fuerit mendacia contra nomen Verbi Jehovæ.* Hoc eſt contra illud nomen, quod in verbo ſuo manifeſtavit. Hebræus habet; *prævaricationem prævaricatus fuerit in Dominum.*

RITTANGELIUS.

De ejus Verſione non adeò accuratam ſubituri ſumus cum eo rationem. Sed audi; Textus Hebræus *contra Iehovam prævaricatus fuerit:* Chaldæus hunc *Jehovam* nominitat *Verbum Jehovæ*, dicens, *contra nomen Verbi Jehovæ prævaricatus* vel *mentitus.* Secundum noſtrum verò interpretem *prævaricatus eſt*, Unde quæſo tibi conſtat per *Verbum Jehovæ* indigitari *Verbum revelatum*? Ubi ratio deeſt; veritas exulat.

IRENOPOLITA.

Cap. 8. 33: *Et obſervabitis cuſtodiam Verbi Domini.* Idem extat infra Deut. 11. 1: *Obſervabitis cuſtodiam Verbi ejus.* Ubi propriè de verbo ſcripto ſive lege accipiendum eſt. Vide & Num. 9. 19. 23: *Obſervabitis cuſtodiam verbi Jehovæ.*

RITTANGELIUS.

Miſeret me tui, quod te iterum tam enormiter proſtituas. Textus Hebræus habet. *Et obſervabitis cuſtodiam, Iehovæ,* Chaldæus *Verbi Iehovæ*, non *legis* vel *Verbi ſcripti.* Nam nulla hic legis fit mentio, ſed Hebræorum *Iehovam* Chaldæus nominitat *Verbum Iehovæ.*

IRENOPOLITA.

Cap. 9. 23: *Si non habuerit delectationem Verbum Domini in ſervis.* Quia per Verbum Deus ſignificare ſolet beneplacitum vel delectationem ſuam. Simili quoque modo ibidem ſequentia poſſunt ſumi. *Recipiet Verbum Domini cum oblectatione ſacrificia Veſtra.*

RIT-

RITTANGELIUS.

Nihil horum habet Chaldæus. Sed hæc ſunt ejus verba: *Forte non habet beneplacitum Verbum Jehovæ in operibus manuum mearum.* Hic certè vel optimus inveniet campum patientiam ſuam exercendi, in lerna iſta noſtri tranſlatoris plena vitiorum exhaurienda. Primò: *Forte non habet.* (Quid?) *beneplacitum*, (Quis non habet beneplacitum?) *Verbum Iehovæ non habet beneplacitum.* Hic expreſſe. *Verbum Iehovæ* à *beneplacito* diſtinguitur, adeoque non ipſum *beneplacitum* ſignificare poteſt. Sed quam mirus, ſecundum tuam interpretationem hic evaderet ſenſus, ſi *Verbum Iehovæ* ſignificaret *beneplacitum* vel delectationem, nempe *Forte non habet delectatio vel beneplacitum in operibus manuum mearum, delectationem vel beneplacitum.* Quia tu vis *Verbum Iehovæ* ſignificare *delectationem* vel *beneplacitum.* Sed adhuc verſio tua ſub incudem revocanda eſt. Nam hæc *Forte non habet*, tu vertiſti *Si non habuerit.* Secundò, *in operibus manuum mearum*, tranſtuliſti *in ſervis.* Tertiò: *Recipiat Verbum Iehovæ*, interpretatus es *Recipiet Verbum Iehovæ.*

IRENOPOLITA.

Cap. 27. 14: *Miſerebor illorum cum Verbo meo:* Hoc eſt, *apud me ipſum.* Vel intima commiſeratione illos proſequar. Vel poteſt verti *per Verbum meum*, utpote quod index eſt hujus miſerationis.

RITTANGELIUS.

Sic perge & gratiam à me obtinebis & tandem ab omnibus ecte ſentientibus, nam dum confiteris *miſerebor cum Verbo meo*, idem eſſe, quod *miſerebor apud me ipſum*, dicis, quod alibi vel otius ubique negas, quod verò Ego, juxta veritatis præſcritum, ubique affirmo per *Verbum* intelligi *ipſum Iehovam.* Interim benevolum lectorem monere debeo, me hunc paragraphum in Chaldæo, hoc in loco, offendere non potuiſſe. Similiter quoque proximè ſequentem verſum decimum quintum, nempe *Hæc ſunt ſtatuta &c.* ibidem vix quiſquam reperiet. Ego certè invito & irrito conatu anxiè quæſivi.

DICTA NUMERORUM.

IRENOPOLITA.

Ap. 6. 27: *Et ego in Verbo meo benedicam illis*, ve *per Verbum meum.* Ut significetur causa media huju benedictionis. Huc etiam refer, quæ observata sun ad Gen. 24. 1:

RITTANGELIUS.

Ad hæc supra Genes. cap. 24. vers. 1. satis fusè responsum est Vide ibi.

IRENOPOLITA.

Cap. 10. 35: *Revelatum est Verbum Domini.* Et vers. 36: *Revertere Verbum Domini per misericordiam tuam* De arca fœderis hæc intelligenda esse manifestè indicat fons Hebræus vers. 35: *Cum proficisceretur arca dixit Moses.* Vocatur autem arca Verbum Domini: quia Deus ante illam responsa vel oracula sua dabat, quando sacerdos in dubiis rebus os Domini consulebat.

RITTANGELIUS.

O insignem nugatorem! *Revertere Verbum Domini*, id est, *arca Domini revertere*; & hoc iterum est, *Verbum Domini coram arca Domini prolatum revertere.* insulsa est hæc oratio. Antecedentia lege & meliora disces: Jonathan, *Et erat dum volebat proficisci arca*, (non cum jam proficisceretur arca) *erat nubes sublata & stabat & non proficiscebatur, usque dum mane ille*, (scilicet Moses) *stabat in oratione exorans & petens misericordiam à Deo, & ita dicens; Revelare Verbum Domini* (non revelatum est Verbum Domini) *in fortitudine furoris tui, & dispergentur inimici populi tui, nec erit odio habentibus eum pes ad consistendum coram te.* Si per *Verbum Domini* intelligenda foret arca, quî factum, quod Chaldæus, in antecedentibus à tè, (quia tibi contraria erant) omissis, ipsum vocabulum *Arona* (id est arca) non reddiderit per τὸ *Memra* (*Verbum*?) Dicam quod res est: Per

Verbum

Verbum Domini non intelligitur *arca* ipsa, sed ille, qui super arca sese revelabat, id est, *Iehova*. Et hæc sequentia ad oculum monstrant, quæ sic habent, *Revelare nunc Verbum Iehovæ in fortitudine furoris tui*. Hoccine de *arca* vel *Verbo* coram arca prolato prædicari potest aut etiam debet? Siquidem vero id arcæ impropriè tribui debere statuas: ut ergò id propriè tribuatur ei, quem arca præsentabat. Quem vero illum? Num legem? An vero eum, qui sese super aut coram arca revelabat? Postremum, ut mecum statuas manifeste veritas coget. Versionem ejus quod concernit, notari velim nostrum interpretem imperativum *Revelare*, vertisse *revelatum est*, per præteritum. Dein vocem consignificativam *Kedun* (*nunc*) *perperam* omisisse.

IRENOPOLITA.

Cap. 11.20: *Quia sprevistis Verbum Domini, quia glorioſa est majestas ejus inter nos habitans*. Similiter quoque Onkelos. Propriè de lege accipi potest; in quam contemptus vel transgressio cadit.

RITTANGELIUS.

Non sic legit Paraphrastes, sed noster Irenopolitanus interpres, sic exposuit. Jonathanis verba hæc sunt, quæ sequuntur: *Quia sprevisti Verbum Domini, cujus Divinitatis majestas habitat inter vos*. Quid tibi hic videtur de *Verbo* tali, quod Deus ipse est, sicuti & Joannes Evangelista testatur, & cujus divinitatis majestas habitavit inter Israël in deserto? Nam & Johannes Evangelista dicit, *Vidimus gloriam vel majestatem ejus &c.* Cujus majestatem vel gloriam? *Verbi*: Quodnam est illud verbum? *Ipse Deus. Et Deus erat Verbum*. Ecce *Deus* & *Verbum* unum sunt. *Pudeat te* tui commentarii. Hoc sententia fuit Christi, Apostolorum & omnium seculorum Ecclesiæ catholicæ. Dein hallucinatur dum dicit: Similiter quoque Onkelos: *Quia sprevistis verbum Domini, cujus Divinitas habitat inter vos*. Ecce & Onkelos dicit *Divinitatem Verbi habitasse inter Israëlem*. Potest, jam si tibi fides habenda, ita intelligi, si vero mihi neutiquam. Nam quæ legi adscribi possunt, *Majestas divinitatis & gloria inter populum suum habitans*? Nisi fortè minus impropriè loqui placuerit, cum tu tamen ita propriè intelligendum id esse audacter asseveres. Audi, lege, judica. *Quia sprevistis Verbum scriptum vel legem seu literam mortuam cujus Divinitatis majestas habitat inter vos*. Quod tamen tunc temporis nondum in rerum natura fuit. Nota bene, Chaldæus habet *inter vos habitat*: hæc noster interpres vertit *inter nos &c.* *Nos* pro *vos &c.*

IRENOPOLITA.

Cap. 14. 30: *Non ascendetis in terram, quam juravi in vel cum Verbo meo.* Ita & Onkelos: hoc est, quam juravi apud me ipsum, vel in verbo meo ad patres vestros & vos facto, pollicitus sum. Vide & Gen. 13. 5:

RITTANGELIUS.

Tu quidem in hoc paragrapho ipse fateris, *in vel cum Verbo meo juravi*, idem esse, ac *apud me ipsum juravi*: & hoc verum est, Nam bene sequitur *Ego juravi apud me ipsum; Vel in Verbo meo*, (Quis est ille Ego?) *Iehova* (Et quid significat *in Verbo meo?*) *Apud me ipsum.* Sed hoc statim hic & ubique negas. Nam hic statim subjungis, *vel in Verbo meo ad patres vestros & vos facto pollicitus sum &c. Si juravi in verbo meo*, idem est, ac *juravi apud me ipsum*; Ubi ergo hoc probabis, quod *Deum apud se ipsum juravisse* significet *in verbo ad patres vestros & vos facto seu prolato polliceri?*

IRENOPOLITA.

Vers. 35: *Ego Dominus decrevi in vel cum Verbo meo.* Sic etiam Onkelos. Hoc est, ita statui apud me ipsum, vel significavi in verbo meo, sic me decrevisse.

RITTANGELIUS.

Prius verum est. *decrevi in Verbo meo*, idem esse ac *statui apud me ipsum:* Vide supra. Posterius falsum est, Chaldæum per *Memra Jehovæ* (*Verbum Iehovæ*) significari velle *Verbum scriptum.*

IRENOPOLITA.

Cap. 16. 11: *Quia convenistis contra Verbum Domini & Aharons:* Et vers. 26: *Quia convenerunt contra Verbum Domini*, quo videlicet jusserat, ut principatus penes Mosen, & sacerdotium semper in familia Aharonis maneret.

RITTANGELIUS.

Vix me à vehementiori animi motu continere possum, quod tam

tam protervè non dicam Chaldæos, sed ipsam scripturam sacram, mutilare non erubescas. Nam ubi in Textu Hebræo, seu in Chaldaica paraphrasi legisti, quod te legisse innuis; *Quia conveniſti contra Verbum Domini & Aharonis*? Ita potius; si rectè mecum inspexeris legendum erit. *Qui* (non *quia*) *conveniſtis contra Verbum Domini:* (hic interponendum, quod tu omisisti comma;) *Aharon vero* (non, *& Aharonis*) *quis est, quod vos murmurantes contra ipsum.* Ecce quam longè distent æra lupinis. Tu conjungis sejungenda, ut invito lectori tuum instellare possis errorem.

IRENOPOLITA.

Cap. 20. 21: *Et mandatum acceperunt à Verbo cœli vel cœlesti*, id est, ab oraculo Dei: quia cœli nomine Chaldæi & Hebræi indigitant ipsum Deum. Hinc illa trita inter eos. *Omnia propter nomen cœli*, sive ad gloriam Dei referenda sunt. *Semper timeat homo cœlum*, vel Deum; atque his alia genuina.

RITTANGELIUS.

Tu expresse vides; quod infinitè urgeo, *mandatum* distingui ab ipso *Verbo;* Quod tu tamen protervè pro ipso *Verbo Dei* obtendis: Audi! *Mandatum acceperunt*, (à quo?) *à Verbo cœli.* Et quid indigitant Hebræi & Chaldæi per cœlum? Antagonista dicit *ipsum Deum.* Sufficit.

IRENOPOLITA.

Vers. 24: *Rebellaſtis contra Verbum meum.* Idem quoque Onkelos. Eadem loquendi formula reperitur in utroque Targum. Deut. 1: 43. & 9. 23: *Rebellaſtis contra Verbum Domini*; Ubi in Hebræo est, *contra os Domini.* Nihil autem aliud quam jussum aut statutum Dei hic intelligi potest. Eodem sensu quoque sumitur in Targum Hieros. Deut. 32. 51. *Propterea quod rebellaſtis contra nomen Verbi mei.* Sic etiam sequente. (Nempe) cap. 21. 6: *Et locuti estis contra Verbum Domini.*

RITTANGELIUS.

Hic iterum impingit enormiter: Primò: Chaldæus habet *Propterea quod rebellaſtis.* Secundò errat tua Excellentia, nam dicis eandem formulam loquendi in utroque Targum (Deut. 1. 43: & 9. 23:) Quod falsum est. Nam in his duobus locis in utroque Targum alia loquendi formula reperitur.

IRENOPOLITA.

Cap. 21. 7: *Excitavit Verbum Domini ſerpentes*; quia verbo ſuo tanquam iræ & vindictæ ſuæ inſtrumento, plagas immittit hominibus. Vide ſupra Gen. 12. 17: & Exod. 32: 35:

RITTANGELIUS.

Arrigat quæſo benevolus lector aures. Sacra ſcriptura in fonte Hebræo dicit; *Et immiſit Jehova ſerpentes.* Chald. *Et propterea concitavit Verbum Iehovæ ſerpentes.* Noſter interpres Irenopolitanus: *Iræ & vindictæ inſtrumentum immiſit ſerpentes:*

IRENOPOLITA.

Verſ. 9. & 10: *Si dixerit cor ſuum ad nomen Verbi Domini*; hoc eſt invocaverit Deum, inque illo fiduciam ſuam collocaverit, ut liberet eos ab ignitis ſerpentibus. Confer Sap. 16. 12. Vide quoque Exod. 26. 28: & cap. 33. 19: ubi Moſes dicitur *nomen Verbi Dei* invocaſſe.

RITTANGELIUS.

Et hic frugi vir eſſe videris, dum tua ſponte verum fateri cogeris. Dicis, quod *dirigere cor ad Verbum Iehovæ* ſignificet, *invocare ipſum Jehovam.* Hoc eſt: *Verbum Iehovæ*, ſignificare ipſum *Jehovam.* Quod veriſſimum eſt. Sed hoc fermè ubique impugnaſti. Quod verò dicis Exod. 26. 28: & 33. 19. Moſen invocaſſe *Deum*, vel ſecundum Chaldæum *Verbum Dei*, veritati repugnat.

IRENOPOLITA.

Verſ. 36. *Præparavit Verbum Domini vermem vel erucam:* hic verbo, tanquam providentiæ Dei miniſtro & executori, tribuuntur paſſim actiones cauſæ principalis: Uti cap. 23. 3: *Præparavit Verbum Domini ut occurreret ei.*

RITTANGELIUS.

Quid audio! Jehova ille ſummus, quem Chaldæi per *Verbum Jehovæ* exprimunt, *providentiæ miniſter & executor eſt.* Verum auſcultа paucis; ſi non minus revelatorem quam interpretema-

gere conaris & dic. Quisnan ergo ille, cujus Jehova minister à te dicitur? Si enim Jehova, quem, ut diximus, Chaldæi per *Verbum Iehovæ* exprimunt, providentiæ minister est: Necesse est, ut ipso quidam superior sit, cujus ab imperio tale providentiæ ministerium dependeat. Facile est sensum affingere, difficile vero probare. Nec minus peccas capitis vigesimi tertii citando versum tertium; Ubi pro *forte occurret* in futuro; ponis *præparavit* in præterito, omissa vocula *forte*. Dein *in occursum meum*, vertis *ut occurreret ei*. Sed ad rem: Textus Hebræus dicit, Bileamum iviſſe in occursum *Iehovæ*. Chaldæus, *in occursum Verbo Jehovæ*, non juxta nostrum Irenopolitam *in occursum providentiæ ministro & executori*. Hisce vale.

IRENOPOLITA.

Cap. 22: 9: *Et venit Verbum à Domino*. Idem quoque vers. 20: & cap. 23. 4: 16: Ubi de revelatione prophetica facta Bilhamo. Alia huc pertinentia vide ad Gen. 20. 3:

RITTANGELIUS.

Audi; hic locus quidem agit de revelatione prophetica, sed ideo *Verbum* significare *revelationem propheticam* nunquam monstrabis. Apud Hebræos *revelatio prophetica* vocatur *Chason* vel *Machsech* aut *Marreh*, apud Chaldæus *Chesvah* &c. nunquam vero *Memrah* (*Verbum*.) Hoc semel pro semper dictum esto. Universalis enim canon est, cui contradicere nullus potest.

IRENOPOLITA.

Vers. 19: *Perrexit Verbum Domini mecum loqui*. Ubi Verbo Dei, tanquam causæ mediæ tribuitur loquela. Vel potest de Angelo sumi Bilhamum alloquente.

RITTANGELIUS.

Hic nudum te exhibes Antagonista. Nam quid hoc commentarii est? *Perrexit Verbum Domini mecum loqui*; *hic Verbo Dei tanquam causæ mediæ tribuitur loquela*. Atqui Textus Hebræus in quem Paraphrastes Jonathan commentatur habet *Jehova*, & hunc *Iehovam* Jonathan appellat *Verbum Jehovæ*, non potest igitur intelligi *prolatum verbum*, quia id nullibi apud Paraphrastas Chaldæos, quod toties inculcatum est, per *Memrah Jehovæ* reddi solet. Vel etiam inquis, de Angelo hoc intelligi potest.

Nimi-

Nimirum poterit; ubi tu probaris *Jehovam*; quem Chaldæi per *Verbum Iehovæ* exprimunt, pro Angelo creato ſumi, id eſt nunquam. Proſtat adhuc aliquid aliud, quod ſub examen vocetur, nempè illud, quod toties conteſtati ſumus, vulpecularum Scholaſticarum præteritum à futuro diſcernere neſcientium conſortiis invitos nos ingerere. Chaldæus habet *Quid addet Verbum Domini loqui ad me*, in futuro, noſter interpres hæc vertit *Perrexit Verbum Domini loqui ad me* in præterito, omiſſa voce *Quid*.

IRENOPOLITA.

Verſ. 28: *Aperuit Verbum Domini os ejus*, ſcilicet aſinæ. Hoc eſt Angelus linguam bruti animalis movens, qui juſſu Dei venerat; ſive etiam vis aliqua divina, ne à malo genio profectum hoc eſſe credatur.

RITTANGELIUS.

Hic anguis inſtar in gyros ſe vertit, ut quod, hoc in loco ipſi negotium faceſſit, evitare queat. Textus Hebræus habet, *Et aperuit Jehova os ejus*, (aſinæ ſcilicet:) Chaldæus hunc *Jehovam* nominitat *Verbum Jehovæ*. Tu per Hebræorum *Jehovam*, quem Chaldæi per *Verbum Jehovæ* exprimunt, intelligi vis *Angelum* qui juſſu Dei venerat vel vim aliquam &c. Quis unquam Hebræorum ſcriptorum, ab ipſo tempore quo incepit eſſe gens, tale quid ſomniavit דיי *Jehova* id eſt, creatorem omnium ſignificare Angelum vel vim aliquam creatam.

IRENOPOLITA.

Cap. 23. 19: *Non ſicut Verba filii hominis Verbum Domini eſt*. Hic non opus eſt à proprio ſignificatu recedere.

RITTANGELIUS.

Se ipſum carpit atque cavillatur noſter interpres. Dicit enim *non opus eſſe à proprio ſignificatu recedere*, cum tamen ille ipſe, contra omnem juris ordinem, receſſerit. Quia in his Jonathanis verbis turbant eum appellationes, ideòque fauſtiore ſignificationis voce utitur. Nota bene Chaldæus hic habet *Milleh* (*voces*) non *Memrah* (*Verbum.*) Hic non opus eſt à propria ſignificatione recedere, verum eſt: Nempè à propria ſignificatione verborum Jonathanis, à qua tu tamen receſſiſti. Verum a tuo ſignificatu, quam opus eſt maxime. Quia in priori parte hæc, voces

voces filii hominis Chaldæus non per ב *Memra* (*Verbum*) per quod ipsum Jehovam exprimere solet, reddidit. Sed per מ *Milleh* (vocem, loquelam proprie significans.) Et significat ב *Milleh*, tam apud Hebræos quam Chaldæos, *voces* per se significativas, & per se nihil significativas sed consignificativas. Posterius vero magis, tam apud eorum Grammaticos, quam Dialecticos & Logicos &c.

IRENOPOLITA.

Vers. 20: *Ecce benedictionem accepi ab ore Verbi sancti.* Indicat, cujus jussu benedixerit populo, quod non proprio instinctu aut suasu alterius id fecerit, sed tantum divino motus mandato.

RITTANGELIUS.

Nugas & hic vendis: Non enim Chaldæus dicit *ab mandato verbi sancti*; nec *ab ore mandati sancti*, aut *à mandato oris sancti*; Sed *ab ore Verbi sancti.* Et si per metonymiam causæ instrumentalis pro affectu hoc sumere placet; ita ut per *os* intelligi debeat *mandatum ore prolatum*, Esto! Sic vera stabit hujus dicti sententia: nempe, *Ecce benedictionem accepi ab ore*, id est, *juxta te, ab mandato & jussu.* Sed jam quæritur, cujus *ore*, vel secundum te cujus *mandato & jussu*? *verbi sancti* vel *Iehovæ.* Vel si mavis *Ecce benedictionem accepi ab ore mandati sancti:* Et hic Davum agis non Oedipum. Cur non potius à manibus vel pedibus &c. mandati?

IRENOPOLITA.

Cap. 25. 4: *Et suspendes illos in ligno coram Verbo Domini:* quo suspendium illorum jussit: vel ut hoc modo placetur ira & vindicta ejus, quæ Verbo Domini denotatur.

RITTANGELIUS.

Abuteris lectoris patientia, invertendo potius genuinum Textus Chaldæi sensum, quam explicando: & more tuo agis, imo more omnium tuæ sectæ addictorum, ut sensum non efferatis ex scriptura, sed in eam inferatis. Nempè, potest hoc sic vel sic etiam reddi: Ubi non est quæstio, quomodo possit, sed quomodo intelligi debeat, isto vel isto in loco, ubi extat. Ex. gr: Hic dicitur; *Et suspendes illos in ligno coram Verbo Domini*; Posset forsan, nullis circumstantiis consideratis *legem* vel *Verbum scriptum*, uti Antagonista vult, *Verbum Jehovæ*, contra Jona-

thanis mentem notare: Sed numne hoc ita, non dicam sit, sed esse possit, quæstio est. Tuque sudabis antequam hoc præstiteris. Quid enim hoc dictum esset. *Et suspendes illos coram lege vel Verbo scripto?* Imo de suspendio illorum, qui cum Baal Pehor scortati fuerint nondum extabat mandatum. An forte putas illam ipsam *Iehovæ*, vel juxta Jonathanem *Verbi Jehovæ*, prolatam in eos sententiam, Mosis digitis illicò descriptam, palo affixam esse, coramque ea suspensos hos homines fuisse? Noli tantopere ingenio post hac indulgere, ut luci tenebras affundere non verearis. Fatere potius verum, & Deo, quam debes, gloriam tribue. Hoc nempe vult Textus Hebræus & Chaldæus. *Et suspendes illos coram Jehova.* Chaldæus, *Et suspendes illos coram Verbo Iehovæ*, nempe, non scripto, quod nondum, ut antea dictum est, extabat; quia eo ipso momento primum proferebatur, sed essentiali *Verbo* ipso *Jehova.* Cæterum quod Antagonista dicit *Verbum Iehovæ* notare *iram* & *vindictam*; extra chorum saltat. Nam audi: *Et suspendes illos*, (coram quo? Textus Hebræus:) *coram Jehova*; Chaldæus *coram Verbo Jehovæ.* Interpres noster *coram ira & vindicta.* O, blasphemum impudensque os! Quid quæso, à mente Chaldæorum alienius, quam æquè hoc dici potest.

IRENOPOLITA.

Cap. 27. 16: *Constituet Verbum Domini, qui dominatur in corpus hominis.* Ita quoque Targum Hieros. quia jussu vel decreto Dei hoc futurum erat.

RITTANGELIUS.

Tua cum venia, mi Irenopolita, liceat mihi lectorem monere, quos tu citas, seu Jonathanem, seu Targum Hierosolymitanum nunquam vidisse. Ubi enim quæso, sive in hoc, sive in illo, reperitur *in corpus hominis?* Sed paucis; Quater impingis. Primò Chaldæus habet *constituat Verbum Domini*, non *constituet.* Secundò, Chaldæus dicit *Verbum Domini quod dominatur*, non *qui dominatur.* Tertiò, *in spiraculum filii hominis*, non *in corpus hominis.* Quartò, falsum est, ita quoque habere Targum Hierosolymitanum; nam & hic aliter habet; nempe, *in spiraculum omnis carnis*, non *in corpus hominis*; sicuti tu habes.

DICTA

DICTA DEUTERONOM.

IRENOPOLITA.

Ap. 1. 1: *Receſſiſtis à verbo ejus, & irritaſtis antea in Pharan Verbum Iehovæ.* Hoc eſt, Spiritum ejus, ut alibi Scriptura loquitur Pſal. 106. 33. Unde etiam Targumici in locis, ubi Deo tribuitur ſpiritus, reddunt Verbum Domini. Vide ſupra.

RITTANGELIUS.

Hic noſter Irenopolitanus interpres, Civem Academiæ Bompeditanæ agere ſatagit, qui juxta illud Hebræorum proverbium, Elephantem per foramen acus traducere conati ſunt. Audiamus Paraphraſten; *Et vos receſſiſtis retrorſum à Verbo ejus, & efferbuiſtis coram eo in Pharan, propter verbum exploratorum.* Denſiſſimum profecto glaucoma oculis noſtri Regii & tam egregii interpretis objectum fuiſſe patet, dum quod videt & legit, nec videat nec videre queat. Nam primò, vocabulum *retrorſum* vel *à retrò* ſupinè prætermiſit. Secundò, dictionem *coram eo*, vertit *antea*. Tertiò, vocem *exploratorum* pluralis numeri; interpretatus eſt *Jehova*. Sed ubinam quæſo *explorator* ſignificat ipſum ſummum *Jehovam*, in quo lexico vel autore hoc legiſti? Forte quod vocabulum hoc tibi valde familiare fuerit, qui veritatem prodendi, viam *exploratorum* abis. Quid tandem Irenopolitanus noſter interpres dicit? Vult Chaldæum hoc in loco per *Memra* (*Verbum*) ſignificari velle ſpiritum, atque eum in finem Pſalmi 106-ti 33-tium verſum, qui in Chaldaico Idiomate ad verbum ita ſonat, *Quoniam rebellarunt contra ſpiritum ſanctitatis ejus*, citat. Et hic vanus es, & fumos vendis. Numne citato in verſu invenitur τὸ *Memra* (*Verbum*,) de quo nos agimus, quod eo Vocabulum *ſpiritus* expreſſum ſit, ut tu nugaris? inſpice textum & contrarium invenies.

IRENOPOLITA.

Cap. 3. 22: *Exterminavit illos Verbum Domini à facie illorum:* Quia Verbum Dei tanquam punitionis miniſter conſideratur.

RITTANGELIUS.

Nimis liberaliter hunc locum vertit noſter interpres. Chaldæus habet, *Quoniam Verbum Iehovæ Deus veſter pugnat pro vobis*, & non *Exterminavit illos Verbum Domini à facie illorum*. Dein quis quæſo ſenſus exiſteret, juxta Irenopolitani noſtri interpretis & tranſlatoris verſionem & explicationem. Textus Hebræus, *Ne timeatis illos, quoniam Iehova Deus veſter ipſe* (eſt) *qui pugnat* (pro) *vobis*, Chaldæus hunc *Hebræorum Iehovam*, nominitans *Verbum Jehovæ* dicit: *Quoniam Verbum Jehovæ Deus veſter pugnat pro vobis*. Et hîc Irenopolita noſter interpretem non minus, quam revelatorem agens dicit, Hebræorum *Jehovam*, quem Chaldæi per *Verbum Jehovæ* exprimunt, eſſe *punitionis miniſtrum*. Erue jam ſenſum ſi Vir es, *Punitionis miniſter, qui Jehova dicitur, ille eſt qui pugnat pro vobis*. Cæterum notari velim, Textum Hebræum & Chaldæum habere *pugnat* in præſenti, & non *exterminavit* in præterito. Neque Chaldæus habet *illos* in tertia perſona, ſed *vobis* in ſecunda.

IRENOPOLITA.

Cap. 4. 3: *Oculi veſtri viderunt, quod fecit Verbum Domini in Baal Pehor*. Quia mediante verbo actiones ſuas exequitur.

RITTANGELIUS.

Sæpius diximus noſtrum interpretem ſimpliciter Textum Hebræum, vel Latinam aut Germanicam alicujus verſionem (cui unicam tantum voculam *Memra* (*Verbum*) addit, & pro Jonathanis Paraphraſi venditat) inſpexiſſe. Si enim demes τὸ *Memra* (*Verbum*) habebis Textum Hebræum, vel aliam quamvis verſionem. Jonathan vero longè aliud hic proponit, nempè; *Oculis veſtris vidiſtis, quod fecit Verbum Jehovæ in colentes idola Pehor: quoniam omnem filium hominis, qui fornicatus eſt, poſt idola Pehor exſcidit Dominus Deus tuus è medio tui* Fiat jam comparatio noſtri interpretis verſionis, cum Jonathanis Paraphraſi, & ſinceritas ejus apparebit. Ad hanc porrò & ſimiles valde ineptas explicationes jam toties reſponſum eſt. Nam Chaldæus Hebræorum *Jehovam* vocitat *Verbum Jehovæ*.

IRENOPOLITA.

(Verſum ſeptimum in duo diſtincta membra diviſit, Primum eſt.)

est.) *Cui Deus est propinquus, ad quem in nomine Verbi Jehovæ Dei lex illorum.* Privilegium populi Judaici in eo ponit, quod legem à Deo acceperit.

(Secundum membrum est.) Ibidem. *Quia Verbum Domini sedet super solio suo excelso, atque audit preces nostras.* Hoc est, majestas divina in verbo revelata, ne quid terreni mens humana concipiat.

RITTANGELIUS.

Nihil quicquam horum utraque ex parte in paraphrasi Chaldaica inveniri posse, sole meridiano clarius est: Sed hæc quæ sequuntur sunt Jonathanis formalia verba: *Quænam gens hæc tam magna, cui Deus est propinquus, sicut Verbum Jehovæ. Siquidem viæ* (id est consuetudo) *gentium* (est) *accipere idolum suum super humeros suos, & imaginantur sibi, illos esse propinquos, cum tamen longinqui sint: Eo quod non audiunt auribus suis: Verbum vero Jehovæ sedet super solio suo excelso & elevato, & exaudit preces nostras, omni tempore, quo oramus coram eo, & facit petitiones nostras.* Hic quæso Benevolus lector sit attentus. Primò; Hæc Jonathanis verba, *cui est Deus propinquus sicut Verbum Jehovæ*, Antagonista vertit, *cui Deus est propinquus, ad quem in nomine Verbi Jehovæ.* Secundò committit fallaciam compositionis & divisionis, quia hic debet esse punctum. Ignorantia linguæ Chaldaicæ denuò & nimis secure se hic prodit, dum illa, à prioribus per punctum sejungenda, nempe, *Siquidem viæ gentium* (sunt) *accipere idolum suum &c.* quæ noster interpres vertit, *Dei Lex illorum*, prioribus annectit, nempe, *cui est Deus propinquus, ad quem in nomine Verbi Jehovæ Dei Lex illorum*; cum hoc deberet esse, *cui Deus propinquus sicut Verbum Domini*, (Nota Bene, punctum;) *Siquidem viæ gentium sunt &c.* Tertiò, vocem *Elohen* (*Siquidem*) interpretatus est, *Dei:* cum non nomen sed conjunctio causalis sit. Literarum similitudo decepit hominem, ignorantiamque adauxit, & quod magis est. Quartò: *Viæ* vel *consuetudo eorum*, nempe gentium, vertit. *Lex illorum.* Quæ conventio Christo ad Belial? Chaldæus loquitur de maledicta idololatrica consuetudine gentium circa idola sua, & noster interpres, vult hanc illorum *maledictam & pessimam consuetudinem idololatricam*, significare *sanctissimam legem divinam.* O sortem! O mortem! vel ipsis hostibus tuis lamentabilem! Sed adhuc est, quod sub examen vocetur in secundo membro. Nam Quintò; Vocem *Umnatel* (*& elevato* scilicet solio) interpres noster supine neglexit. Chaldæus enim habet, *super solio suo excelso & elevato*; Irenopolita noster *super solio excelso* tantum.

Sextò Chaldæus habet, *Verbum vero Domini ſedet &c.* & non *Quia Verbum Domini ſedet.* Quod tandem vult, hæc de lege divina dicta eſſe. Ubi quæſo, hoc in loco vel minimo apice legis fit mentio? certè minus orbiculares videntur eſſe oculi noſtri Irenopolitæ, imo potius ovalem illos habere figuram, aut inſtar oculorum pardi propendere. Et quis quæſo ſenſus exiſteret; *Cui Deus propinquus eſt, ſicuti lex illis propinqua eſt?* Vel juxta noſtri interpretis verſionem nempe: *Cui Deus eſt propinquus ad quem in nomine legis Jehovæ, Dei lex illorum.* Quis quæſo talem interpretem riſu non exciperet?

IRENOPOLITA.

Verſ. 20: *Vos ſumpſit Verbum Domini in ſortem ſuam.* Quia hæc electio tantum gratioſo Dei decreto facta eſt.

RITTANGELIUS.

Hic verum dicit, *gratioſo Dei decreto electionem hanc factam eſſe.* Sed hoc falſumeſt, Chaldæum per τὸ *Memra* (*Verbum*) ſignificari voluiſſe *decretum*: Aliàs vel unico in loco ſcripturæ ſacræ, ubi proprio & genuino vocabulo, *decreti divini* mentio fit, id per τὸ *Memra* (*Verbum*) factum fuiſſet. Sed audi: Tu quidem hic iterum verum dicis, ſed tua verba, non ſecundum veritatis præſcriptum vis intelligi. Nam Chaldæus *decernere* tuum, per τὸ *ſumpſit* expreſſit; *electionem* per *ſortem*, & *Iehovam*, per *Verbum Iehovæ.*

IRENOPOLITA.

Verſ. 24: *Quia Domini Dei veſtri Verbum eſt ignis conſumens.* Idem cap. 9. 3: Eadem utrobique retinet Onkelos. Intelligit autem ſeveritatem iræ & ultionis Dei, quæ momento inſtar ignis exurit & abſumit.

RITTANGELIUS.

Hic noſter Antagoniſta iterum, non ſolum egregium interpretem, ſed etiam valde mirum, contra canonem ſcripturæ & mentem paraphraſtæ, agit revelatorem. Audi, vide, tace; Eò quod *Verbum Jehovæ* vel ſecundum Textum Hebræum, *ipſe Jehova*, in eodem contextu orationis, cum *igne* conſumente occurrit, per *Verbum Jehovæ*, vel Hebræorum *Jehovam* intelligi debere *ignem & ſeveritatem iræ & ultionis Dei.* Quare non potius τὸ *Quia*, quæ prima vox contextus eſt *iram, ſeveritatem, ultionem & ignem* ſignificat?

IRE-

IRENOPOLITA.

Vers. 33: *Audivit populus vocem verbi Domini ex igne.* Et; vers: 36: & cap. 5. 24: Eadem repetit hic Onkelosus. Intelligunt vocem distinctam cum illo loquentem. Vide Gen. 3. 8. 10:

RITTANGELIUS.

Hunc versum in Textu Hebræo, & in omnibus, quotquot sunt, versionibus de voce distincta agere, clarum est. Sed de cujus voce? Textus Hebræus, & omnes quotquot sunt versiones dicunt, de voce Jehovæ. Idem & Chaldæus dicit per *Verbum Jehovæ*, per quod ille Hebræorum *Jehovam*, Germanorum GOTT vel HErr / Gallorum *Eterneul*, Polonorum *Pan* vel *Bog* &c. intelligi vult. Pergit noster interpres & dicit; *Eadem hic repetit Onkelosus.* iterum nugatur; Onkelosus hæc habet quæ sequuntur: *Num audivit populus vocem Verbi Jehovæ loquentis è medio ignis, sicuti tu audivisti & consistet.* Jonathanis vero formalia hæc sunt *Num possibile est, quod audivit populus vocem verbi Jehovæ Dei viventis loquentis è medio ignis, quemadmodum vos audivistis, & consistet.* Confer jam hanc Jonathanis paraphrasin cum Onkelosi, vel horum Paraphrasin cum tua versione, & patebit, num eadem hic inter se habeant Chaldæi, & num horum paraphrasis tuæ versioni concordet. Dein in tuam propriam perniciem citas versum trigesimum sextum, qui ita sonat; *De cœlis excelsis audire fecit vos vocem Verbi sui, ad corripiendum Vos doctrina sua, & super terram videre fecit vos ignem suum magnum & sermones ejus audivistis è medio ignis.* Hic versus pleonasticè loquitur de distincta voce, primo per *& fecit vos audire vocem*; Ubi Chaldæus etiam habet *Kol* (propriè & genuine significans *Vocem*) & non *Memra* (*Verbum*) de quo nobis hic sermo est. Secundò, per *& sermones ejus audivistis è medio ignis.* Ubi nec hic Chaldæus *& sermones* per *Memrah* (*Verbum*) reddidit; sed per *Pithgama* (*sermonem* ore prolatum vel propheticum proprie significans.) Sed examinemus illa dum adhuc penitius. *De cœlis excelsis audire fecit vos*, (Quis? Textus Hebræus) *Jehova*, Chaldæus *Verbum Jehovæ*, non *vox articulata aut distincta audire fecit vos*, ut tu nugaris. Sed pergamus; Quid audire fecit *Jehova*, vel secundum Chaldæum *Verbum Jehovæ*; *Verbum Jehovæ, vel Iehova audire fecit vocem suam.* Ergo qui audire fecit vocem suam, secundum Chaldæum est *Verbum Iehovæ*, secundum Hebræum vero *Iehova*, & iterum secundum Latinos est *Deus*, vel *Dominus*; secundum Germanos est GOTT

vel

vel יהוה / ſecundum Hiſpanos eſt *Dio*, ſecundum Gallos *Eterneul &c.* Ita res ſe habet. Interpres vero noſter. *Vox fecit audire Vocem ſuam.* Nemini prudentiori hoc perſuaſeris τὸ *vox* idem eſſe ac Jehova, Quid magis? *Et ſermones* (diſtinctos) *ejus audiviſtis*, (Cujus ſermones? Textus Hebræus) *ſermones Iehovæ:* Chaldæus *ſermones Verbi Iehovæ.* Interpres noſter, *ſermones diſtinctos ſermonis.* Nugæ ſunt! Et cum jam ſuperius dixerat cujus vocem, nempe *Iehovæ* vel *Verbi Iehovæ*, pergit & dicit quare ſermones *Iehovæ* vel *Verbi Iehovæ* audire fecerit eos, nempe, *ad corripiendum vos doctrina ſua.* (cujus doctrina? Textus Hebræus,) *Doctrina Iehovæ;* Vel ſecundum Chaldæum *doctrina Verbi Iehovæ.* Vide quomodo *doctrinam* ſeu *legem* & *ſermonem ore prolatum*; atque *vocem diſtinctam*, ab eo, cujus *lex*, vel *doctrina*, *ſermo* atque *vox diſtincta* dicitur, nempe à *Iehova*, quem Chaldæus *Verbum Iehovæ* nominitat, ſignificanter diſtinguit. Et certè non ſine inſigni ratione, Chaldæus vocabula *Kol* (*Vox*,) & *Pithgamah* (*ſermonem*, ore prolatum propriè ſignificans,) atque *Ulphana* (*doctrina*,) denique *Oraita*, (*Lex*) ubique retinuit, ut eò diſtinctius rem ſignificatam, à *Memrah Adonai* (*Verbo Jehovæ*,) cujus lex, doctrina, vox, ſermo eſſe dicitur, diſtingueret.

IRENOPOLITA.

Cap. 5. 5: *Stabam inter Verbum Domini & vos.* Scilicet in legiſlatione. Sic etiam Onkelos. Hoc ſenſu & ſequentia ſumenda. Ibidem. *Quia timor eorum à voce Verbi Domini, quæ audita eſt è medio ignis.*

RITTANGELIUS.

Et hunc verſum noſter Irenopolita in duo diſtincta membra diviſit. Hic jam ſiſte pedem, non facilè ictum declinabis, quem ipſe minatur textus: *Ego ſtabam inter Iehovam & inter Vos in tempore iſto.* Chaldæus; *Ego ſtabam inter Verbum Iehovæ & inter vos in tempore iſto.* (Quare? Textus Hebræus) *ad annuntiandum vobis ſermonem Domini.* Chaldæus *ad dandum vobis ſermonem Domini.* Vide Chaldæus & hic *ſermonem* ore prolatum per *Pithgamah* expreſſit; & non per *Memrah Iehovæ* (*Verbum Iehovæ*,) per quod ſolum *Iehovam* vult intelligi. Verum cur omittis hæc ſequentia, quæ ſenſui lucem afferunt, nempè *ad annuntiandum vobis ſermonem Domini?* In poſteriori membro Chaldæus habet, *Quia timuiſtis à voce Verbi Iehovæ;* Interpres noſter hæc ita vertit. *Quia timor eorum à voce Verbi Domini.* Vitulinos hic habuit oculos;

oculos, quia murem farina conſperſum pro molitore aſpexit? Duos graviſſimos, in una, & quidem breviſſima voce, commiſit errores. Nam verbum præteriti temporis, pluralis numeri, ſecundæ perſonæ, nempe, *Dechaltun (timuiſtis)* diviſit, ex priori particula elucubravit *nomen* ſingularis numeri, nempè *timor*; ex poſteriori vero affixa particula, *thun (vos,)* quæ quidem pluralis numeri eſt, ſed ſecundæ perſonæ, & hoc in verbis tantum, pro pronomine tertiæ perſonæ, *eorum* nempè aſpexit. O Egregium interpretem! *Timor eorum*, pro *timuiſtis.*

IRENOPOLITA.

Cap. 6. 21: *Et eduxit vox Verbum Jehovæ ex Ægypto manu forti.* Sic cap. 24. 18: *Et liberavit vos Verbum Domini inde*, ſcilicet ex Ægypto. Et cap. 32. 50: Quia antea patribus liberatio hæc promiſſa erat in verbo; Vel quia Targumici attributum potentiæ Dei per illud ſignificare ſolent.

RITTANGELIUS.

Error hic Typographicus occurrere videtur, quem tamen in indice errorum non deprehendo. Prætermitti non debet, quia non tantum *vox*, pro *vos*; Sed *vos*, pro *vos* ab Antagoniſta poſitum eſt. Chaldæus habet *Aphikna (eduxit nos,)* & non *eduxit vox*, vel *vos.*

IRENOPOLITA.

Cap. 8. 3: *Per omne quod creatum fuerit, per Verbum Domini vivit homo.* Onkelos habet: *producit Verbum à Domino.* Significatur autem vis illa Dei conſervans & ſuſtentans hominem.

RITTANGELIUS.

Iterum Paraphraſten cœcis aſpexiſti oculis. Ne vero injuriam tibi fecerimus, quod te paraphraſten nunquam vidiſſe putemus, ſubjiciamus formalia Jonathanis; nempe. *Sed per omne quod creatum eſt per Verbum Jehovæ vivit filius hominis.* Applica; *per omne quod creatum eſt*, (Per quem omnia creata ſunt?) Chaldæus, *Per Verbum Iehovæ.* Primò; priorem hujus verſus vocem *Arum (ſed* vel *quia)* præteriit. Secundò, præteritum in futurum mutavit. Tertiò, *filius hominis*, vertit *homo.*

IRENOPOLITA.

Cap. 11. 12: *Terra Domini Dei tui, illam quærit cum Verbo su* Ut scilicet in illa populo suo benedicat, &c:

RITTANGELIUS.

Ad versionem ejus respondemus illud Talmudicum; *Lupu & canus, canis villaticus & vulpes, quamvis sibi sunt similes, ta men sunt heterogenea* (vel diversi generis) Chaldæus verò habet *Terra, quam Jehova Deus tuus quærit eam cum Verbo suo.* Si Textus Hebræus; *Terra, quam Jehova Deus tuus quærit eam.*

IRENOPOLITA.

Vers. 23: *Ejecit Verbum Domini omnes populos illos.* Quia hoc justa Dei ultione aut potentia factum est.

RITTANGELIUS.

Mi Irenopolita, *Num tandem*, juxta illud Hebræorum & Chaldæorum proverbium *finem facies Verbis ventosis:* Nam ventum & hic pascis. Ubi Jonathan & cœteri Paraphrastæ, vel Textus Hebræus, aut Latina, Germanica, Polonica, Italica, Hispanica, Gallica, Arabica, Danica, &c. versio habet, *ejecit* in præterito? Miror hominis cæcitatem, forte uno oculo tantum videt, aut albedo & nigredo oculorum ejus permiscentur; ita ut circuli confundantur; *Ejecit* & *ejiciet* non idem sunt. Paraphrastes habet *ejiciet* in futuro, & non *ejecit* in præterito.

IRENOPOLITA.

Cap. 12. 5: *In terra quam selegit Verbum Domini ex omnibus tribubus.* Idem quoque vers. 11. Sequestratio enim vel electio loci cultui divino destinati, erat facta beneplacito Dei per verbum ejus significato.

RITTANGELIUS.

Iterum in Paraphrasten Chaldæum injurius es. Hæc sunt Paraphrastæ verba. *Sed in terra, in qua placuerit Verbo Jehovæ Deo vestro ex omnibus tribubus vestris.* Textus Hebræus habet, *Sed ad locum quem selegerit Jehova Deus vester ex omnibus tribubus vestris.* Noster interpres habet, *quam selegit Verbum Domini,*

in præ-

in præterito, Chaldæus non *ſelegit* ſed *in qua placuerit* in futuro. Textus Hebræus quidem habet, idem verbum *ſeligere*; Sed etiam in futuro, nempe, *ad locum quem ſelegerit*. (Quis? Textus Hebræus) *Jehova*, Chaldæus *Verbum Jehovæ*. (Quis eſt iſte *Jehova*? Textus Hebræus) *Deus veſter*; Dic tu Chaldæe, quis eſt iſte, quem tu *Verbum Jehovæ* nominas? *Deus veſter*. Præterea notari velim noſtrum interpretem affixum *Chun* (*Veſtru*) in voce *Schifftechun*, ſupine neglexiſſe. Chaldæus & Textus Hebræus habent *ex omnibus tribubus veſtris*, non *ex omnibus tribubus*. Dein & primam vocem verſus *Elohen* (ſed) omiſit.

IRENOPOLITA.

Cap. 18. 7: *Et ſerviet in nomine Verbi Domini Dei ſui*. Vult ut Levita ſecundum præſcriptum Verbi Dei miniſterio ſuo fungatur non pro ſuo lubitu, utque omnia faciat ad gloriam illius Dei, qui ſe in verbo ſuo revelaverat.

RITTANGELIUS.

Hic iterum fumos vendis. Nullus unquam Hebræorum ſcriptorum tale quid ſomniavit, Chaldæum, hoc in loco ideo *Verbi Jehovæ* feciſſe mentionem, quod Deus ſe in verbo ſcripto revelaverat; atque adeo *Verbum Jehovæ* ſignificare *Verbum ſcriptum*. Sed audi. Deus ſe revelavit in tempore & tali ſeculo, quo verbum ſcriptum nondum in rerum natura fuit; Cur ibi facta eſt mentio à Jonathane *Verbi Jehovæ*? Adhuc audi: multi fungebantur ſacerdotio, ante legiſlationem, quo tempore lex ſcripta non extabat, & ibi quoque fit mentio *Verbi Jehovæ*, quid ergò *Verbum Jehovæ* ibi ſignificat? Dicam quod res eſt; Textus Hebræus habet; *Et ſerviet in nomine Jehovæ Dei ſui*: Applica; *Et ſerviet in nomine*, (*in cujus nomine*? Textus Hebræus) *in nomine Iehovæ*. Chaldæus hunc Hebræorum Jehovam nominans *Verbum Iehovæ* dicit; *in nomine Verbi Iehovæ ſerviet*. Jam; Quis eſt iſte *Iehova* Hebræorum, quem Chaldæus *Verbum Iehovæ* nominitat? Textus Hebræus & Chaldæus, *Deus Levitarum*. Juxta noſtrum Irenopolitanum interpretem, *Et ſerviet in nomine* (in cujus nomine? Irenopolita) *in nomine Verbi ſcripti*; (Quodnam eſt illud *Verbum ſcriptum*? Irenopolita) *Verbum ſcriptum, litera mortua eſt Deus Levitarum*. Circulus eſt.

IRENOPOLITA.

Verſ. 19: *Quæ loquetur in nomine Verbi mei, requiram ab illo.*

Eadem quoque apud Onkelosum. Fons Hebræus simpliciter habet, *loquetur in nomine meo.* Significant Paraphrastæ Prophetam illum, non ex proprio instinctu, non ex institutione alterius hominis, neque ex suggestione impuri spiritus locuturum esse ad populum, sed tantum, ex Dei ipsius jussu & revelatione, qui verba prophetiæ suæ inditurus erat ori ejus; quam expositionem utraque paraphrasis suppeditat ad illa verba vers. 18: *Et ponam verba mea in ore ejus*, ubi reddit *Et indam Verba prophethiæ meæ ori ejus.*

RITTANGELIUS.

Ignoscat Irenopolitanus noster interpres, quod fraudem hic ejus detegam, quam commisit tam in citandis, quam in vertendis Chaldæis, nempe quod nunquam, ut sæpius diximus, Chaldæos legisse videatur, sed textui Hebræo, vel Vatabli, vel aliorum sacræ scripturæ interpretum versioni, loco *Iehovæ* duntaxat addiderit Chaldæorum *Memra Jehovæ* (*Verbum Jehovæ,*) & ita pro Jonathanis Paraphrasi vendiderit. Siccine decet in re seria lectorem ludere? Notari velim quadruplicem illum in tam breviſſimo sermone commisisse errorem. Primò ut fallacis suæ causæ patrocinium quæreret, in initio hujus versus sibi contraria verba omisit, quæ ita sonant; *Et erit vir* (ille) *qui non obedierit sermonibus prophetiæ meæ, quos loquetur in nomine meo:* Hæc sunt, quæ tuo commentario applicari possunt: Tu vero illa omittis & horum sensum impiè posterioribus à te citatis verbis affingere conaris. Hæc vero sunt illa, quæ agunt *prophetam illum non ex proprio instinctu, nec ex institutione alterius hominis, neque ex suggestione impuri Spiritus locuturum esse, sed jussu Dei & revelatione,* & non illa, quæ tu infers Nam Chaldæus hoc in loco, & ubicunque mentio fit in sacra scriptura sermonis prophetici vel sermonis ore prolati, reddidit per *Pithgamah*, vel *Dibbura* vel *Millah &c.* (sermonem propriè & genuine ore prolatum significantia;) nullibi vero per *Memra d' Adonai* (*Verbum Jehovæ,*) per quod, ut sæpius inculcatum est, Chaldæi ipsum *Jehovam* exprimunt. Quid audio? Chaldæos in omnibus suis, supra scripturam sacram, commentariis, nullo in loco per *Memra d' Adonai* (*Verbum Iehovæ*) expressisse sermonem propheticum? Ita est; in nullo loco totius sacræ scripturæ, sed semper per prædicta vocabula; nempè vel per *Pithgamah*, vel *Dibbura*, vel *Millah.* Sed unde hoc probas mi Rittangeli. Summa cum cura atque diligentia omnia illorum, in scripturam sacram scripta percucurri, nullum contrarium locum invenire potui. Si tu vel unicum inveneris, vapulabo. Secundo hic iterum

rum committis fallaciam compositionis & divisionis; Chaldæus enim habet *quos loquetur in nomine meo*, hic debet esse, quod tu omisisti comma vel distinctio. Quid sequitur? *Verbum meum vindictam sumet ab illo*, & non *requiram ab illo*, sicuti tu habes. Nam hæc sunt Textus Hebræi formalia, quæ tu pro Chaldæi venditare conaris. Et hæc est tertia nota, quæ adhuc semel sub examen vocetur. Nam & hic aliquo modo Textum Hebræum mutilas, dum τὸ *Anochi* (EGO) supine neglexisti, quod EGO, ipsum Jehovam notans, Chaldæus per *Verbum meum* expressit: Ut *Anochi Edrosch Me-immo*; Hoc est. *EGO requiram ab illo* & non simpliciter *requiram ab illo* Nam semoto τὸ *Anochi* (EGO), quæ apud Hebræos veneranda vox vel potius nomen Dei est, quando Deum respicit;) adhuc manet verbum futuri temporis, primæ personæ τὸ *Edrosch* (*requiram.*) Quarta nota est: dum pronominis possessivi primæ personæ affixam particulam (nempè *Iod*) plane omittit in voce *Bischmi* (*in nomine meo,*) & simpliciter vertit *in nomine.*

IRENOPOLITA.

Cap. 19. 15: *Quod peccaverit contra Verbum Domini.* Hoc est, contra legem ejus: ut à propria significatione non sit recedendum.

RITTANGELIUS.

Ventum pascis & Chaldæum male vertendo & sensum Verborum evertendo. Nam in his verbis, quæ tu hic citas, nullam Chaldæus verbi scripti vel legis facit mentionem. Nec etiam quicquam horum habet textus Hebræus. Jonathanis formalia sunt hæc, sed cum aliqua & quidem maxima discrepantia: nempè *non consistet testimonium alicujus contra* (quempiam) *virum*, *ad omnem iniquitatem & ad omne delictum absconditum & ad omne peccatum quod peccaverit.* (Hic jam arrige aures) *Sed juxta Verbum Iehovæ vindicta sumenda est de absconditis.* Ecce Chaldæus dicit: *Juxta Verbum Domini vindictam esse sumendam de absconditis*, quod certe longe aliud est, quam quod tu in tua versione infers, nempè *quod peccaverit contra Verbum Domini.* Nunc erue sensum, si vir es, quem obtendis; invanum laborabis. Nam hic Chaldæi sensus est, isque vel lippis obvius, nempè *Non consistet testimonium alicujus contra quempiam* (De quo peccato?) *de abscondito.* (Quid ergo?) *Vindicta de absconditio sumenda est;* (juxta quem? juxta legem ne? Nequaquam. Nam juxta legem omnis consistit veritas in ore duorum triumve testium; Et hoc ipsum, de ma-

nifestis tantum, quod vel oculis propriis viderunt vel auribus audiverunt. At verò hic de occultis agitur, quæ judicat is, qui renes & corda scrutatur, hoc est, *Jehova*; quem Chaldæus Verbum Jehovæ nominans dicit, *juxta Verbum Iehovæ vindicta sumenda est de absconditis*, non juxta legem, literam mortuam.

IRENOPOLITA.

Cap. 21. 5: *Quia iis delectatur Verbum Domini Dei vestri, ut serviant ei.* Significaverat enim Deus in verbo suo, se ex omnibus tribubus selegisse Leviticam, ut ea cultui ejus esset consecrata: hoc modo metonymice Verbo Domini tribuitur delectatio vel beneplacitum: uti quoque Psal. 68. 17: fit.

RITTANGELIUS.

Hunc locum principaliter agere de selectione Levitarum, falsum est: Sed de eo, cujus autor ignoratur, ruri clanculum occiso. Obiter autem & tantum per accidens, in parenthesi, Levitarum fit mentio; Verbi scripti vero nec unico apice. Sed examinemus hæc adhuc dum penitius: Quid dicit Textus Hebræus? *Et accedent Sacerdotes filii Levi, quoniam illos elegit Jehova Deus vester, ut serviant ei, & ad benedicendum in nomine Iehovæ.* Compara! Si vir es: Textus Hebræus. *Quoniam illos elegit.* (Quis elegit illos? Textus Hebræus.) *Jehova*; Chaldæus hunc *Iehovam* vocans *Verbum Iehovæ* dicit: *Quoniam Verbum Iehovæ habet beneplacitum in illis.* Interpres noster; *verbum scriptum, litera mortua, lex elegit vel delectatur ius.* Et hoc vult metonymice intelligi. Sed adhuc audi; Quis est iste Hebræorum *Jehova*, qui elegit illos? Textus Hebræus *Deus Vester.* Jam dictu Chaldæe. Quis est iste Hebræorum *Iehova*, quem tu *Verbum Jehovæ* nominitas? Chaldæus. *Deus vester est hoc Verbum Jehovæ.* Quid amplius? *ut serviant ei*, (cui? Textus Hebræus) *Iehovæ.* Chaldæus, *ut serviant Verbo Jehovæ:* (Quid tandem?) *ad benedicendum illis in nomine* (in cujus nomine? Textus Hebræus) *Jehovæ*; Chaldæus) *Verbi Jehovæ.* Hinc cadit tua sententia, de lege, Verbo scripto seu litera mortua.

IRENOPOLITA.

Vers. 20: *Et dicent ad sapientes urbis. Fecimus secundum decretum Verbi Domini.* Nihil hic concipi potest extra statutum vel sententiam legis contra filium immorigerum.

RIT-

RITTANGELIUS.

Pace tua, mi Irenopolita, satis pro imperio & nimis liberaliter hunc locum vertisti. Quo jure nescio. Nam quia Jonathan forte sic habet? Minimè. Siquidem contrarium habet Jonathan, nempe *transgressi sumus decretum Verbi Iehovæ*; Et hæc Irenopolitanus noster interpres vertit, *fecimus secundum decretum Verbi Domini*. Quid ergo? ut homo est, ita morem geram. Vereor enim, ne & ipsi, quod olim, accidat; qui (juxta illud Hebræorum) *eructavit & oscitavit, sternutavit, exspuit & simul animam exhalavit*. Parum & hic sui constans est; dum dicit, *nihil hic concipi posse extra statutum vel sententiam Legis contra filium immorigerum*. Sicut pecus enim loquitur, qui rationem dicti sui nescit. Siquidem, nec minimo apice, in his ab ipso citatis verbis filii immorigeri mentio fit; sed parentum tantum, qui suam propriam, & non filii immorigeri, transgressionem coram senioribus vel sapientibus urbis confitentur. Examinemus Jonathanis verba, in quorum versione Irenopolita ex nimia oscitantia cespitavit, nempe. *Et dicent ad sapientes Civitatis*; *Transgressi sumus decretum Verbi Iehovæ*. Hic arrige aures; *Et dicent* (Quis? Chaldæus) *Parentes*, (Adquem? Chaldæus,) *ad sapientes Civitatis*. (Quid dicent? Chaldæus,) *Transgressi sumus decretum*, non *fecimus secundum decretum*, ut tu nugaris. Sed adhuc audi: Cujus decretum transgressi estis? Chaldæus *Verbi Iehovæ*. Ecce quomodo *decretum*, vel juxta te, *statutum* & *sententiam legis*, ab eo ipso, cujus *decretum* vel *statutum*, vel *sententia*, vel *lex* est, distinguit: nempe à *Verbo Iehovæ*. Nam *decretum* reddunt Chaldæi ubique per ejus propriam & genuinam vocem מאמר *Geserah*, sic & *statutum sententiam & legem, &c.* quodlibet per proprium & genuinum vocabulum & nullibi per *Memrah Iehovæ* (*Verbum Iehovæ.*) Quid audio! Ergo Chaldæi prædicta hæc, ut *statutum*, *decretum*, *sententiam & legem, &c.* nunquam, in omnibus suis, supra scripturam, commentariis per *Memra d' Adonai* (*Verbum Iehovæ*) reddiderunt? Sic est. Si vel unico in loco totius sacræ scripturæ, *decretum*, *mandatum*, *sententiam* vel *legem* per & *Memra d' Adonai* (*Verbum Jehovæ.*) redditum ostenderis, Palmam cedam. Hinc ergo per tales Universaliſſimos, sine omni exceptione, canones cadit Photinianorum sententia? Imo plane concidit.

IRENOPOLITA.

Cap. 26. 18: *Et Verbum Domini selegit vos exaltatione una.* Targum

gum autem Hieroſol. ad verſ. 17. 18: reddit *Verbum Domini regnare ſuper vos fecit.* Aptè hic intelligitur gratuitum decretum Dei, quo ſtatuerat populum Iſraeliticum ſibi in peculium ſeparare; Vel etiam Verbum, quatenus ad providentiæ divinæ media & executionem pertinet.

RITTANGELIUS.

De ejus verſione non adeo accuratam, cum eo, inſtituemus rationem. Quod vero addit, *Targum autem Hieroſol. ad verſ. 17. 18: reddit, Verbum Domini regnare ſuper vos fecit*, falſum eſt. Nam verſ. 17: habet Targum Hieroſolymitanum, *Verbum Jehovæ regnare feciſtis ſuper vos hodie, ut eſſet vobis in Deum.* Applica; *Regnare ſuper vos feciſtis hodie*, (Quem? Textus Hebræus) *Jehovam*, Chaldæus *Verbum Jehovæ.* (Quare? Textus Hebræus) *ut Iehova ille eſſet vobis in Deum*: Chaldæus *ut* (*Verbum Iehovæ*) *eſſet vobis in Deum.* Tu interim ſudabis oſtendere, *Iehovam* quem Chaldæi *Verbum Iehovæ* nominitant, quemque ut Moſes & Chaldæi hic dicunt, filii Iſrael regnare ſuper ſe fecerunt, vel condixerunt, ut eſſet ipſis in Deum, eſſe decretum gratuitum & providentiæ divinæ medium & executionem. Secundò notari velim nec verſ. 18: Targum Hieroſolymitanum ita habere.

IRENOPOLITA.

Cap. 28. 7: *Ponet Verbum Domini hoſtes veſtros contra vos inſurgentes ad malefaciendum (in) terrores coram vobis.* Hoc eſt, conſervatio & protectio Dei, quam vobis legis ſuæ cultoribus promiſit in verbo ſuo.

RITTANGELIUS.

Iterum extra choruu ſaltat; & ut aliquo modo ſenſum elicere poſſit, particulam parentheſi incluſam, quæ quidem in Jonathanis paraphraſi non extat, non neceſſariam annectit. Chaldæus ſic legit, *Ponet Verbum Iehovæ inſurgentes contra vos ad malefaciendum confractos coram vobis.* Comparemus jam hæc Jonathanis verba & Textum Hebræum cum interpretis noſtri verſione. Textus Hebræus. *Dabit Iehova hoſtes veſtros*, Chaldæus, *Ponet Verbum Iehovæ hoſtes veſtros.* Germanica verſio, der HErr vel GOTT wird deine Feinde geben. Vide *Verbum Iehovæ* apud Chaldæos, Jehovam apud Hebræos, *Dominum* vel *Deum* apud Latinos, HErr vel GOTT apud nos Germanos, ſignificare,

gnificare, notare creatorem omnium, *non protectionem* vel *conservationem in Verbo scripto promissam.* Nam quis hic existeret sensus; *Conservatio & protectio Dei in verbo scripto promissa ponet inimicos vestros in terrores.* Halitus est. Secundò, notari velim Chaldæum non habere *terrores*, prout ipsi interpres noster affingit, sed *confractos.* Ex. gr. *Verbum Iehovæ ponet hostes vestros &c. confractos coram vobis.*

IRENOPOLITA.

Vers. 11: *Abundare vos faciet Verbum Domini in bonum cum fructu ventris vestri.* Eodem sensu, quo benedictio tribuitur Verbo Dei. Vide ad Gen. 24. 1: & Num. 6. Intelligitur enim hic vis quædam conservans Verbo Dei conjuncta.

RITTANGELIUS.

Hic iterum hallucinaris. Chaldæus habet, *Et reliquos* vel *superstites vos faciet*; Sic etiam Textus Hebræus & Onkelos habent, & non *abundare faciet.* Sed quis est ille, qui reliquos faciet eos? Textus Hebræus *Iehova*; Chaldæus *Verbum Iehovæ*; Interpres noster; *Vis quædam conservans Verbo scripto, literæ mortuæ conjuncta abundare faciet eos.* Etiamsi clavam de manu Herculis exporreris, nullo tamen modo demonstrare poteris Hebræorum Iehovam, quem Chaldæi per *Verbum Iehovæ* exprimunt, notare *vim aliquam Verbo scripto, literæ mortuæ conjunctam.*

IRENOPOLITA.

Vers. 25: *Constituet vos Verbum Domini terrores coram hostibus vestris.* Non absimilem loquendi modum vide ad vers. 7.

RITTANGELIUS.

Tua cum venia. Ad hæc jam supra vers. 7. responsum & ostensum est, Chaldæum nec ibi, sicuti nec hic *terrores*; sed *confractos* habere. *Ut constituet vos Verbum Iehovæ confractos &c.* non *terrores.*

IRENOPOLITA.

Vers. 27. *Percutiet vos Verbum Iehovæ ulceribus Ægypti*; & Targum. Hierosol. Ita quoque vers. 28. 35: *Percutiet vos Verbum Domini.*

RITTANGELIUS.

Textum Hebræum vel Latinam aliquam seu vernacule redditam versionem noster Irenopolita arripit, nuda vocula *Memrah* (*Verbum*) adjecta. Nam Chaldæus hæc habet; *Percutiet vos Verbum Iehovæ ulceribus quibus percussi sunt Ægyptii.* Non *ulceribus Ægypti;* sicuti Textus Hebræus, Latina, Germanica, Polonica & aliæ quotquot sunt habent versiones, sed, ut dictum est, ulceribus quibus percussi sunt Ægyptii extat in Paraphrasi Chaldaica.

IRENOPOLITA.

Vers. 48: *Et servietis hostibus vestris, quos concitavit Verbum Iehovæ contra vos.* Quia Verbum Domini punitionis quasi executor est.

RITTANGELIUS.

Hic iterum futurum in præteritum mutavit. Chaldæus habet *quos concitabit Verbum Iehovæ* in futuro, & non *concitavit* in præterito. Textus Hebræus etiam habet in futuro Verbum *immittet.* Sed audi, *Et concitabit.* (Quis? Textus Hebræus) *Iehova* (Quis est hic Jehova? Chaldæus,) *Verbum Iehovæ.* Dic tu Irenopolita quis est summe bonus & intimè misericors Jehova? Irenopolita: *Jehova est punitionis executor.* O impudens & blasphemum os!

IRENOPOLITA.

Vers. 49: *Concitavit Verbum Domini gentem contra Vos è longinquo.*

RITTANGELIUS.

Hic iterum hallucinatur inque priorem impingit scopulum: Chaldæus hic etiam habet *concitabit* in futuro, & non *concitavit* in præterito.

IRENOPOLITA.

Vers. 59: *Et abscondet Verbum Domini à vobis Spiritum Sanctum, ut sint plagæ super vos.* Onkelos habet, *Et mirabiles efficiet Dominus plagas.* Ita quoque Textus Hebræus, quanquam

alii hic vertunt. *Et ſeparaverit Dominus &c.* Atque hoc ſenſu videtur Jonathan ſumpſiſſe, de remotione vel ſublatione gratioſæ præſentiæ Dei à populo ſuo, quia non tantum arcana ſua per Prophetas ſignificabat, ſed & omni benedictionum genere illum cumulabat. Hanc benignam populi conſervationem dicit ſublaturum eſſe Verbum Domini, tanquam iræ & punitionis inſtrumentum.

RITTANGELIUS.

Et hic iterum extra chorum ſaltas, conjunctionem cauſalem ponendo pro conditionali. Dicis enim *Verbum Domini abſcondet &c. Spiritum Sanctum, ut ſint plagæ ſuper vos*, cum Chaldæus habeat, *cum venerint plagæ ſuper vos.* Text. Hebr. habet, ipſo Antagoniſta noſtro teſte, *Et mirabiles efficiet*, vel *ſeparaverit Iehova.* Chaldæus hunc *Jehovam* per *Verbum Jehovæ* exprimit dicens, *Verbum Jehovæ abſcondet.* Noſter interpres dicit hunc Hebræorum *Iehovam*, iræ & punitionis inſtrumentum eſſe. Blaſphemia eſt.

IRENOPOLITA.

Verſ. 63: *Et fiet, quod ſicut lætatum fuerat Verbum Jehovæ ſuper vos, ad benefaciendum vobis & multiplicandum vos, ſic quoque exultabit ſuper vos Verbum Domini &c.* Lætitia hic tribuitur Verbo Dei, ne quis cogitet humanam affectionem aut mutationem in ipſum cadere Deum. Sicuti ubique hoc religioſe caviſſe videntur Paraphraſtæ, ne quid indignum divina majeſtate mens humana concipiat. Simili ratione quoque Pſalm. 68. 17: Onkelos Verbo Domini tribuit voluptatem vel delectationem.

RITTANGELIUS.

Cave, quod eſt nimium, & ſume quantum capis, non quantum velis: Atque id, quod vis facere ſæpius, fac moderate. Jam enim aliquoties diximus, quod nos ſcholaſticarum vulpeculârum, conjugationes grammaticas diſcernere neſcientium, nugis implicari non amemus. Ne autem tecum iniquius agere exiſtimemur, audiamus Paraphraſten. *Et fiet, quemadmodum lætatum eſt Verbum Jehovæ ſuper vos ad benefaciendum vobis, & multiplicandum vos; Sic lætari quoque faciet Verbum Jehovæ ſuper vos peregrinas gentes, ad perdendum vos & ad conſumendum vos.* Vides Chaldæum hic habere, *Sic lætari faciet Verbum Jehovæ ſuper vos peregrinas gentes;* & non *ipſum Verbum Jehovæ exultabit*

ſuper vos &c. ut tu nugaris. Ad cætera ſupra jam toties reſponſum eſt.

IRENOPOLITA.

Cap. 29. 1: *Vos vidiſtis omnes plagas, quas fecit Verbum Domini coram oculis Veſtris in Ægypto:* Quia Verbum Domini non tantum judicis, ſed & executoris vices obtinet in divina ultione. Vide ſimilem loquendi modum ad Gen. 12. 17.

RITTANGELIUS.

Chaldæus ſimul & Textus Hebræus habent *in terra Ægypti*, & non *in Ægypto* ſimpliciter. Ad cætera in proximo præcedente verſu jam reſponſum eſt.

IRENOPOLITA.

Verſ. 3: *Non dedit vobis Verbum Jehovæ cor ad cognoſcendum Deum.* Solet enim Deus per verbum cognitionem ſui hominibus largiri, ut metonymicè cauſæ mediæ tribuatur, quod convenit efficienti principali.

RITTANGELIUS.

Tua cum venia Chaldæus habet contrarium, nempe Deum illis dediſſe cor ad cognoſcendum. Ad reliqua ſupra reſponſum eſt; nempe Hebræorum *Jehovam* Chaldæum nominitare *Verbum Iehovæ.*

IRENOPOLITA.

Verſ. 22: *Quia Sodomam & Gomorrham & terram Zeboim convertit Verbum Jehovæ in furore & conſumptione ſua.* Verbum enim Dei ſicuti clementiæ & benedictionis, ita & ſeveritatis ac punitionis divinæ attributum paſſim ſtatuunt paraphraſtæ. Vide ſupra aliquoties.

RITTANGELIUS.

Et hæc Calx ſine arena eſt. Chaldæus ſic habet, *interibit ſicuti everſio Sodomæ, Gomorrhæ, Adamæ & Zeboim, quas evertit Verbum Jehovæ in ira ſua & in conſumptione ſua.* Primum vitium eſt: Chaldæus habet *interibit* non *convertit.* Secundum

ſt,

est, quod nostro Irenopolitano interpreti, juxta illud Hebræorum proverbium, *Iod* (quæ litera est omnium minima) ampliſſima urbs visa sit. Nam hæc Textus Hebræi & Chaldæi verba *Adama & Zeboim*; Latina vel Germanica versione non inspecta, interpretatus est, *terram Zeboim*. Hoc est, vocabulum *Adama* (quod alias *terram* quoque significat, & hoc in loco nomen proprium, tertiæ in ordine civitatum Sodomiticarum est, nostter interpres pro tota terra & regione aspexit.

IRENOPOLITA.

Cap. 30. 3. *Et recipiet verbum ejus cum delectatione resipiscentiam vestram:* tum quia verbo suo illam postulat; tum quia voluptatem & delectationem suam eodem significare solet:. maximè vero ne quid humani in hac voluptate Dei concipiatur.

RITTANGELIUS.

Hic torturæ exponitur & Textus Hebræus & Chaldaica paraphrasis, simul & nostri Irenopolitani interpretis præconcepta opinio. Textus Hebræus sic sonat: *Et convertet Iehova Deus tuus captivitatem tuam & miserebitur tui*, Chaldæus: *Et recipiet Verbum ejus cum beneplacito resipiscentiam vestram & miserebitur vestri.* Irenopolitanus noster interpres; *Lex vel delectatio atque voluptas recipiet, cum lege, delectatione & voluptate resipiscentiam vestram.* Mera præoccupatæ mentis figmenta.

IRENOPOLITA.

Vers. 4: *Inde congregabit vos Verbum Domini per manus Eliæ magni Sacerdotis; atque inde adducet vos per manus regis Messiæ.* Liberationem Judæorum ex ultimo hoc exilio tribuit Jonathan Verbo Dei, sensu eodem; quo & vindicationem ex Ægyptiaca servitute eidem assignat supra cap. 6. 21: Vel etiam quia Judæus hic somniat in hoc aliisque vaticiniis illam esse promissam.

RITTANGELIUS.

Eandem ubique cantilenam canis. Numnè verò hæc liberatio *Verbo*, (ut tu semel, adeoque & semper, inculcas,) scripto; an vero *Verbo ipsi Jehovæ* à Jonathane adscribatur vel lippis patet? Nam quomodo hæc quadrarent; *Inde congregabit vos lex vel Verbum scriptum, litera mortua per manus Eliæ magni sacerdotis, atque inde reducet vos lex, litera mortua, per manus regis*

Messiæ? Crede mihi, hæc si Chaldæi sententia fuisset, ipse dilucidationis ergo, non *Memra* (*Verbum*,) per quod Chaldæus ipsum *Iehovam* exprimit, sed vel *Oraitah*, vel *Pithgama* vel *Dibbura* vel *Millah*, quibus ille solis, & nullo alio, ubique per scripturam totam *Verbum scriptum* vocare suevit, posuisset. Lectori ergò hoc firmum fixumque hæreat, Chaldæum ubique per *Verbum Jehovæ* intelligi velle Hebræorum *Jehovam*; & non *Verbum scriptum* sed *substantiale*.

IRENOPOLITA.

Vers 5: *Adscendere vos faciet Verbum Domini Dei in terram quam possiderunt patres Vestri*; Quia reductio hæc in terram promissam in verbo Dei promissa fuerat populo ad meliorem frugem reverso; ut significetur fidelitas in præstandis promissis, vel si mavis, potentia in exequendis.

RITTANGELIUS.

Chaldæus quidem tua cum venia, hoc in loco non habet *Verbum Domini Dei*, sed *Verbum Jehovæ Deus Vester*. Cui bono hæc lacuna. Compara jam hæc cum tua versione & textu Hebræo. Textus Hebræus *Et adducet te*. (Quis? Textus Hebræus) *Iehova*. (Quis est iste Jehova? Textus Hebræus) *Deus Vester*. Chaldæus dicit; *Et adducet te*, (Quis? Chaldæus) *Verbum Iehovæ*. (Quodnam est hoc Verbum Jehovæ? Chaldæus) *Deus Vester*. Audiamus nunc nostrum interpretem. *Et adducet te*. (Quis? Irenopolita.) *Fidelitas in præstandis promissis & potentia in exequendis*. (Quæ est ista fidelitas &c. & potentia? Irenopolita) *fidelitas & potentia est Deus Vester, qui ascendere vos faciet*. Neque cœlum neque terram attingit.

IRENOPOLITA.

Vers. 9: *Revertetur Verbum Domini exultando in bonum vestrum*. Quomodo gaudium & exultatio Verbo Dei tribuatur: Vide supra cap. 28. 63.

RITTANGELIUS.

Pudet me toties interpretem nostrum monere neglectarum in interpretando particularum, vitiosæque interpretationis. Nam Chaldæus habet, *quoniam revertetur* & non simpliciter *revertetur*. Dein *Exultando propter vos ad benefaciendum vobis*, & non *exultando in bonum vestrum*.

IRE-

IRENOPOLITA.

Cap. 31. 8: *Et Verbum Domini majeſtatis ejus ducens coram te, & Verbum ejus erit in auxilium.* Hic unicus eſt locus apud Targumiſtas, ubi Schechina, Majeſtas vel Spiritus Dei cum ejus verbo jungitur; aliàs hæc tria, *Memra Iehovæ*, *Schechina & Iekara* Targumicis diverſa ſunt, quanquam Rabbi Majemon More Neboch. part. 1. cap. 21. ſtatuat Onkeloſum indifferenter has tres voces uſurpare, ubi ellipſin relativi alicujus Deo tribuendi vult ſupplere, uti in illo Exod. 34. 6: *Et tranſivit Dominus ſuper faciem ſuam:* Onkelos reddit; *Et tranſire fecit Dominus Schechina vel majeſtatem ſuam ante illum.* Hic autem *Majeſtas Verbi Iehovæ*, dicitur vices ducis obire ante Joſuam, quia columna iſta ἄδηγος, vel potius angelus, externum erat ſymbolum Majeſtatis ſeu præſentiæ Dei gratioſæ, ut non immerito hujus ducis & gubernatoris partes deferat.

RITTANGELIUS.

Denſæ hic ignorantiæ nubes benevolo Lectori obveniunt. Num vero ita habeat Chaldæus ex ſubſequentibus ejus formalibus verbis videbimus; *Et Verbum Iehovæ, cujus divinitas ducet te, & cujus Verbum in auxilium tuum, (vel tecum) erit, non derelinquet te, neque abominabitur te, ne timeas, & ne ſis anxius.* Conferatur jam utrumque & pateſcet. Primo: interpretationis vitium, dum *Schechina* vertit *Majeſtatem*, quod Chaldæi nunquam ipſum docuerunt. Secundò, ſine teſtibus hoc probare vult; citando Maimonidem, quem forte nunquam vidit, ideoque Majmonidis formalia ſtudio neglexit, ſimilans illud Hebræorum dictum, *Qui vult mentiri elongat teſtes.* Tertiò, prodigit ſuam autoritatem, ea afferens, quæ ſeu ignorantiæ ſeu audaciæ arguunt: Tu ne legiſti Targum & hunc locum haud ſecus quam ſemel obviam habuiſti? Inſpice tuam ipſius hanc ſcripturæ locorum ſylvam, & plus quam ſemel invenies, ubi *Schechina majeſtas vel ſpiritus Dei cum Verbo ejus jungitur.* Quarto; Malam (quod hæc contra mentem autoris interpretatus es) à Targumicis inibis gratiam, Verbis enim illorum affingis ſenſum, quem non illi intendunt; Sed tu invito labore tibi imaginaris, nempe hæc tria *Memrah Iehovæ*, *Schechina & Iekarah* Targumicis diverſa eſſe. Sed hoc falſum eſt; licet ex parte diverſa eſſe non negem.

Digitized by Google

IRENOPOLITA.

Vers. 12: *Et trepidabant omnes illi coram Verbo Domini Dei Vestri.* Loquitur de legis divinæ auscultatione & observatione, summa cum animi reverentia præstanda.

RITTANGELIUS.

Vah crassum, eumque varium errorem! Primò, verba Textus Hebræi *coram Iehova*, Chaldæus vertit *coram Verbo Iehovæ*. Dein habet Chaldæus *coram Verbo Jehovæ Deo Vestro*, & non *coram Verbo Iehovæ Dei Vestri*. Noster interpres vero Hebræorum *Iehovam*, quem Chaldæi per *Verbum Iehovæ* exprimunt, vult esse Legis divinæ auscultationem; Atque adeo sequetur, ubi Textus Hebræus habet *Iehova*, ibi intelligendum est *legis divinæ auscultatio & observantia.* Erue jam sensum; *Et trepidabunt omnes illi* (coram quo? Irenopolita) *coram legis divinæ auscultatione & observantia*, (Quænam est illa legis divinæ auscultatio & observantia? Irenopolita) *legis divinæ auscultatio & observantia est Deus Vester.* Hem egregium non minus interpretem quam revelatorem! Ita potius legendum erit, si recte mecum inspexeris *trepidabunt*, (coram quo? Textus Hebræus) *coram Iehova* (Quis est ille Jehova? Textus Hebræus) *Deus Vester.* Dic tu Chaldæe; Quis est, quem tu *Verbum Iehovæ* hic & ubique nominas? Chaldæus, Hebræorum *Iehova.* (Et quis Hebræorum *Iehova*? Chaldæus,) *Deus Vester.*

IRENOPOLITA.

Cap. 32. 6: *Fieri ne potest ut nomini Verbi Iehovæ istud rependatis, populo stulte?* Quale verbum Domini intelligat paraphrastes, mox addit: *Acceperunt legem & non evaserunt sapientes.* Itaque vult populum hac legis oblivione vel transgressione, fœdissimè ingratitudinis se reos facere apud Deum, sicuti ultima verba hujus versus manifestò evincunt.

RITTANGELIUS.

Mira hæc & intolerabilis Verborum textus ipsius & Chaldæorum mixtura. Nam verba Textus Hebræi vel cujusvis versionis sumit, & pro Chaldæorum vendit, assuta unica vocula מימרא *Memrah* (*Verbum.*) Ex. gr. *Populo stulte*, sunt verba Textus Hebræi, vel alius cujusvis versionis, quæ tamen ab Irenopolita introducuntur, ac si essent verba Chaldæi, cum Chaldæus habeat;

beat; *populo qui fuerunt stulti.* Ejusdem farinæ est quod sequitur; *Quale Verbum Domini intelligat Paraphrastes, mox addit. Acceperunt legem & non evaserunt sapientes.* Quasi vero, quia *Verbum Iehovæ* vel Hebræorum *Iehova* cum *lege*, in uno orationis contextu vel periodo invenitur; *Iehovam*, quem Chaldæi per *Verbum Iehovæ* exprimunt, significare *legem.*

IRENOPOLITA.

Vers. 9: *Aperuit Michael os suum dixitque: Quia sors bona nominis Verbi Iehovæ populus ejus.* Respicit ad segregationem hujus populi, ex omnibus gentibus in peculium Dei, ejus verbo significatum: cujus privilegii ratione nomen Dei illi impositum fuit, ut populus Dei vocetur.

RITTANGELIUS.

Paucis hic tantum opus est. Numne mi Irenopolita per *Verbum Iehovæ* hic *legem* intelligi alicui te persvasurum putas? ubi enim tunc litera mortua, vel verbum scriptum in rerum natura latebat, dum Chaldæus Michaelem hoc dixisse (*quia sors bona nominis Verbi Iehovæ populus ejus*) nos docet?

IRENOPOLITA.

Vers. 12: *Verbum Iehovæ illos solos habitare faciet in ipsorum terra.* Quia ab omni idololatria eam purgaturus erat, uti mox explicat Targum, Videtur autem respicere ad Zach. 13. 2

RITTANGELIUS.

Hæc pro nobis dicis, quod ille, quem Textus Hebræus *Iehovam* nominat, dum dicit *Iehova ducet eum*, & quem Chaldæus per *Verbum Iehovæ* expressit, *terram Israel ab omni idololatria purgaturus erat.* Et concedimus gratis, forte Jonathanem respexisse ad Zach. 13. 2: Nullo enim modo hæc, hoc in loco, de *lege* seu *Verbo scripto* intelligi possunt. Aut Chaldæus interpres nugas egit, dum ea hic *Verbo scripto* adscribat, quæ Textus Hebræus ipsi *Iehovæ* adscribit.

IRENOPOLITA.

Vers. 23: *Dixi in vel Cum Verbo meo, quod congregaturus sum mala.* Sic & Targum Hieros. Hoc est, statui vel decrevi apud

me ipsum. Eadem phrasis recurrit vers. 26: Vide de his ad Gen 6. 5.

RITTANGELIUS.

Pace tua mi Antagonista non ita habet Chaldæus, sed hæc; quæ sequuntur sunt ejus verba formalia: *Cum illi irent in Babyloniam, servierunt eorum idolis; Propterea dixi cum Verbo meo ad congregandum super eos malum &c*, Hic iterum impingit, & quidem enormiter. Primo, omittit vocem consignificativam *propterea*: Secundo, Chaldæus habet *ad congregandum malum*, non *quod congregaturus sum mala*. Tertiò, vocem *Alehun* (*Super eos* nempè Israelitas) perperam omisit. Quod tandem dicit, *Sic & Targ. Hieros.* Et hoc falsum est.

IRENOPOLITA.

Vers. 36: *Siquidem Verbum Iehovæ secundum misericordiam judex est populi Israëlis.* Sicuti severitatis ita & misericordiæ Dei attributum statuitur Chaldæis Verbum Domini. Exempla supra passim sunt obvia.

RITTANGELIUS.

Audiamus Chaldæum & textum Hebræum. Textus Hebræus; *Quoniam judicabit Iehova populum suum & de servis suis consolabitur.* Chaldæus hæc ita vertit. *Quoniam judicat Verbum Iehovæ cum misericordia sua judicium populi sui Israelis.* Applica jam: *Quoniam judicabit*, (Quis? Textus Hebræus) *Iehova.* Chaldæus Hebræorum *Iehovam*, nominans *Verbum Iehovæ* dicit; *Verbum Iehovæ judicabit.* Latini; *Deus judicabit.* Germani; GOTT vel HErr wird richten / Ecce hunc *Iehovam* quem Chaldæi *Verbum Jehovæ*; Germani GOTT vel HErr; Latini *Deum*, nominitant; noster interpres vult esse *severitatis* vel *misericordiæ attributum.* Fumos & hic vendis. Hinc video te nescire, quid sit attributum.

IRENOPOLITA.

Vers. 39: *Postquam revelatum est Verbum Domini ad liberandum populum suum.* Et mox; *Ego Verbo meo morte afficio & vivifico populum Domus Israelis.* De priori membro vide ad Gen. 11. 8: Secundæ partis sensus est, Deum verbo suo vel potentia suauti posse in populi salutem & perniciem.

RIT-

RITTANGELIUS.

Hunc versum à nostro interprete noctu, dum somnus ipsi obrepsit, lectum & expositum esse constat, ita ut non immeritò dicere cogar, audaciæ parens, rerum ignorantia est, Nam hic fallacis suæ causæ subsidium in audacia sua quærit. Sed in rem præsentem te deducam. Jonathan habet in priori membro hujus versus sic. *Cum revelabitur Verbum Iehovæ, ad liberandum populum suum*, in futuro; & non *postquam revelatum est Verbum Iehovæ* in præterito. Quis revelabitur? Textus Hebræus *Deus*, Chaldæus *Verbum Dei*. Interpres noster vult hunc Hebræorum *Deum*, quem Chaldæi *Verbum Dei* vocant, esse *Verbum scriptum* In posteriori membro Chaldæus habet; *Ego Verbo meo morte afficio, & vivifico*: *Ego vulneravi populum Domus Israelis, Ego sano eos.* Hæc noster interpres per contractionem vertit, nempè *Ego Verbo meo morte afficio, & vivifico populum Domus Israelis.* Fiat jam comparatio, Textus Hebræus. *Ego Iehova morte afficio &c.* Chaldæus, *Ego cum Verbo meo morte afficio.* Interpres noster Irenopolitanus. *Ego litera mortua vel potentia, morte afficio*; Jehovam, literam vocans mortuam vel potentiam

IRENOPOLITA.

Vers. 43: *Et ipse Verbo suo oras terræ & populum suum expiabit.* Quia mediante verbo mundatio hæc futura erat.

RITTANGELIUS.

Omnes quotquot sunt in universo terrarum Orbe, & quot unquam omnibus seculis fuerunt versiones, habent, *Iehova ipse terram & populum suum expiabit.* Chaldæus hunc *Iehovam* vocat *Verbum Iehovæ.* Interpres vero noster nominat illum hic iterum *literam mortuam* vel *Verbum scriptum.*

IRENOPOLITA.

Vers. 50: *Eduxisti illos Verbo tuo ex Ægypto.* Vide supra ad cap. 6.21:

RITTANGELIUS.

Proh dolor! quoties inculcatum est, non libenter nobis, cum illis de schola homuncionibus, qui nondum primam à se-

cunda perſona diſcernere norunt, rem eſſe. Nam certè craſſus eſt hic error grammaticus, qui totum textus ipſius ſenſum corrumpit. Dicit enim *eduxiſti*, quaſi Moſes ad Deum, de Deo hæc locutus fuiſſet, cum Moſes ad Deum, de ſe ipſo locutus fuerit; nempe *Eduxi illos Verbo tuo ex Ægypto*, Ad cœtera ſupra reſponſum eſt.

IRENOPOLITA.

Cap. 33. 29: *Qui ſervantur in nomine Verbi Iehovæ.* Quia conſervatio populi non proficiſcebatur à falſis nominibus, ſed à Deo Iſraelis in verbo ſuo patefacto.

RITTANGELIUS.

Miſeret me tui, quod te hic iterum, & quidem valde enormiter proſtituas atque in grammaticam impingas. Chaldæus non habet *ſervantur* in præſenti, ſed *ſalvati ſunt* in præterito. Dein longè aliud eſt *ſervari*, quam *ſalvari*. Filii enim Iſrael in hodiernum uſque diem inter nos, in hac captivitate diſperſi, per ſingularem Dei gratiam & providentiam *ſervantur*, ſed non propterea *ſalvantur*. Equidem fateor ſano forte ſenſu *ſervare* idem eſſe poſſe, quod *ſalvare*, ſed hoc in loco, id locum habere non poteſt. Denique ſcias emphaſin vocum & verborum proprietatem ſincero & perſpicuo interpreti magis eſſe attendendum, quam ſermonis nitorem & verborum elegantiam, præſertim in rebus fidei tam arduis, & vocibus πολυσήμοις. Cum & impii ſæpiſſimè & inter pios & propter pios *ſerventur*, ſed non propterea *ſalvantur*. Vides ergo mi Irenopolita, neceſſe fuiſſe ut intentionem ſacræ ſcripturæ, circa hanc vocem *Noſcha* (*ſalvatus eſt*,) melius conſideraſſes. *Salvari* enim, hoc in loco, ſignificat de ſervitute in libertatem reſtituere, ſive id ſumatur ſpiritualiter ſive corporaliter. Iſrael in Ægypto quadringentorum annorum ſpatio *ſervati ſunt*, ſed ſub duriſſima ſervitute; Donec tandem per Dei gratiam in manu Moſis & Aharonis *ſalvati*, & in libertatem vindicati ſunt. De hiſce ſalvandi modis Moſes hic loquitur. Quorum primus *corporalis*, nempè ex Ægyptiaca ſervitute, ſalvationis poſterioris *Spiritualis*, per Chriſtum Jeſum Dominum & Salvatorem noſtrum factæ, typus fuit. De quibus pulcherrimè diſſerit Rabbi Simeon filius Jochoæ in libro Splendoris.

IRENOPOLITA.

Cap. 34. 1: *Et ostendit ei Verbum Domini omnes tractus terræ.* Quia interventu oraculi Divini hoc factum est.

RITTANGELIUS.

Pudet me tui, quod & hic tuam prodas Hebraicarum & Chaldaicarum rerum insciti am, quam toto hoc libro venditare cupis. ubi quæso Chaldæus habet *tractus terræ? Et ostendit ei Verbum Domini omnes fortes terræ* habet Chaldæus; Sed audi. *Et ostendit ei.* (Quis? Textus Hebræus) *Iehova;* Chaldæus hunc Iehovam nominans *Verbum Iehovæ* dicit; *Et ostendit ei Verbum Iehovæ.* Interpres noster, *oraculum ostendit ei.* Unde hoc probabis Hebræorum *Iehovam* significare *Oraculum.* Quid ostendit ei? Chaldæus *omnes fortes terræ*, non *tractus terræ.*

IRENOPOLITA.

Vers. 5. *Collectus est ibi Moses servus Domini in terra Moab per osculum Verbi Domini.* Onkelos reddit: *Secundum Verbum Domini.* Targum Hierosol. *Secundum os decreti Verbi Jehovæ.* Atque hic ultimus genuinus est sensus. Ex Jonathanis paraphrasi est orta fabella de miraculosa animæ Mosis separatione.

RITTANGELIUS.

Non possumus satis mirari, quam difficiles interpretatu sint interpreti, voces conjunctivæ, disjunctivæ, rationales &c, cum fermè, ut supra diximus, semper eas omittat, sicuti hoc in loco vocem *propterea* transiliit: Irenopolita habet *collectus est*; Chaldæus verò *propterea collectus est.* Dein posteriorem hujus sermonis partem, *ad osculum Verbi Iehovæ*, perversè contra autoris mentem interpretatus est, *per osculum Verbi Domini.* Applica jam hic ultimum tuum genuinum sensum, & te pudebit tui commentarii.

IRENOPOLITA.

Vers. 6: *Apparuit Abrahamo in visione Verbi sui &c.* Paulò post: *qui apparuit ei (Mosi) in vel cum Verbo suo &c.* Hæc de revelatone prophetica esse accipienda, nulla ratio finit dubitare.

RITTANGELIUS.

Somnias hic, hæc de revelatione prophetica in ſomnio vel viſione facta, eſſe accipienda. Cum hic verſus de ſepultura Moſis agat. Proximè antecedens verſus quintus de morte Moſis. Deus vero nulli unquam mortuorum corpori apparuit. Eſt enim contra canonem ſcripturæ. Vide Lucæ cap. 16: Idem ſentiendum eſt de antecedentibus verbis, quæ de Abrahamo agunt, cum hæc in re & veritate facta, & non in viſione vel ſomnio prophetico. Si tu differentias Prophetarum, quibus alter alterum excelluit, & differentias quoque illorum, per quos ſpiritus Domini locutus eſt, ſcires; multò cum meliori fructu ſacram ſcripturam legeres. Interim lege de hac materia magnum illum Schandrum, Eſſæorum principem Annanum, Joſephum, Caræos, vel textuarios. Inter Phariſæos Rabbi Simeonem filium Jochoæ in libro Soharis & Elucidationes ejuſdem, Doctiſſimum Chasdanum, Kiſchkis. &c.

IRENOPOLITA.

Verſ. 10: *Qui ſapiens erat, loquens univerſum Verbum Domini:* Sic & Targum Hieroſol. Hic proprius retinendus eſt ſenſus.

RITTANGELIUS.

Duplex hic iterum, tam verſionis, quam interpretationis committitur vitium. Hic enim ſermo ne per ſomnium quidem Paraphraſtis in mentem venit, multo minus quod tale quid in ſcriptis eorum reperiatur. Ut autem pateat, quantum commiſerit errorem, totum paraphraſtæ ſermonem formaliter ſubjungemus. *Et ſurrexit ultra Propheta in Iſrael ſicut Moſes, quia cognovit illum Verbum Iehovæ, Verbo ad Verbum.* Ne nimis accuratam cum eo inſtituamus rationem, verſionis vitium, per quatuor ſaltem exponemus membra. Primum *Arum Chakim.* (*quia cognovit.*) interpres noſter vertit, *Qui ſapiens erat: Qui* pro *quia*; *Sapiens erat*, pro *cognovit.* Secundum vitium eſt, dum vocem *Iateh* (*illum* ſcilicet Moſen) planè omittit. Tertium eſt; quod hunc modum loquendi, *Mamlel Kullo Kabel mamlel.* (*Verbo ad Verbum*) reddiderit *loquens univerſum Verbum Domini.* quam hæc ejus verſio cum Jonathanis concordet paraphraſi non video. Quartum dum dicit: *Sic & Targum Hieroſol.* Vult dicere Hieroſolymitanum paraphraſten iisdem reddidiſſe verbis. Veriſſimum quidem eſſe fateor Hieroſolymitanam cum Jonathanis paraphraſi

raphrasi consentire, excepto hoc, quod Jonathanis *Arum* (*quia*) Hierosolymitanus per τὸ *Di* (*quem*) expressit. Sed alterutram harum cum Irenopolitani nostri interpretis versione, & intentione, si non per omnia, saltem aliqua ex parte, quadrare, falsissimum est. In priori Caiapham mihi imitari videtur, qui in suam propriam perniciem, contra ac intendit, vaticinatus est. Admiror sane, tanti in linguis Orientalibus versatissimi viri stupendam insciti am & dementiam summè flagitiosam. Hisce tamen in futili & injurio suo scripto gloriatur, nempè *Habebis hic quoque argumentum, in quo acumen tuum caballisticum exercere poteris &c.* Interpretationis vitium consistit in his Antagonistæ verbis; *Hic proprius retinendus est sensus.* De quo illud tritum dicimus. *Turpitudinem suam allegans non est audiendus.* Si enim proprius, quem tu hic innuis, retinetur sensus, vah! quantum hic monstri nasceretur, nempè, *Quia cognovit illum* (scilicet Mosen) *Lex litera mortua, Verbum scriptum, Verbo ad Verbum.* Vel potius secundum tuam Irenopolitanam seu Photinianam versionem; *Qui sapiens erat loquens universam literam mortuam legis.* Quæ sapientia? Vah! & iterum vah! Audi impium Bileamum qui dicit: *Si dederit mihi Balack plenitudinem domus suæ, argentum & aurum, non potero transgredi os Iehovæ Dei mei ad faciendum parvum vel magnum.* Et alibi: Et dixit Bileam ad Balack. *Ecce veni ad te, Si potero nunc loqui quicquam: Sermonem quem posuerit Deus in os meum illum loquar.* Quænam est hæc sapientia tam admiranda? Tua igitur cum venia, scriptura hic non loquitur de sapientia Mosis.

IRENOPOLITA.

Vers. 11: *Secundum omnia signa & prodigia, cum quibus illum miserat Verbum Iehovæ, ut faceret in Ægypto.* Quia ablegatio hæc facta fuit, interventu mandati divini: Alia vide supra Exod, 13. 8.

RITTANGELIUS.

Et hic quoque duplex ab eo committitur vitium, tum translationis, tum interpretationis. Translationis vitium ex ipsa collati textus inspectione apparet. Idque ipsum duplex. Primum, ubi prior hujus versus composita dicto *Lekullehun* (*ad omnia ista*, ab eo simpliciter redditur *secundum omnia*, affixo *Hun*, *ista* supine neglecto, quo tamen totus sequens paraphrastæ discursus collimat. Secundum, ubi dictio *Perischtah* (*stupendum*) incuriosè præteritur. Aut quod interpres noster difficiliorem captu

hic

hic offenderit interpretationem, aut rem ipsam & autorem mutilare parvi æstimarit. Utrumque levitatis argumentum est. Neque enim par est, in rebus fidei, tam arduis adeo secure agere; & vix crimen falsi effugit, qui pro lubitu boni autoris verba vel augere vel minuere sustinet. Vitium malæ interpretationis, quod ab Irenopolita hic committitur, itidem duplex est. Primum quod putet paraphrasten hic ideò *Verbi Iehovæ* feciſſe mentionem, *quod ablegatio hæc mandati divini interventu facta fuerit.* Quo fundamento id probet non video. Forte respexit ad τὸ *Verbum* cum τὸ *misit*, in uno & eodem orationis contextu constructum. Sed quam inepte hoc dictum sit, quis non animadvertit? Quasi verò corvum & cygnum uni asseri assidentes, duos esse cygnos. Vana igitur hæc tua interpretatio est, & meris humani commenti opinionibus innititur. Secundum vitium interpretationis est, dum noster interpres nos ad Exod. 13. 8: remittit. vide ibi. His erratis omnibus omissis, in rem præsentem te deducam. Applica: Si vir es, quem obtinebis sensum. *Secundum prodigia cum quibus illum miserat.* (Quis? Textus Hebræus) *Iehova.* Dic tu Chaldæe quomodo voces *Iehovam* hunc? Chaldæus) *Verbum Iehovæ.* Dic tu Irenopolita. Quis est hic *Iehova?* Irenopolita, Hebræorum *Iehova*, quem Chaldæi per *Verbum Iehovæ* exprimere solent, est *ablegatio.* Pudeat te tui commentarii. Et hic est Catalogus errorum tuorum. Inposterum vanam gloriolam popularem nec affectes, nec more puerorum argutas sententiolas, in clausulis struas. Hæc perlegens; tamen tetegi, ut eruditis auribus contentus, non cures, quid imperitorum tuorum asseclarum rumusculi de miserrimi tui cerebelli ingenio jactitent.

Digitized by Google

סדר הגדה

של פסח

LIBER RITUUM PASCHALIUM.

Digitized by Google

SERENISSIMO. AC. POTENTISSIMO.

PRINCIPI.

AC.

DOMINO.

D. FRIDERICO.

GUILIELMO.

MARCHIONI. BRANDENBURGICO. S. R. I. ARCHI-CAMERARIO. ET. ELECTORI. BORUSSIÆ. JULIÆ. CLIVIÆ. MONTIUM. STETINI. POMERANORUM. CASSUBIORUM. VANDALORUM. CARNOVIÆ. ET. CROSNÆ. IN. SILESIA. DUCI. BURG-GRAVIO. NORINBERGENSI. PRINCIPI. RUGIÆ. COMITI. MARCÆ. ET. RAVENSBERGI. RAVENSTENI. DOMINO.

Domino meo Clementissimo.

Salutem & Pacem a Deo man-| שלום וישועה מאת
dante Salutes Jahacob. | מצוה ישועות יעקב

SERENISSIME
AC
POTENTISSIME
PRINCEPS
ELECTOR,
CLEMENTISSIME
DOMINE.

HUMILLIMI animi mei exigit gratissimus affectus, *Ut omnem vitam, Famam, Labores & defatigationes meas*, humillimâ devotione ad celsissimum Solium Tuum afferam, & plantis pedum divi Parentis Tui (qui vitâ æternâ in fælicitate illâ beatissimâ nunc fruitur) subjiciam. *Vitam;* quia jam demum post tot errores ac maximos peregrinationum mea-

נחת רוח
ב ובנעימה אני
מתודה שאני
חיב להביא לפני כסאך
רם ונשא את חיי ושמי
הטוב וגם כל עמלי וטרחי
ולהניחם תחת כפות
האדון אביך אשר באושר
בהצלחה המאושרת ע
חי לעולמי עד: את חיי
כי אחרי כמה וכמה
מהראות הרפתקאות
ותלאות

mearum casus, sub augustissimâ Tuâ Tutelâ, vivere incipio. *Famam*; quia Beatissimi Electoris, (cujus memoria glorioſissima sit & erit quamdiu erunt homines) beneficio & Clementiâ huic Urbi & Academiæ, per me (absit arrogantia dicto) & mihi ex illis, lux aliqua conciliari videbatur. *Labores & defatigationes*; quia *Vitam* & *Famam* Serenissimæ Celsitudinis Tuæ gratioſæ benignitatiacceptam fero. Quid vero? eandem *Vitam*, *Famam*, *Labores & defatigationes* Serenissimæ Celsitudini Tuæ retribuo, Paternarum ut Regionum, ita virtutum meritissimo Hæredi. Et ut gratitudinis meæ symbolum licet exiguum valdè, attamen verum, & ad majora semper oppigora-

ותלאות רבות וגדולות ו
וטרחים המטריחים אותי
בכל מגורי עתה החילותי
לחיות: וגם את שמי הטוב
כי בחסדו ובטובו עלה
במחשבתו להוסיף אור
לעיר ולמתיבתא הזאת
וגם לי על ידם חלילה
להתפאר יהי זכרונו מפואר
עד בלי אדם על הארץ:
ועם כל עמלי וטרחי כי
חיי ושמי הטוב הכל ממנו
ואחרי שהכל מהדרת
צפירת הוד כבוד מעלתו
על כן נאה שהכל ישוב
אליך באשר אתה פלטרוניו
ומדינותיו יורש אמתו וכל
מרותיו הנחמודות תחת
לבושיך מתפנסים: וכדי
שאתן אות ומופת אמתי
ערבי בבורי מעשי אשר
בהר

ratum conteſter; Has laborum meorum *primitias Regiomontanas* Sereniſſimæ Celſitudini Tuæ ſubjectiſſimè offerre auſus ſum: Spe certiſſima fretus, Sereniſſimam Tuam Celſitudinem, non diſpari ratione, ac Summo olim DEO, præ cæteris omnibus donis, Sacrificiis, Holocauſtis & pacificis *oblatio primogenitorum* filiorum Iſraël accepta fuit, hoc quoque *mearum Primitiarum* Sacrificium gratioſiſſimo vultu reſpecturam.

בהר המלך נדפסו מנחה
על מזבחך הנעלה הבאתי
ובאם מעט הכמות היא
יהוה על כל פנים מופת
אמת שאני בזאת מתודה
כי לגדולים מאלה אני
מחויב ובטחתי שבחסדך
הגדולה תקבל בכורי מעשי
כאשר גם אל עליון
בבכורי בני ישראל בהר
סגל זבחיהם שלמיהם
ועולותם.

J. S. RITTANGELIUS.

AD

AD LECTOREM.

Um viderem, quod quidam Sapientum noſtrorum hujus libri memoriam injecerint, nec non periodos aliquot ex eo, in libris ſuis allegaverint, ut ignem errorum, qui hortum Dei invaſit, & præſtantiſſima Ligna Libani, omneſque Cedros ejus validiſſimas corripuit, extinguerent; Et Liber hic etiam ad manus, meas perveniret, & ſpecioſam ejus formam, pulcherrimumque ejus genium viderem; induxi animum meum, à capite ad calcem illum transferre, ut nobis poſteriſque noſtris prodeſſet; Præcipuè verò in rebus fundamenta fidei noſtræ tangentibus; id quod & ego feci: Tranſtuli igitur eum de verbo ad verbum, & ſecutus ſum ſplen-

חרי שראיתי כי
קצת מחכמינו
הזכירו הספר הזה גם
קצת ממאמריו הביאו
בחבוריהם כדי לכבות
אש השגיות אשר נפלה
בגן אלהים ובעצי לבנון
ובכל ארזיו האדירים
מתלקחת וכבוא הספר
הזה לידי ראותי יפת
תואר ויפת מראהו ו
ואמרתי בלבי להעתיקו
מראשו עד סופו כדי ך
להועיל לנו ולבנינו א
אחרינו בפרט בעניים
הנוגעים בשרשי דתנו
כאשר גם עשיתי והעתקתיו
מלה במלה ונמשכתי
אחרי צחות לשון הקדוש
ועיניך

ſplendorem Linguæ Sanctæ, atque inde oculi tui optimè videbunt, eum tibi, Lector, in multis locis difficilem futurum; eò quòd lingua Latina non ſemper ſe ita offerebat, ſicuti volui juxta ſplendorem Eloquentiæ, & Elegantiæ Sermoniſque nitorem. Tu verò Lector Prudens, accipe quæſo hoc meum munus, quod tibi bono animo & benevolo affectu offertur; licet enim exiguum quantitate ſit, eximium tamen qualitate erit, in oculis omnis Sapientis corde: Et ſi fronte ſerenâ illud ſuſceperis, incitabis me ad plurium adhuc & celebriorum ſub manu meâ & in Theſauris Bibliothecæ meæ reconditorum librorum tranſlationem.

ועיניך תחזינה מישרים
שבכמה מקומות קשה
ההבנה הוא מפני שלא
עלה לשון לאטין כאשר
חפצתי לפי צחות המליצה
ויו זוהר ההלצה ואתה
קורא משכיל קח נא את
מנחתי אשר הובאת לך
אף על פי שמעט הכמות
הוא על כל פנים רב
האיכות יהיה בעיני כל
חכם לב וכאם בסכר
פנים יפה תהבקהו תוסיף
עלי לחוסיף עליך עוד
כמה חבורים מאד נכבדים
שהם תחת ידי ובאוצרות
המלתכה שלי כמוסים
להעתיקם.

Dum

DUm jam ipsa nox ante Diem profestum Paschatos, quæ est 13. Mensis Nissan (Martii nostri) ingreditur, Paterfamilias accipit paropsidem & pennitergium (vulgò **Federwisch**) cereumque accendens dicit:

ברוך אתה יי אלהינו מלך העולם אשר קדשנו במצותיו וצונו על ביעור חמץ:

Benedictus tu, Domine Deus noster, Rex Seculi, qui sanctificavit nos præceptis suis & mandavit nobis fermenti expurgationem.

Factâ benedictione omnes angulos ædium, si quoscunque hominum pedes tetigisse suspicatus fuit, expurgare incipit, voce prorsus, dum hoc agit, ad sacrum silentium compositâ; quo peracto sic fari incipit:

כל חמירא וחמיעא דאיכא ברשותי די לא חמיתיה ודלא ביערתיה לי בטל ולהוין כעפרא דארעא:

Omne fermentum quod in meâ potestate est, quod non vidi, & quod non removi (expurgavi) irritum (annihilatum) sit, id est (pro remoto vel expurgato habebitur) instar pulveris terræ.

Postea in scrinio quisquiliis istis per eam noctem reconditis, vel in loco quodam aëreo, quò ne mures pertingere possint, suspensis, sequenti mane parasceves, quæ est decima quarta Mensis Nissan, horâ quintâ post Solis ortum, fermento illo seu quisquiliis receptis, sacrum quendam, huic usui peculiarem, struit ignem, & comburit his additis.

כל חמירא דאיכא ברשותי דחזיתיה ודלא

Omne fermentum quod est in meâ potestate, quodque vidi & quod non vidi, quod

2.

removi & quod non removi, irritum (annihilatum) sit & instar pulveris terræ.

חויתיה דחמיתיה ודלא
חמיתיה דבערתיה ודלא
בערתיה לי בטל ולהוי
כעפרא דארעא:

Huc usque de fermenti expurgatione.

VEspera jam Paschatos, Dies est 14. Nissan, id est Martii, dum in Synagoga Vespertinæ preces peraguntur, domestici interim, ob partam eâ nocte ex Ægyptiacâ servitute libertatem, quasi sancto quodam gaudio agitati, splendidam instruunt mensam, requisitis & electis ad hanc sacram Cœnam certis necessariò cibis. Apponitur præterea paropsis, oblongo Linteolo strata, cui superimponitur armus ovillus fumatus, ovum tostum, herbæ quædam amaræ (intellige Nasturtium, aut Apium, vel in ejus defectu Petroselinum, Raphanum majorem, aut simile quid) & tres denique placentæ azymæ, quarum inferior tribus characteribus insignita, Israelitas; media duobus, Levitas; superior uno charactere signata, Sacerdotes repræsentat; ad indigitandum omnibus esse præceptum, ut sacro hoc festo comedant panem azymorum: quæ omnia postmodum reliqua prædicti Linteoli parte obteguntur. Peractis in Synagoga precibus, quilibet domum suam repetit, & mox ubi, ipsâ jam nocte ingressâ, ad mensam paratam ventum est, eluuntur pocula, cumque precibus & certis solemnitatibus singulis, etiam minimis infantibus, infunduntur quaterna; ex quibus omnibus quilibet ad minimum dimidii ovi quantitatem bibere tenetur, sinistro quotiescunque bibit innixus brachio. Quæ consuetudo apud ipsos in tanto habetur honore & pretio, ut qui toto illo sacræ Cœnæ tempore ita recubuerit, eum vulgò credant sanctissimum esse, adeoque maxime revereantur. Poculum denique unum pro Eliahu Propheta funditur, cui ebibendo certus quidam Conviva destinatur.

Notandum, quod has nostras regiones inhabitantes Judæi ex juglandibus, pomis & melle, & aliis colorem horum referentibus, Orientales vero & qui in Italia, ex dactylis & ficubus arefactis, vel uvis passis & similibus, massam conficiunt, & variis condimentis condiunt, sumuntque apium, eoque in massam

vino

vino vel aqua ita dilutam, ut fiat aliquo modo fluxilis, intincto, præmissa benedictione Pater-familias eam primus quasi degustat, eandemque Benedictionem cæteris propria voce repetentibus consimiliter comedendam porrigit. Quo ipso actu liberis, quid hoc ipsum significet, interrogantibus respondet: Hæc quam ex rebus flavis conflatam cernitis massam, significat limum, quem in Ægypto patres nostri olim difficili labore pedum suorum calcaverunt; Apium vero quod vidistis nos illi massæ intingere, stramentum denotat, quod Patres nostros undiquaque ex omni terra hinc & inde oportuit conquirere, ut eo limum consolidarent.

Hisce omnibus paratis assident mensæ, & unicuique infunditur poculum suum: quo elevato Pater-familias sequentia verba quasi cantillando profatur:

Benedictus sis tu, Domine DEUS noster, creans fructum Vitis.

ברוך אתה יי אלהינו
מלך העולם בורא פרי הגפן:

Benedictus Tu, Domine Deus noster, Rex Seculi, qui elegit nos præ omni Populo, & evexit nos præ omni Lingua, & sanctificavit nos præceptis suis, & dedisti nobis, Domine Deus noster, cum dilectione festa (annua) in gaudium, festivitates & tempora in lætitiam, diem festi azymorum hunc, tempus liberationis nostræ, convocationem sanctam, memoriam exitus Ægypti: quoniam nos elegisti, & nos sanctificasti præ omnibus populis, Festa (annua) sanctitatis tuæ cum gaudio & lætitia hæreditare nos fecisti: Benedictus tu, Domine sanctificans Israel & tempora.

ברוך אתה יי אלהינו מלך העולם אשר בחר בנו מכל עם ורוממנו מכל לשון וקדשנו במצותיו ותתן לנו יי אלהינו באהבה מועדים לשמחה חגים וזמנים לששון את יום חג המצות הזה זמן חרותינו מקרא קודש זכר ליציאת מצרים כי בנו בחרת ואותנו קדשת מכל העמים מועדי קדשך בשמחה ובששון הנחלתנו: ברוך אתה יי מקדש ישראל והזמנים:

Benedictus tu, Domine Deus noster, Rex seculi, qui vivificavit nos, & superstites fecit

ברוך אתה יי אלהינו מלך העולם שהחיינו וקיימנו

והגיענו לזמן הזה׃

nos, & attingere fecit nos præſens tempus hoc.

Poſt hæc quilibet ex calice ſuo bibit, eumque in menſam reponit.

Deinde adfertur pelvis cum mantili, & Pater-familias lavat manus, ac ſequentem pronuntiat benedictionem:

ברוך אתה יי׳ אלהינו מלך העולם אשר קדשנו במצותיו וצונו על נטילת ידים׃

Benedictus ſis tu, Domine Deus noſter, Rex Seculi, qui ſanctificavit nos præceptis ſuis, & præcepit nobis lotionem manuum.

Finita Benedictione ſumit apium, vel in illius defectu petroſelinum, intingitque in aquam ſalſam vel acetum. Hac Benedictione facta comedit, tali modo & cæteris diſtribuens, eandem Benedictionem repetentibus:

ברוך אתה יי׳ אלהינו מלך העולם בורא פרי האדמה׃

Benedictus ſis tu, Domine Deus noſter, creans fructum terræ.

Porrò linteolo paulatim elevato, mediam, quam Levitas antehac deſignare diximus, promens placentam, in duas frangit partes, quarum unam ſub mappa recondit, ut ſit panis recordationis, in memoriam nimirum, quod Parentes ipſorum maſſam farinaceam linteis involutam ex Ægypto extruſi exportarunt, hæcque ad finem cœnæ ſervatur, & loco agni paſchalis omnium ultimò comeditur: Alteram verò partem inter duas adhuc integras reponens placentas, præſenti uſui reſervat. Sumens inſuper armum ovillum fumatum ovumque toſtum, ex paropſide in menſam deponit, & ſolam azymis certo, ut ſupra diximus, ordine repletam paropſidem ambabus manibus elevat, clara voce dicens:

הא לחמא דעניא די אכלו אבהתנא בארעא דמצרים כל דכפין יתי ויכול כל דצריך יתי ויפסח השתא הכא לשנה הבאה בארעא

Hic (eſt) panis afflictionis, quem comederunt patres noſtri in terra Ægypti: omnis eſuriens accedat & edat, quivis opus habens paſchate, accedat, & paſchatizet. Præſenti anno hic; anno vero futuro

in ter-

in terra Iſrael: Anno Præſenti ſervi (ſumus;) anno vero futuro filii libertatis (erimus.)

דישראל השתא עבדין
לשנה הבאה בני חורין:

Hoc dicto armum ovillum fumatum & ovum toſtum in paropſidem reponit, & ſecundâ vice pocula infunduntur, additis iis, quæ ſequuntur.

Quid diſcrepat nox hæc ab omnibus (aliis) noctibus? Quod in (reliquis) omnibus noctibus fermentatum ſimul ac non fermentatum edamus panem; hac verò nocte omnino non fermentatum. Quod item in omnibus noctibus reliquas (omnes ſine diſcrimine) comedamus herbas, hac vero nocte non niſi amaras. Quod in omnibus noctibus non intingamus nec unicâ quidem vice, hac vero nocte duabus vicibus. Quod in omnibus noctibus (pro lubitu) ſive ſedentes ſive accumbentes; hac vero nocte omnes ſolum accumbentes comedamus.

מה נשתנה הלילה הזה
מכל הלילות שבכל הלילות
אנו אוכלין חמץ ומצה
הלילה הזה כלו מצה
שבכל הלילות אנו אוכלין
שאר ירקות הלילה הזה
כלו מרור שבכל הלילות
אין אנו מטבילין אפילו פעם
אחת הלילה הזה שתי
פעמים שבכל הלילות אנו
אוכלין בין יושבים ובין
מסבין הלילה הזה כלנו
מסבין:

Servi fuimus Pharaonis in Ægypto, & eduxit nos Dominus Deus noſter inde manu forti & brachio extenſo: Si enim (Deus) Sanctus, benedictus ſit ille, non eduxiſſet patres noſtros ex Ægypto, adhuc & nos & filii noſtri, & filii filiorum noſtrorum mancipia eſſemus Pharaonis in Ægypto. Etſi enim omnes ſumus ſapientes, omnes prudentes, omnes Legis periti, præceptum tamen nobis eſt, ut enarremus (poſteris noſtris) egreſſum Ægypti. Quicunque enim

עבדים היינו לפרעה
במצרים ויוציאנו יי' אלהינו
משם ביד חזקה ובזרוע
נטויה ואלו לא הוציא הקדוש
ברוך הוא את אבותינו
ממצרים הרי אנו ובנינו
ובני בנינו משעבדים היינו
לפרעה במצרים ואפילו
כלנו חכמים כלנו נבונים
כלנו יודעים את התורה
מצוה עלינו לספר ביציאת
מצרים וכל המרבה

לספר ביציאת מצרים חרי
זה משובח:

fedulò enarraverit exitum Ægypti, is laude dignus merito habebitur.

מעשה ברבי אליעזר ו
ורבי יהושע ורבי אלעזר בן
עזריה ורבי עקיבא ו
ורבי טרפון שהיו מסבים
בבני ברק והיו מספרים
ביציאת מצרים כל אותו
הלילה עד שבאו ש
תלמידיהם ואמרו להם ש
רבותינו הגיע זמן קריאת
שמע של שחרית:

Exemplum (habemus) de Rabbi Eleasaro, & Rabbi Josua, & Rabbi Eleasaro filio Asar-jah, & Rabbi Akiba, & Rabbi Tarphon, qui accumbentes in (Civitate) Bene Berak narrabant de exitu Ægypti totâ illâ nocte, donec venerunt discipuli eorum & dixerunt illis: Magistri nostri, appropinquavit tempus ad legendum שמע (id est orationem) matutinam:

אמר רבי אלעזר בן
עזריה הרי אני כבן שבעים
שנה ולא זכיתי שתאמר
יציאת מצרים בלילות עד
שדרשה בן זומא שנאמר
למען תזכור את יום צאתך
מארץ מצרים כל ימי
חייך ימי חייך הימים כל
ימי חייך הלילות וחכמים
אומרים ימי חייך העולם
הזה כל ימי חייך להביא
לימות המשיח:

Dixit Rabbi Eleazarus filius Azariah: Ecce ego jam ferè septuagesimum ago annum, & nunquam dignus habitus sum scire, quam ob causam enarrandus sit exitus ex Ægypto nocte, donec de illo concionatus est filius Somæ, sicuti dicitur *Deut. c.* 16. ℣. 3. *Propterea recorderis diem exitus tui de terra Ægypti omnibus diebus vitæ tuæ*: Per *dies vitæ tuæ*, dies; per *omnes* verò *dies vitæ tuæ*, etiam noctes intelliguntur. Sapientes verò dicunt: per *dies vitæ tuæ*, intelligi seculum hoc præsens: per *omnes* verò *dies vitæ tuæ*, dies Messiæ.

ברוך המקום ברוך הוא
ברוך שנתן תורה לעמו
ישראל ברוך הוא כנגד
ארבעה בנים דברה
Lex,

Benedictus LOCUS, [a.] qui benedictus est; Benedictus qui dedit legem populo suo Israeli (benedictus sit ille.) Respectu (enim) quatuor filiorum (hominum) loquuta est

תורה אחד חכם ואחד
רשע ואחד תם ואחד
שאינו יודע לשאול:

Lex ; (id eſt, quatuor filios hominum reſpicit lex:) Quorum unus ſapiens; alter impius: unus ſimplex, alter vero plane interrogare neſciens (eſt:)

[a] Per LOCUM Hebræis intelligitur DEUS; propterea quod, uti & Sacra Novi Teſtamenti Scriptura loquitur, *Act.* 17. *v.* 28. Omnes in eo vivamus, moveamur, & ſimus.

חכם מה הוא אומר
מה העדות והחקים וגו
והמשפטים אשר צוה יי׳
אלהינו אתכם: ואף אתה
אמור לו בהלכות הפסח
אין מפטירין אחר הפסח
אפיקומן:

Sapiens quid dicit? Quænam illa ſunt teſtimonia, ſtatuta & judicia, quæ præcepit Dominus Deus noſter vobis? Tum tu quoque dicas ipſi, juxta conſtitutiones Paſchatos: Non dimittunt (cœtum comedentium) poſt eſum (agni) Paſchalis cum bellariis. (Hoc eſt, non ſinunt cœtum comedentium poſt eſum agni paſchalis, comedere ſecundarum menſarum delitias.)

רשע מה הוא אומר מה
העבודה הזאת לכם לכם
ולא לו ולפי שהוציא את
עצמו מן הכלל כפר
בעיקר אף אתה הקהה
את שניו ואמור לו בעבור
זה עשה יי׳ לי בצאתי
ממצרים לי ולא לו ואלו
היה שם לא היה נגאל:

Impius quid dicit? Quis (eſt) hic cultus veſter?) *Exod. c.* 12. *v.* 26. VESTER (dicit) & non SUUS (cultus:) & quoniam ſe ipſum excludit à communione, abnegat fundamentum: Tunc tu quoque hebeta ipſi dentes & dic ipſi: *propterea fecit MIHI hoc DEUS in egreſſu MEO ex Ægypto: Exod. c.* 13. *v.* 8. MIHI (fecit hoc Deus) & non IPSI: & quamvis fuiſſet etiam ibi, non tamen redemptus fuiſſet.

תם מה הוא אומר מה
זאת ואמרת אליו בחזק
יד הוצ

Simplex quid dicit? *Quid hoc* (ſibi vult?) *Exod. c.* 13. *v.* 14. *Et dicas ipſi, Manu for-*

ti edux

יד הוציאנו יי׳ ממצרים
מבית עבדים:

ti eduxit nos Deus ex Ægypto è domo ſervorum.

אשר אינו יודע לשאול אתה
פתח לו שנאמר והגדת
לבנך ביום ההוא לאמר
בעבור זה עשה יי׳ לי
בצאתי ממצרים:

Et ille qui neſcit interroga-re, ei aperias, quemadmodum ſcriptura dicit *Exod. c.* 13. *v.* 8. *Et annuntiabis filio tuo in die illo dicendo: propterea fecit mihi hoc Deus, in egreſſu meo ex Ægypto.*

יכול מראש חודש תלמוד
לומר ביום ההוא אי
ביום ההוא יכול מבעוד
יום תלמוד לומר בעבור
זה בעבור זה לא אמרתי
אלא בשעה שמצה ומרור
מנחים לפניך:

Poteritne (hoc fieri) ab i-nitio menſis? (Non;) Scri-ptura (enim) ait, IN DIE ILLO: (Ergo) Si IN DIE ILLO, poſſum (dicere) dum adhuc dies (eſt?) Non: Scriptu-ra enim addit PROPTEREA: Quod (Propterea;) in nullum alium ſenſum dixit, niſi de ea hora, qua panis non fermen-tatus & herbæ amaræ propoſi-tæ fuerint tibi.

מתחילה עובדי עבודה
זרה היו אבותינו ועכשיו
קרבנו המקום לעבודתו
שנאמר ויאמר יהושע אל
כל העם כה אמר יי׳
אלהי ישראל בעבר הנהר
ישבו אבותיכם מעולם
תרח אבי אברהם ואבי
נחור ויעבדו אלהים אחרים:

Primò parentes noſtri cul-tores fuerunt cultus alieni, nunc vero fecit nos appropinqua-re (a) LOCUS ad cultum ſuum, ſicuti ſcriptura dicit: *Joſuæ. c.* 24. *v.* 2. *Et dixit Jo-ſua ad omnem populum; Sic di-xit Dominus Deus Iſraelis, trans-fluvium habitarunt patres veſtri à ſeculo Terachi patris Abrahami & patris Nachori, & ſoluerunt Deos alienos.*

(a) LOCUS, ut ſupra dictum eſt, DEUM ſignificat, ſi majuſculis literis ſcriptum inveniatur, quod ſemel hic dixiſſe ſufficit.

ואקח את אביכם את
אברהם מעבר הנהר ואולך

Et accepi patrem veſtrum Abrahamum trans-fluvium, &

duxi

duxi eum in tota terra Cenaan, & multiplicavi ſemen ejus, & dedi ipſi Iſaacum, & Iſaaco dedi Jacobum & Eſavum, Eſavo dedi montem Seir ad hæreditandum eum; Jacob vero & filii ejus deſcenderunt in Ægyptum. Ibid. v. 3. & 4.

אותו בכל ארץ כנען וארבה
את זרעו ואתן לו את יצחק
ואתן ליצחק את יעקב ואת
עשו ואתן לעשו את הר
שעיר לרשת אותו ויעקב
ובניו ירדו מצרים:

Benedictus cuſtodiens (ſeu ſervans) fidem ſuam Iſraeli (benedictus ſit ille) Quoniam Deus Sanctus (benedictus ſit ille) ſupputavit finem ad faciendum, quemadmodum dixit Abrahamo patri noſtro in fœdere dimidiatarum partium, dicente Scripturâ. *Gen. c. 15. v. 13 14. Et dixit Abrahamo; certo ſcias, quod peregrinum futurum ſit ſemen tuum in terra, quæ non eſt illorum, & ſervire facient eos, & affligent eos per quadringentos annos; & gentem etiam, quæ eos in ſervitutem rediget, judicabo Ego: & poſtea ſic egredientur cum facultatibus magnis.*

ברוך שומר הבטחתו
לישראל ברוך הוא שהקדוש
ברוך הוא חשב את הקץ
לעשות כמו שאמר
לאברהם אבינו בברית בין
הבתרים שנאמר ואמר
לאברהם ידוע תדע כי גר
יהיה זרעך בארץ לא להם
ועבדום וענו אותם ארבע
מאות שנה וגם את הגוי
אשר יעבודו דן אנכי
ואחרי כן יצאו ברכוש גדול:

Et illa ipſa (fides ſcilicet eſt,) quæ ſtetit patribus noſtris & nobis, quia non unus tantum inſurrexit contra nos ad conſumendum nos; Verum in qualibet generatione & generatione inſurgunt contra nos ad conſumendum nos; Et (tamen) Deus ſanctus (benedictus ſit ille) liberator noſter è manibus eorum (eſt.)

והיא שעמדה לאבותינו
ולנו שלא אחד בלבד
עמד עלינו לכלותינו אלא
שבכל דור ודור עומדים
עלינו לכלותינו והקדוש
ברוך הוא מצילנו מידם:

Egredere & diſce, quid quæſierit Laban Aramæus

צא ולמד מה בקש לבן
הארמי לעשות ליעקב

facere Jacobo patri noſtro? Pharao enim non niſi ſuper maſculos decrevit; Lában vero quæſivit omnes exſtirpare, ſicuti ſcriptura dicit: Aramæus perdens patrem meum: Et deſcendit in Ægyptum; & peregrinatus eſt ibi cum paucis viris, & factus eſt ibi in gentem magnam, fortem, & multam: Deut. 26. v. 5.

אבינו שפרעה לא גזר
אלא על הזכרים לג
ולבן בקש לעקור את
הכל שנאמר ארמי אובד
אבי וירד מצרימה ויגר
שם במתי מעט ויהי
שם לגוי גדול עצום
ורב:

Et deſcendit in Ægyptum: coactus, juxta verbum illud divinum: *Gen. c. 15. v. 13. & 14.*

וירד מצרימה אנוס על
פי הדיבור:

Et peregrinatus eſt ibi: docet, quod non deſcenderit ad manendum, ſed ad peregrinandum ibi: Sicuti ſcriptura dicit: *Gen. cap. 47. verſ. 4. Et dixerunt ad Pharaonem: ad peregrinandum in terra venimus: quia non eſt paſcuum pecori, quod eſt ſervis tuis; quoniam gravis (eſt) hæc fames in terra Cenaan: Et nunc habitent, quæſo, ſervi tui in terra Goſen.*

ויגר שם מלמד שלא
להשתקע אלא לגור שם
שנאמר ויאמרו אל פרעה
לגור בארץ באנו כי אין
מרעה לצאן אשר לעבדיך
כי כבד הרעב בארץ כנען
ועתה ישבו נא עבדיך
בארץ גושן:

Cum paucis viris: quemadmodum ſcriptura dicit. *Deut. cap. 10. v. 22. Cum 70. animabus deſcenderunt patres tui in Ægyptum, & nunc poſuit te Dominus Deus tuus tanquam ſtellas cœli in multitudinem.*

במתי מעט כמו שנאמר
בשבעים נפש ירדו אבו
אבותיך מצרימה ועתה
שמך יי אלהיך ככוכבי
השמים לרוב:

Et

Et factus est ibi in gentem magnam: docet, quod fuerit ibi populus Israeliticus inventus magnus.

ויהי שם לגוי גדול ↄכ
מלמד שהיו ישראל ↄכ
מצויינין שם גדול:

Et fortem: sicuti scriptura dicit; *Exod. c. 1. v. 7. Et Filii Israel fructificarunt, & se in morem reptilium produxerunt, & multiplicati sunt, & roborati sunt in valde valde, & repleta est terra eis.*

ועצום שנאמר ובני ↄג
ישראל פרו וישרצו וירבו
ויעצמו במאד מאד ותמלא
הארץ אותם:

Et multam: sicuti dicitur *Ezech. c. 16. vers. 7. Decem millia veluti germen agri dedite, & multiplicata es, & magnificata es, & ingressa es in ornamento ornamentorum, ubera intumuerunt, & pilus tuus germinavit, & tu nuda & retecta.*

ורב כמו שנאמר רבבה
כצמח השדה נתתיך וג
ותרבי ותגדלי ותבואי בעדי
עדים שדים נכונו ושערך
צמח ואת ערום ועריה:

Et malefecerunt nobis Ægyptii: sicuti dicitur *Exod. cap. 1. vers. 10. Agedum sapientiam intendemus (ingenii nervos intendemus) in illum, ne forte multiplicetur, & sit cum evenerit bellum, & addatur etiam ipse super inimicis nostris, & pugnet contra nos, & ascendat de terra.*

וירעו אותנו המצרים
כמו שנאמר הבה נתחכמה לו פן ירבה וג
והיה כי תקראנה ↄכ
מלחמה ונוסף גם הוא
על שונאינו ונלחם בנו
ועלה מן הארץ:

Et afflixerunt nos: sicuti dicitur *Exod. cap. 1. vers. 11. Ut affligerent eum oneribus suis, & ædificavit (Israel) urbes armamentariorum Pharaoni Pithomum & Rahamsesum.*

ויענונו כמו שנאמר ↄכ
למען ענותו בסבלותם ויבן
ערי מסכנות לפרעה את
פתום ואת רעמסס:

Et impoſuerunt nobis ſervitutem duram : ſicuti ſcriptura dicit, *Exod. cap.* 1. *verſ.* 13. *Et ſervire fecerunt (coëgerunt ſervire) Ægyptii filios Iſrael per ſævitiam.*

ויתנו עלינו עבודה קשה כמו שנאמר ויעבדו מצרים את בני ישראל בפרך:

Et clamavimus ad Dominum, Deum patrum noſtrorum, & audivit Deus vocem noſtram, & vidit afflictionem noſtram, & ærumnas noſtras, & oppreſſionem noſtram.

ונצעק אל יי אלהי אבותינו וישמע יי את קולנו וירא את עניינו ואת עמלינו ואת לחצינו:

Et clamavimus ad Dominum, Deum patrum noſtrorum: ſicuti dicitur, *Exod. cap.* 2. *verſ.* 23. *Et fuit poſt multos iſtos dies & mortuus eſt Rex Ægypti, & ſuſpirarunt filii Iſrael de ſervitute & vociferati ſunt, & aſcendit clamor eorum ad Deum de ſervitute.*

ונצעק אל יי אלהי אבותינו כמו שנאמר ויהי בימים הרבים ההם וימת מלך מצרים ויאנחו בני ישראל מן העבודה ויזעקו ותעל שועתם אל האלהים מן העבודה:

Et audivit Deus vocem noſtram: quemadmodum dicitur, *Exod. c.* 2. *verſ.* 24. *Et audivit Deus clamorem (lamentabilem) eorum, & recordatus eſt Deus fœderis ſui cum Abrahamo, cum Iſaaco & cum Jacobo.*

וישמע יי את קולנו כמו שנאמר וישמע אלהים את נאקתם ויזכור את בריתו את אברהם את יצחק ואת יעקב:

Et vidit afflictionem noſtram: Hoc eſt; diſperſionem per *omnem* viam terræ,

וירא את עניינו זו פרישות דרך ארץ כמו

quem:

quemadmodum dicitur *Exod. c. 2. verſ* 25. *Et vidit Deus filios Iſrael & cognovit Deus.*

שנאמר וירא אלהים את בני ישראל וידע אלהים:

Et ærumnas noſtras: Hæ ſunt filii; ſicuti dicitur *Exod. cap.* 1. *verſ.* 22. *Omnem filium, qui naſcetur, in fluvium projicietis, & omnem filiam relinquetis vivam.*

ואת עמלינו אלו הבנים כמו שנאמר על הבן היליד היאורה תשליכהו וכל הבת תחיון:

Et oppreſſiones noſtras: Hæ ſunt anguſtiæ, quemadmodum ſcriptura dicit *Exod. cap.* 3 *verſ.* 9. *Et etiam vidi oppreſſionem, quâ Ægyptii opprimunt eos.*

ואת לחצינו זו הדחק כמו שנאמר וגם ראיתי את הלחץ אשר מצרים לוחצים אותם:

Et eduxit nos Deus ex Ægypto manu forti, & brachio extenſo, & timore magno, & ſignis, & portentis.

ויוציאנו יי ממצרים ב יד חזקה ובזרוע נטויה ובמורא גדול ובאותות ובמופתים:

Et eduxit nos Deus ex Ægypto: Non per manus Angeli, nec per manus Seraphini, nec per manus Legati; Sed *Deus*, (Benedictus ſit ille) gloriâ ſuâ & ILLE IPSE, quemadmodum ſcriptura dicit *Exod. cap.* 12. *verſ.* 12. Et tranſibo per terram Ægypti in hac nocte, & percutiam omnem primogenitum in terra Ægypti ab homine, & uſque ad jumentum, & in

ויוציאנו יי ממצרים לא על ידי מלאך ולא על ידי שרף ולא על ידי השליח אלא הקדוש ברוך הוא בכבודו ובעצמו ג שנאמר ועברתי בארץ ד מצרים בלילה הזה ה והיכתי כל בכור בארץ ד מצרים מאדם ועד

14.

omnes Deos Ægyptiorum faciam judicia, EGO Tetragrammaton:

בהמה ובכל אלהי מצרים
אעשה שפטים אני יי׳:

Et transibo per terram Ægypti: *EGO & non Angelus.*

ועברתי בארץ מצרים
אני ולא מלאך:

Et percutiam omnem primogenitum: *EGO & non Seraphinus.*

והכיתי כל בכור אני
ולא שרף:

Et in omnes Deos Ægyptiorum faciam Judicia: *EGO & non Legatus.*

ובכל אלהי מצרים א
אעשה שפטים אני ולא
השליח:

EGO TETRAGRAMMATON: *EGO IPSE & non alius.*

אני יי׳ אני הוא ולא
אחר:

Manu forti: Hæc est pestis, sicuti dicitur *Exod. cap. 9: verſ. 3. Ecce manus Domini futura est in pecus tuum, quod erit in agro, in equos, asinos & camelos, in armentum & gregem, peste gravi valde.*

ביד חזקה זו דבר כמו
שנאמר הנה יד יי׳ יהיה
במקנך אשר בשדה בם
בסוסים בחמורים בגמלים
בבקר ובצאן דבר כבד
מאד:

Et brachio extenso: Intellige gladium; quemadmodum Scriptura dicit. 1. *Par.* 21. *verſ.* 16. *Et gladius ejus evaginatus in manu ejus, extensus supra Jerusalem.*

ובזרוע נטויה זו החרב
כמו שנאמר וחרבו שלופה
בידו נטויה על ירושלים:

Et timore magno: Intellige revelationem Deitatis;

ובמורא גדול זו גילוי
שכינה כמו שנאמר או

הנסה אלהים לבוא לקחת
לו גוי מקרב גוי במסת
באותת ובמופתים ובמ
ובמלחמה וביד חזקה ו
ובזרוע נטויה ובמוראים
גדולים בכל אשר עשה
לכם יי אלהיכם ב
במצרים לעיניך:

tis, quemadmodum Scriptura dicit; *Deut. cap. 4. verſ. 34. Aut num tentaverit Deus (ullus) venire & accipere ſibi gentem è medio gentis, tentationibus, ſignis & portentis, belloque & manu forti, & brachio extenſo, & timoribus magnis, ſicut omne, quod fecit vobis Dominus Deus veſter in Ægypto ad oculos tuos.*

ובאותת זו המטה כמו
שנאמר ואת המטה הזה
תקח בידך אשר תעשה
בו את האותות:

Et ſignis: Hæc ſunt baculus, quemadmodum dicitur *Exod. cap. 4. verſ. 17. Et baculum hunc accipies in manum tuam, quo facies ſigna:*

ובמופתים זו הדם כמו
שנאמר ונתתי מופתים ב
בשמים ובארץ דם ואש
ותמרות עשן:

Et Portentis: Hæc ſunt Sanguis, quemadmodum Scriptura dicit: *Joel. cap. 3. verſ. 3. Et dabo portenta in cœlo & in terra ſanguinem, & ignem & aſcenſionem fumi.*

דבר אחר ביד חזקה
שתים ובזרוע נטויה ט
שתים ובמורא גדול מ
שתים ובמופתים שתים
אלו עשר מכות שהביא
הקדוש ברוך הוא על ה
מצרים במצרים אלו הן
דם צפרדע כנים ערוב
דבר שחין ברד ארבה
חשך מכות בכורות:

Alius ſenſus: Manu forti duo; & brachio extenſo duo: Timore magno duo; & ſignis duo: & portentis duo; *miracula fecit*: Et hæc ſunt decem iſti ictus, quos adduxit *Deus*, ſanctus (benedictus ſit ille) ſupra Ægyptios in Ægypto, & hi ſunt: SANGUIS, RANÆ, PEDICULI, INSECTORUM MIXTURA, PESTIS, ULCERA, GRANDO, LOCUSTÆ, TENEBRÆ, PERCUSSIO PRIMOGENITORUM.

Cum hucuſque pervenerunt, inflictarum mentionem faciant: ut decem plagarum Ægyptiis unuſquiſque poculo ſuo ſibi propius

pius appoſito, plagas illas decem ſeriatim recenſet: & dum ſingulas appellitat, digitorum minimo in calicem intincto, toties in mensâ deſtillat.

רבי יהודה היה נותן
בהם סמנים דצ"ך עד"ש
באי"חב:

Rabbi Jehuda ſignificavit eas (hiſce tribus) vocabulis technicis, DEZACH, HADASCH, BEACHABH, (ſumendo enim ſingularum decem plagarum initiales literas, confecit tres dictiones; cujus rei exemplum eſto in latinis hoc: ſumatur ex dictione primæ plagæ Sanguis S. ex ſecunda Ranæ R. ex tertia Pediculi P. ex quarta Inſectorum mixtura, I. quæ quatuor, per combinationem conſtituere poſſunt SPIR. vel PRIS vel SIRP vel RISP &c. quod in eum tantum finem fit, ut eo melius ſibi hiſce literis decem plagas in memoriam revocent.)

רבי יוסי הגלילי אומר
מנין אתה אומר שלקו
המצרים במצרים עשר
מכות ועל הים לקו
חמישים מכות:

Rabbi Joſe Galilæus dicit: unde (diſcimus) quod tu dicis: Ægyptios in Ægypto percuſſos eſſe decem ictibus, in mari verò percuſſos eſſe quinquaginta ictibus?

במצרים מה הוא אומר
ויאמרו החרטמים אל
פרעה אצבע אלהים הוא
ועל הים מה הוא אומר
וירא ישראל את היד
הגדולה אשר עשה יי'
במצרים ויראו העם את
יי' ויאמינו ביי' ובמשה
עבדו. כמה לקו באצבע
עשר מכות אומר מעתה

(Inde diſcimus:) in Ægypto quid dicit Scriptura? *Et dixerunt Magi ad Pharaonem: digitus Dei eſt hoc, Exod. cap. 8. verſ. 15:* In mari vero quid dicit Scriptura? *Exod: cap. 14. v. 31: Et vidit Iſrael manum magnam, quâ operatus eſt Deus in Ægyptios: & timuerunt (populus) DEUM, & crediderunt in DEUM & in Moſeh ſervum ejus.* Quot jam percuſſi ſunt ictibus cum unum tantummodo digitum in Ægypto ſentirent? decem: dicam ergo nunc; in Ægypto percuſſi erant decem ictibus & unus modo erat digitus: Et jam cum in mari totam quinque digitis conſtantem ma-

num

num experti fuerint, ſequitur eos quinquaginta ictibus in mari fuiſſe percuſſos:

במצרים לקו עשר מכות
ועל הים לקו חמישים מכות:

Rabbi Elieſer dicit; Unde (diſcimus) quod quilibet ictus, quem adduxit (Deus) Sanctus (benedictus ſit ille) ſuper Ægyptios in Ægypto, fuerit ex quatuor ictibus, de quibus Scriptura dicit. *Pſal.* 78. *verſ.* 49. *Miſit in eos furorem iræ ſuæ, indignationem, & excandeſcentiam, anguſtiam, & immiſſionem Angelorum malorum:* Indignatio unus (eſt ictus;) Excandeſcentia ſecundus; Anguſtia tertius; Immiſſio Angelorum malorum quartus. Nunc ergo dic; Si in Ægypto percuſſi ſunt quadraginta ictibus (uno digito,) ſequitur eos in mari, (ubi totam manum ſenſerunt,) ducentis percuſſos fuiſſe ictibus.

רבי אליעזר אומר מנין
שכל מכה ומכה שהביא
הקדוש ברוך הוא אל
המצרים במצרים היתה
של ארבע מכות שנאמר
ישלח בם חרון אפו עברה
וזעם וצרה משלחת מלאכי
רעים עברה אחת וזעם
שתים וצרה שלש משלחת
מלאכי רעים ארבע אמור
מעתה במצרים לקו ג
ארבעים מכות ועל הים
לקו מאתים מכות:

Rabbi Akiba dicit; Unde (diſcimus) quod quilibet ictus, quem adduxit (Deus) Sanctus (benedictus ſit ille) ſuper Ægyptios in Ægypto, fuerit ex quinque ictibus, de quibus Scriptura dicit. *Pſalm.* 78. *verſ.* 49. *Et miſit in eos furorem iræ ſuæ, indignationem & extandeſcentiam, anguſtiam, immiſſionem Angelorum malorum:* Ira ejus unus (eſt ictus;) Indignatio ſecundus; Excandeſcentia tertius; Anguſtia quartus; Immiſſio Angelorum malorum quintus; Nunc ergo dic; Si in Ægypto percuſſi ſunt quinquaginta ictibus (uno digito;)

רבי עקיבא אומר מנין
שכל מכה ומכה שהביא
הקדוש ברוך הוא על
המצרים במצרים היתה
של חמש מכות שנאמר
ישלח בם חרון אפו עברה
וזעם וצרה משלחת ה
מלאכי רעים אפו אחת
עברה שתים וזעם שלש
וצרה ארבע משלחת ד
מלאכי רעים חמש אמור

 ſequi-

sequitur eos in mari, (ubi totam quinque digitis constantem manum experti sunt;) ducentis & quinquaginta percussos fuisse ictibus.

מעתה במצרים לקו חמשים
חמישים מכות ועל הים לקו
חמישים ומאתים מכות:

כמה מעלות טובות למקום עלינו

אלו הוציאנו ממצרים ולא
עשה בהם שפטים דיינו
אלו עשה בהם שפטים ולא
עשה באלהיהם דיינו
אלו עשה באלהיהם ולא
הרג בכוריהם דיינו
אלו הרג בכוריהם ולא
נתן לנו את ממונם דיינו
אלו נתן לנו את ממונם ולא
קרע לנו את הים דיינו
אלו קרע לנו את הים ולא
העבירנו בתוכו בחרבה דיינו
אלו העבירנו בתוכו בחרבה ולא
שקע צרינו בתוכו דיינו
אלו שקע צרינו בתוכו ולא
ספק צרכינו במדבר ארבעים שנה דיינו
אלו ספק צרכינו במדבר ארבעים שנה ולא
האכילנו את המן דיינו
אלו

Digitized by Google

אלו	האכילנו את המן	ולא
	נתן לנו את השבת	דיינו
אלו	נתן לנו את השבת	ולא
	קרבנו לפני הר סיני	דיינו
אלו	קרבנו לפני הר סיני	ולא
	נתן לנו את התורה	דיינו
אלו	נתן לנו את התורה	ולא
	הכניסנו לארץ ישראל	דיינו
אלו	הכניסנו לארץ ישראל	ולא
	בנה לנו את בית הבחירה	דיינו

QUàm multas dignitates (immunitates) bonas contulit nobis LOCUS. (Scilicet Deus.)

Si enim eduxiſſet nos ex Ægypto, ſufficeret nobis:
Et non feciſſet de eis judicia,
Si feciſſet de eis Judicia, ſufficeret nobis:
Et non feciſſet de Diis eorum,
Si feciſſet de Diis eorum, ſufficeret nobis:
Et non occidiſſet primogenita eorum,
Si occidiſſet primogenita eorum, ſufficeret nobis:
Et non dediſſet nobis divitias ipſorum,
Si dediſſet nobis divitias ipſorum, ſufficeret nobis:
Et non diviſiſſet nobis mare,
Si diviſiſſet nobis mare,
Et non traduxiſſet nos per medium ejus in arida, ſufficeret nobis:
Si traduxiſſet nos per medium ejus in arida,
Et non ſubmerſiſſet affligentes nos in medio ejus, ſufficeret nobis:
Si ſubmerſiſſet affligentes nos in medio ejus,
Et non procuraſſet nobis neceſſaria ad ſufficientiam noſtram, quadraginta annis in deſerto, ſufficeret nobis:
Si neceſſaria nobis procuraſſet ad ſufficientiam noſtram, quadraginta annis in deſerto,

Et non feciſſet nos comedere Manna, ſufficeret nobis:
Si feciſſet nos comedere Manna,
Et non dediſſet nobis Sabbathum, ſufficeret nobis:
Si dediſſet nobis Sabbathum,
Et non feciſſet nos accedere ad montem Sinai,
ſufficeret nobis:
Si feciſſet nos accedere ad montem Sinai,
Et non dediſſet nobis Legem, ſufficeret nobis:
Si dediſſet nobis Legem,
Et non congregaſſet nos in terra Iſrael, ſufficeret nobis:
Si nos congregaſſet in terra Iſrael,
Et non ædificaſſet nobis domum electionis, ſufficeret nobis:

על אחת כמה וכמה
טובה מכפלת למקום
עלינו שהוציאנו ממצרים
ועשה בהם שפטים ועשה
באלהיהם והרג בכוריהם
ונתן לנו את ממונם וקרע
לנו את הים והעבירנו
בתוכו בחרבה ושקע צרינו
בתוכו וספק צרכינו במדבר
ארבעים שנה והאכילנו
את המן ונתן לנו את ש
השבת וקרבנו לפני הר
סיני ונתן לנו את התורה
והכניסנו לארץ ישראל
ובנה לנו את בית הב
הבחירה לכפר על כל
עונותינו:

Ita poſt unum (beneficium) multiplicavit, (& multiplicia hæc ſua beneficia rurſus) duplicando duplicavit LOCUS (id eſt Deus) nobis, educens nos ex Ægypto, & faciens de eis judicia, & etiam de Diis eorum, & occidens primogenita ipſorum, & dans nobis divitias eorum: & dividens nobis mare, & traducens nos per medium ejus in arida: et ſubmergens affligentes nos in medio ejus. Et neceſſaria nobis procurans ad ſufficientiam quadraginta annis in deſerto, & commedere nos faciens MANNA: Et dans (inſtituens) nobis Sabbathum; Et accedere nos faciens ad montem Sinai, & dans nobis Legem; Et congregans nos in terra Iſraël, & ædificans nobis domum electionis, ut redderemus nobis (ibi DEUM) propitium ſuper omnes iniquitates noſtras.

רבן גמליאל אומר כל
שלא אומר שלשה דב
דברים אלו בפסחים לא

Rabban Gamaliel dicit: Quicunque non dixerit tria hæc verba in Paſchate; non dimit-

tetur

tetur è manibus debitorum ſuorum: Et hæc ſunt; PASCHA, PANIS AZYMUS & HERBÆ AMARÆ.

רברים אלו בפסח לא
יצא ידי חובתו ואלו הן
פסח מצה ומרור:

Qui enim Verba hæc non habuerit in ore; ea nec habebit in mente, & per conſequens Paſcha non ritè ſeu ſanctè celebrabit.

PASCHA, quod ederunt patres noſtri in tempore, quo domus ſanctuarii ſtetit, quâ de cauſa? hac de cauſa; Quia tranſiliit (Deus) Sanctus (benedictus ſit ille) ædes parentum noſtrorum in Ægypto, ſicuti dicitur, *Exod. cap.* 12. *verſ.* 27. *Victima Paſchatos hæc Deo, qui tranſiliit domos filiorum Iſraël in Ægypto cum cæderet Ægyptios; & domos noſtras eripuit: & inclinavit populus verticem & incurvaverunt ſe.*

פסח שהיו אבותינו אוכלים
בזמן שבית המקדש
קיים על שום מה על שום
שפסח הקדוש ברוך הוא
על בתי אבותינו במצרים
שנאמר ואמרתם זבח פסח
הוא ליי אשר פסח על
בתי בני ישראל במצרים
בנגפו את מצרים ואת
בתינו הציל ויקוד העם
וישתחוו:

Hic placentam azymam è paropſide ſumptam accumbentibus oſtendens dicit:

AZYMUS hic PANIS, quem noſedimus: quâ de cauſa? quia non ſufficiebat tempus, ut maſſa parentum noſtrorum fermentaretur, donec revelatus eſt ſuper illos Rex Regum Regum, (Deus) Sanctus (benedictus ſit ille) & liberavit eos, ſicuti Scriptura dicit; *Exod. cap.* 12. *verſ.* 39. *Et coxerunt ex maſſa illa, quam eduxerunt ex Ægypto, placentas azymas, quia non erat fermentata: expulſi enim erant ex Ægypto, & non potuerunt cunctari, etiam viaticum non comparaverant ſibi.*

מצה זו שאנו אוכלים
על שום מה על שום
שלא הספיק בצקת של
אבותינו להחמיץ עד שנגלה
שנגלה עליהם מלך מלכי
המלכים הקדוש ברוך ה
הוא וגאלם שנאמר ויאפו
את הבצק אשר הוציאו
ממצרים עגות מצות כי
לא חמץ כי גורשו ממצרים
ולא יכלו להתמהמה וגם
צדה לא עשו להם:

Quo dicto eandem placentam in patinam reponit, Raphanumque majorem inde desumptum, accumbentibus monstrans, ait:

מרור זה שאנו אוכלים
על שום מה על שום
שמררו המצרים את חיי
אבותינו במצרים שנאמר
וימררו את חייהם בעבודה
קשה בחומר ובלבנים
ובכל עבודה בשדה את כל
עבודתם אשר עבדו בהם
בפרך:

HERBÆ AMARÆ HÆ, quas nos edimus; qua de causa? eam ob causam, quod amaritudine affecerunt Ægyptii vitam parentum nostrorum in Ægypto: sicut dicitur *Exod. cap.* 1. *vers.* 14. *Et amaritudine affecerunt vitam eorum servitute dura, in luto, in lateribus, & in omni servitute agri, quam servierunt eis per sævitiam.*

His dictis Raphanum in patinam reponens, pergit:

בכל דור ודור חייב אדם
לראות את עצמו כאלו
הוא יצא ממצרים שנאמר
והגדת לבנך ביום ההוא
לאמר בעבור זה עשה
יי לי בצאתי ממצרים:

In omni generatione & generatione quivis tenetur se ipsum considerare, ac si ipse exiviſſet ex Ægypto, quemádmodum Scriptura dicit: *Exod. cap.* 13. *vers.* 8. *Et annuntiabis filio tuo in die isto dicendo: propterea fecit mihi* DEUS *in egressu meo ex Ægypto:*

לא את אבותינו גאל
הקדוש ברוך הוא בלבד
אלא אף אותנו גאל עמהם
עמהם שנאמר ואתנו
הוציא משם למען הביא
אותנו לתת לנו את הארץ
אשר נשבע לאבותינו:

Non tantùm parentes nostros redemit (Deus) Sanctus (benedictus sit ille;) sed etiam nos redemit cum eis, quemádmodum Scriptura dicit: *Deut. cap.* 6. *vers.* 23. *Et nos eduxit inde, ut deduceret nos ad dandum nobis terram, quam juravit patribus nostris.*

Cum hucusque pervenerunt, quilibet suum recipit poculum, manibusque tam diu tenet, donec Pater-familias absolutis sequentibus hymnis, subsequentem pronunciavit benedictionem.

Propterea nos obligati ſumus ad laudandum, celebrandum, laudibus efferendum, glorificandum, exaltandum, decorandum, benedicendum, extollendum, & victorem eum prædicandum, qui fecit patribus noſtris & nobis omnia ſigna hæc: Eduxit nos è ſervitute in libertatem, è mœrore ad gaudium, è luctu ad diem feſtum, è caligine ad lucem magnam, & è mancipatu in redemptionem: & dicemus coram eo canticum novum, Hallelu-jah:

לפיכך אנחנו חייבים
להודות להלל לשבח לפאר
לרומם להדר לברך לעלה
ולקלס למי שעשה לאבותינו
ולנו את כל הניסים האלו
הוציאנו מעבדות לחירות
מינון לשמחה מאבל ליום
טוב ומאפלה לאור גדול
ומשעבוד לגאולה ונאמר
לפניו שירה חדשה הללויה:

Hallelu-jah, Laudate ſervi Domini, laudate nomen Domini: Sit nomen Domini benedictum, ex hoc nunc & uſque in ſeculum: A Solis ortu uſque ad occaſum ejus, laudatum eſt nomen Domini: Excelſus ſuper omnes gentes Dominus, ſuper cœlos gloria ejus. Quis ſicut Dominus Deus noſter, exaltans ſe ad habitandum, humilians (vero) ſe ad videndum in cœlis & in terra? Erigens de pulvere tenuem, de ſterquilinio elevabit egenum: Ad ſedere faciendum cum magnificis. cum magnificis populi ſui: Sedere faciens ſterilem in domo, matrem filiorum lætantem: Hallelu-jah:

הללויה הללו עבדי יי
הללו את שם יי יהי
שם יי מבורך מעתה ועד
עולם ממזרח שמש עד מ
מבואו מהלל שם יי ל
רם על כל גוים יי על
השמים כבודו מי כיי א
אלהינו המגביהי לשבת
המשפילי לראות בשמים
ובארץ מקימי מעפר דל
מאשפות ירים אביון ע
להושיבי עם נדיבים עם
נדיבי עמו מושיבי עקרת
הבית אם הבנים שמחה הללויה:

24.

בצאת ישראל ממצרים
בית יעקוב מעם לועז ט
היתה יהודה לקדשו תי
ישראל ממשלותיו הים ט
ראה וינס הירדן תסוב
לאחור ההרים רקדו אם
כאלים גבעות כבני צאן
מה לך הים כי תנוס ט
הירדן תסוב לאחור
ההרים תרקדו כאלים ז
גבעות כבני צאן מלפני
אדון חולי ארץ מלפני
אגם מים חלמיש למעיני
אלהי יעקוב חהופכי הצור
מים:

In egrediendo Iſrael ex Ægypto, domus Jahacob de populo barbaro: Fuit Jehuda in ſanctitatem ejus, Iſrael Dominia ejus: Mare vidit & fugit, Jarden circuivit retrorſum: Montes exilierunt ſicuti arietes, colles ſicuti filii gregis: Quid tibi mare quod fugiſti, & Jarden circuiſti retrorſum? Montes ſaltaſtis ſicuti arietes, colles ſicuti filii gregis? A facie Domini contremuit terra, à facie Dei Jahacob: Convertens petram in ſtagnum aquarum, ſilicem in fontes aquarum.

Hic elevando pocula, altiori modulamine, Pater-familias ſequentes has duas, calicem agitando, dicit benedictiones; & bibunt ſinguli, ac in menſam pocula reponunt.

בא"י אמ"ה אשר גאלנו
וגאל את אבותינו מצרים
מצרים והגיענו הלילה
הזה לאכול בו מצה ו
ומרור כן י"י אלהינו יגיעו
ואלהי אבותינו הגיענו לז
למועדים ולרגלים אחרים
הבאים לקראתינו לשלום
שמחים בבנין עירך וששון
בעבודתך ונאכל שם מן
הזבחים ומן הפסחים אשר
יגיע דמם על קיר מזבחך

Benedictus ſis tu, Domine, Deus noſter, Rex ſeculi, qui redemit nos, & redemit etiam patres noſtros ex Ægypto, & attingere fecit nos noctem hanc ad comedendum in ea panem azymorum, & herbas amaras. Sic Domine, Deus noſter, & Deus patrum noſtrorum, pertingere facias nos ad Solemnitates, & annua feſta alia obventura nobis in pace, gaudentes in ædificatione civitatis tuæ, & lætantes in cultu tuo; Et edamus ibi de ſacrificiis & victimis paſchalibus, quorum ſanguis porrigetur ad parietem altaris tui in beneplacitum; Et tunc laudabimus te Cantico no-

לרצון ונודה לך שיר חדש
על גאולתנו ועל פדות
נפשנו ברוך אתה יי גאל
ישראל:

ve propter redemptionem noſtram, & propter redemptionem animarum noſtrarum: Benedictus (ſis) tu, Domine, (qui) redemiſti Iſraëlem.

בא"י אמ"ה בורא פרי
הגפן:

Benedictus (ſis) tu, Domine, Deus noſter, Rex ſeculi, creans fructum vitis.

Poſt hæc ſecunda vice adfertur pelvis cum mantili, & ſinguli ordine lavant manus, dicentes:

בא"י אמ"ה אשר קדשנו
במצותיו וצונו על נטילת
ידים:

Benedictus (ſis) tu, Domine, Deus noſter, Rex ſeculi, qui ſanctificavit nos præceptis ſuis, & præcepit nobis lotionem manuum.

Deinde Pater-familias ſub linteolo poſitam priorem, quam Sacerdotes deſignare diximus, promens placentam; ſimul & mediam Levitas deſignantem; illaſque ſequente hac benedictione agitat, dicens:

בא"י אמ"ה המוציא
לחם מן הארץ:

Benedictus (ſis) tu, Domine, Deus noſter, Rex ſeculi, qui producit panem de terrâ.

Factâ benedictione, de ſuperiori fruſtulum defringit, non autem comedit, donec ſuper mediam placentam, peculiarem hanc ſubſequentem pronunciaverit benedictionem:

בא"י אמ"ה אשר קדשנו
במצותיו וצונו על אכילת
מצה:

Benedictus (ſis) tu, Domine, Deus noſter, Rex ſeculi, qui ſanctificavit nos præceptis ſuis, & præcepit nobis comeſtionem panis azymi:

Poſtea defringit utrique placentæ fruſtulum, alterumque alteri imponit, eaque conjunctim edit, atque eâdem ratione reliquis etiam diſtribuit; qui dicta utraque benedictione, ea abſumunt. Hinc aliquid amararum herbarum ſumit, quæ, ut dictum, ſtramen, quo limum olim conſolidarunt, denotat: id-

que in maſſam, ex ficubus, dactylis, uvis paſſis &c: confectam, lutumque denotantem, intingit: & poſt hanc benedictionem comedit, cæteriſque diſtribuit, qui id, dictâ benedictione, comedunt, dicentes:

Benedictus (ſis) tu, Domine, Deus noſter, Rex ſeculi, qui ſanctificavit nos præceptis ſuis, & præcepit nobis comeſtionem herbarum amararum.

בא"י אמ"ה אשר קדשנו
במצותיו וצונו על אכילת
מרור:

Deinde tertiam, quæ (ut ſupra dictum eſt) Iſraëlitas denotat, promens placentam, frangit de ea fruſtulum: illudque, herbis amaris vel raphano majore involutum, comedit; hiſce, abſque omni benedictione, additis:

Sic fecit Hillel in tempore, quo domus ſanctuarii ſtetit: involvit pani azymo herbas amaras, & ſic unà comedit, ad confirmandum, quod dicitur *Num. 9. verſ. 11. Cum panibus azymis & herbis amaris comedant illud.*

כן עשה הלל בזמן ש
שבית המקדש קיים היה
כורך מצה ומרור ביחד
לקיים מה שנאמר על
מצות ומרורים יאכלוהו:

Abſoluta hucuſque hujus ſacræ Cœnæ oratione, incipiunt cœnare, hac tamen Patris-familias additâ admonitione; comedant ita, ut poſtea recordationis panem adhuc avidè & devotè recipere queant: Itaque Cœnâ neceſſariò ante mediam noctem ſolemniter abſolutâ, media recordationis, ſub mappa recondita, placenta à Patre-familias promitur, diſtribuitur & comeditur. Deinde tertium ordine, quod idem primum eſt gratiarum actionis poculum, ſingulis infunditur: Et Pater-familias ipſe gratias agere tenetur; petitâ primùm ab accumbentibus veniâ. Quod ſi Sacerdos præſto ſit, ipſi præ omnibus hunc honorem defert, deinde Doctoribus, poſtea Rabbinis vel Magiſtris, tandem reliquis: & dicit:

Cum licentiâ Dn. Sacerdotis, Doctoriſque noſtri ſummi, Magiſtrorum noſtrorum, & præſentis Sodalitatis meæ, benedicamus Deo noſtro, quod de (bonis) ſuis comedimus, & de bonitate ejus vivimus:

ברשות הכהן מורינו ש
הרב רבנים רבותי נברך
אלהינו שאכלנו משלו ת
ובטובו חיינו:

Cui

Cui accumbentes uno ore reſpondent:

Benedictus Deus noſter, quod de (bonis) ſuis comedimus, & de bonitate ejus vivimus.

ברוך אלהינו שאכלנו
משלו ובטובו חיינו:

His dictis Pater-familias gratias agens dicit:

Benedictus ſit ille, & benedictum nomen ejus. Benedictus ſis tu, Domine, Deus noſter. Rex ſeculi, alens totum mundum bonitate, benignitate, gratia & miſericordia ſua: Dans panem omni carni, quoniam in ſeculum gratia ejus. Et per bonitatem ejus nihil unquam defecit nobis, neque defuturum eſt nobis alimentum in ſeculorum ſecula, propter nomen ejus ſanctum: quoniam ille paſcens & alens omnia, & benefaciens omnibus, & parans alimentum omnibus creaturis ſuis, quas creavit: Benedictus ſis tu, Domine, altor omnium:

ברוך הוא ברוך שמו בא"י אמ"ר הזן את העולם כלו בטובו בחן בחסד וברחמים הוא נותן לחם לכל בשר כי לעולם חסדו ובטובו הגדול תמיד לא חסר לנו ואל יחסר לנו מזון לעולם ועד בעבור שמו הגדול כי הוא זן ומפרנס לכל ומטיב לכל ומכין מזון לכל בריותיו אשר ברא בא"י הזן את הכל:

Laudabimus te, Domine, Deus noſter, quod hæreditare feciſti parentes noſtros terram deſiderabilem, bonam & latam, & quod eduxiſti nos de terrâ Ægypti, & liberaſti nos de domo ſervitutis, & propter fœdus tuum, quod ſigillaſti in carne noſtrâ, & propter legem tuam, quam edocuiſti nos, & propter ſtatuta tua, quæ notificaſti nobis, & propter benignitatem & gratiam, quibus benignum te nobis præ-

נודה לך יי' אלהינו על שהנחלת לאבותינו ארץ חמדה טובה ורחבה ועל שהוצאתנו מארץ מצרים ופדיתנו מבית עבדים ועל בריתך שחתמת בבשרנו ועל תורתך שלמדתנו ועל חקיך שהודעתנו ועל חיים חן וחסד שחוננתנו ועל

 buiſti,

buisti, propterque esum cibi, quo tu nos alis & pascis jugiter, omni die, quovis tempore, & qualibet hora.

אכילת מזון שאתה זן ומפרנס אותנו תמיד בכל יום ובכל עת ובכל שעה:

Et propter hæc omnia, Domine Deus noster, laudamus te & benedicimus tibi; Benedictum sit nomen tuum in ore omnis viventis jugiter & in sempiterna secula, sicuti scriptum est *Deut. cap.* 8. *vers.* 10. *Et comedes, & saturaberis, & benedices Domino Deo tuo, propter terram bonam, quam dedit tibi.* Benedictus sis tu, Domine, propter terram & propter alimentum.

ועל הכל יי אלהינו אנו מודים לך ומברכים אותך יתברך שמך בפי כל חי תמיד לעולם ועד ככתוב ואכלת ושבעת וברכת את יי אלהיך על הארץ הטובה אשר נתן לך ברוך אתה יי על הארץ ועל המזון:

Miserere, Domine, Deus noster, Israelis populi tui, & Jerusalem civitatis tuæ, & Zion habitaculi gloriæ tuæ, & regni domus Davidis uncti tui, & Domus istius magnæ & sanctissimæ, in qua nomen tuum invocatum erat: Deus noster, Pater noster, Rex noster, Pastor noster, Altor noster, Nutritor noster, Sustentator noster & dilatator noster, dilata nos, Domine, Deus noster, cito in omnibus angustiis nostris, & ne facias nos, quæso, egere, Domine, Deus noster, opera & ope carnis & sanguinis, neque mutuatione eorum, sed solum manu tua plena, aperta, sancta, & lata; ne forte confundamur & erubescamus in sempiterna secula:

רחם יי אלהינו על ישראל עמך ועל ירושלים עירך ועל ציון משכן כבודך ועל מלכות בית דוד משיחך ועל הבית הגדול והקדוש שנקרא שמך עליו אלהינו אבינו מלכנו רענו זנינו פרנסנו וכלכלנו והרויחנו והרוח לנו יי אלהינו מהרה מכל צרותינו ונא אל תצריכנו יי אלהינו לא לידי מתנת בשר ודם ולא לידי הלואתם כי אם לידך המלאה הפתוחה והקדושה והרחבה שלא נבוש ולא נכלם לעולם ועד:

Deus

אלהינו ואלהי אבותינו
יעלה ויבוא יגיע יראה
וירצה וישמע ויפקד ויזכר
זכרוננו ופקדוננו וזכרון
אבותינו וזכרון משיח בן
דוד עבדך וזכרון ירושלים
עיר קדשך וזכרון כל עמך
בית ישראל לפניך פ
לפליטה לטובה לחן ק
ולחסד לרחמים לחיים
ולשלום ביום חג המצות
הזה זכרינו יי אלהינו בו
לטובה ופקדינו בו ר
לברכה וחושיענו בו ש
לחיים וברבר ישועה ת
ורחמים חוס וחנינו ורחם
עלינו והושיענו כי אליך
עינינו כי אל מלך חנון ורחום אתה:

Deus noſter, & Deus patrum noſtrorum, aſcendat & veniat, accedat, videatur & acceptetur, & exaudiatur, & viſitetur, & cogitetur memoria noſtra, & viſitatio noſtra, & memoria parentum noſtrorum, & memoria uncti filii Davidis, ſervi tui, & memoria Jeruſalem, civitatis ſanctitatis tuæ, & memoria omnis populi tui Domus Iſraëlis coram te in evaſionem, in bonum, in beneficentiam, in gratiam, in miſericordiam, ad pacem in die feſti azymorum hoc; recordare noſtri, Domine, Deus noſter, in ipſo, in (noſtri) bonum, & viſita nos in ipſo ad benedictionem, & ſalva nos in eo ad vitas. Et in VERBO SALUTIS & miſericordiæ parce, propitius eſto & miſerere noſtri: Et ſalva nos, quoniam ad te oculi noſtri, quia tu es Rex gratioſus & miſericors.

ובנה ירושלים עיר ש
הקדש במהרה בימינו ב
ברוך אתה יי בונה בב
ברחמיו ירושלים אמן:

Et ædifica Jeruſalem, civitatem Sanctitatis tuæ cito in diebus noſtris, Benedictus ſis tu, Domine, ædificans miſerationibus ſuis Jeruſalem; Amen.

באי אמיה האל אא
אבינו מלכינו אדירנו בג
בוראנו גואלנו יוצרנו דל
קדושנו קדוש יעקב רועינו
רועה ישראל המלך טו

Benedictus ſis tu, Domine, Deus noſter, Rex ſeculi; Deus fortiſſime, Pater noſter, Creator noſter, Redemptor noſter, Sanctus noſter, Formator noſter, Sanctus noſter, Sanctus Jahacob, Paſtor noſter, Paſtor Iſraëlis; Rex be-

 nigne,

הטוב והמטיב לכל אל
שבכל יום ויום הוא ט
הטיב מטיב יטיב לנו ט
הוא גמלנו הוא גומלנו
הוא יגמול בעדנו לעד
לחן לחסד ולרחמים ל
ולרוח הצלה והצלחה ס
ברכה וישועה נחמה פ
פרנסה וכלכלה ורחמים
וחיים ושלום וכל טוב
ומכל טוב לא יחסרנו:

הרחמן הוא ימלוך צ
עלינו לעולם ועד:

הרחמן הוא יתברך ק
בשמים ובארץ:

הרחמן הוא ישתבח ר
לדור דורים ויתפאר בנו
לנצח נצחים יתהדר בנו
לעד ולעולמי עולמים:

הרחמן הוא יפרנסנו ש
בכבוד:

הרחמן הוא ישבור צ
עולינו מעל צוארנו והוא
יוליכנו קוממיות לארצנו:

Mise-

nigne, benefaciens omnibus: Fortiſſime Deus, qui ſingulis diebus benefecit, benefacit, (&) benefaciet nobis, Ipſe retribuit nobis, ipſe (eſt) retribuens, & ipſe retribuet nobis in æternum in beneficentiam, gratiam, miſericordiam, dilatationem, evaſionem, proſperitatem, benedictionem & ſalutem; in ſolatium, ſuſtentationem & alimentationem: Et miſericordia, vitis, pace, omnique bono, & ſingulis bonis egere non faciat nos.

Miſericors, ille regnabit ſuper nos in ſempiterna ſecula.

Miſericors, ille ſit benedictus in cœlis & in terra.

Miſericors, ille ſit celebratus in generationem & generationem, & glorificatus inter nos in ſeculorum ſecula, & decoratus inter nos in ſecula & ſeculorum ſecula.

Miſericors, ille paſcat nos in honore.

Miſericors, ille frangat jugum colli noſtri, & educat nos in altum, ad terram noſtram.

הרחמן הוא ישלח לנו
ברכה מרובה בבית הזה
ועל שלחן זה שאכלנו מעליו:

Misericors, ille copiosè mittat nobis benedictionem in domum hanc, & super mensam hanc, super qua comedimus.

הרחמן הוא ישלח לנו
את אליהו הנביא זכור
לטוב ויברך אותנו כל אחד
ואחד ממנו בשמו:

Misericors, ille mittat nobis Eliahu Prophetam, (bonæ memoriæ) & benedicat unicuique ex nobis in nomine suo.

הרחמן הוא יברך את
אבא מורי בעל הבית
הזה ואת אמי מורתי
בעלת הבית הזה הוא
אותם ואת ביתם או
ואת זרעם ואת כל
אשר להם כמו שנתברכו
אבותינו אברהם יצחק
ויעקב בכל מכל כל כן
יברך אותנו כולנו יחד בברכה שלמה ונאמר אמן:

Misericors, ille benedicat Domino, patri meo, Patrifamilias hujus domus, & Dominæ, Matri meæ, Matri-familias hujus domus, illis, & domui eorum, & semini eorum, & omnibus illorum (bonis.) Sicuti benedictionem consecuti sunt patres nostri Abraham, Itzchak, & Jahacob in omni, ex omni, & omni; sic benedicat omnibus nobis unà, benedictione perfecta; & dicemus Amen.

במרום ילמדו עליו
ועלינו זכות שתהא
למשמרת שלום ונשא
ברכה מעם יי וצדקה
מאלהי ישענו ונמצא חן
ושכל טוב בעיני אלהים
ואדם:

In excelsis docebunt super eum & super nos meritum, ut sit in custodiam pacis; & sumamus benedictionem à Domino, & justitiam â Deo salutis nostræ, & inveniamus benignitatem & intellectum bonum, in oculis Deiatque hominum.

Misc

Misericors, ille faciat hæreditare nos diem (istum,) qui totus bonus (est:)

הרחמן הוא ינחילנו ל
יום שכולו טוב:

Misericors, ille dignetur nos diebus uncti (Messiæ) & vitis venturi seculi:

הרחמן הוא יזכנו לימות
המשיח ולחיי העולם הבא:

Turris salutum Rex ejus; & faciens gratiam uncto suo, (Messiæ) Davidi & semini ejus usque in seculum:

מגדול ישועות מלכו
ועושה חסד למשיחו לדוד
ולזרעו עד עולם:

Faciens pacem in excelsis suis, ipse faciat pacem super nos & super omnem Israël; & dicite Amen.

עושה שלום במרומיו
הוא יעשה שלום עלינו
ועל כל ישראל ואמרו אמן:

Ad hæc accumbentes respondent Amen. Et subsequentes hos tres versus mussitantes pronunciant:

Timete Dominum sancti ejus, quoniam nullus defectus est timentibus eum:

יראו את יי קדושיו כי
אין מחסור ליראיו:

Abnegantes depauperati sunt & esurierunt, quærentes autem Dominum, non deficient omni bono:

כפירים רשו ורעבו
ודורשי יי לא יחסרו כל
טוב:

Laudate Dominum quoniam bonus (est,) quoniam in seculum misericordia ejus.

הודו ליי כי טוב כי
לעולם חסדו:

His dictis Pater-familias, calicem agitando, hanc benedictionem profatur:

Benedictus sis tu Domine, Deus noster, Rex seculi, creans fructum vitis.

בא"י אמ"ה בורא פרי
הגפן:

Digitized by Google

Et bibunt ſinguli tandem quartum, adeoque ultimum infunditur poculum, atque deſtinatus eſt certus quispiam qui fores ex inproviſo, & feſtinanter ac magno impetu patentiſſime pandit, ita ut præſentes, rei præſertim hujus ignari, admodum terreantur (id quod ipſe expertus ſum, etiamſi actui iſti antea aliquoties interfuerim.) Maximé verò liberi ipſorum attoniti redduntur, quibus, quid hoc ſignificet, interrogantibus, parentes respondent; Meſſiam in feſto Paſchatos venturum, & Jeroſolymas, aſino vectum, ingreſſurum. Quapropter & Veteres iſtam figuram huc poſuerunt, ubi fores aperiendæ ſunt, ut liberi interrogarent, quid illa ſibi velint? Porta Urbis picta Jeroſolymas repræſentat; aſino inſidens Meſſias eſt, Jeroſolymas ingrediens, ſicuti Scriptura dicit: Zachar. *cap.* 9. *verſ* 9. *Verum tu filia Zion, gaude valdè, & tu filia Jeruſalem jubila. Ecce Rex tuus venit tibi, pauper, juſtus & auxiliator, equitans ſuper aſinam & ſuper pullum aſinæ.* Meſſiam Elias cum tuba inſequitur, viam Domini præparaturus, ſicuti Scriptura dicit: *Malach. cap.* 3. *verſ.* 5. & 6. *Ecce ego mittens vobis Eliam Prophetam, antequam veniat dies Domini magnus & terribilis, & convertet cor patrum ad filios, & cor filiorum ad parentes eorum, ne forte veniam & percutiam terram anathemate.* Caſtellum in monte à tergo Eliæ, Emmaunta denotat. Figura hæc, ad exemplar vetuſtiſſimum, expreſſa & ſculpta eſt, quamvis ſubtilius potuiſſet formari. Adeòque mirum eſt Judæos etiamnum fateri, Meſſiam ad feſtum Paſchatos venturum, & Jeroſolymas aſino inſidentem, ingreſſurum; quodà Jeſu noſtro Nazareno factum ſcimus.



Apertis itaque foribus hos duos ſequentes verſus, uno ore & altiſſima voce exclamant:

Effunde furorem tuum ſuper gentes, quæ te non noverunt; & ſuper Regna, quæ nomen tuum non invocarunt: Quoniam comederunt Jahacobum, & habitacula ejus deſolarunt.

שפוך חמתך על הגויים
אשר לא ידעוך ועל מ
ממלכות אשר בשמך לא
קראו: כי אכל את יעקב
ואת נוהו השמו:

Ad hæc junctim voce altiori clamitantes, quaſi reſpondentes dicunt:

Effunde ſuper eos indignationem tuam, & furor iræ tuæ apprehendat eos; proſequaris in ira & eradices eos ſub cœlis, Domine.

שפוך עליהם זעמך וחרון
אפך ישיגם תרדוף באף
ותשמידם מתחת שמים יי׳:

Sequentes haſce preculas poſtea ſedatiores recitant & communi more abſolvunt.

Non nobis Domine, non nobis, ſed nomini tuo da gloriam: propter gratiam tuam, & veritatem tuam. Quare dicant inter gentes, ubi quæſo nunc Deus eorum? Et Deus noſter in cœlis, omnia, quæ voluit, fecit: ſimulachra eorũ aurum & argentũ, opera manuum hominum: os eſt illis & non loquuntur, oculi (ſunt) illis & non videbunt: aures (ſunt) illis & non audient, nares (ſunt) illis & non odorabunt: manus (ſunt) illis & non palpabunt; pedes (ſunt) illis & non ambulabunt, non meditabuntur in gutture ſuo: Sicuti illa, ſunt facientes ea, omnis confidens in eis: Iſraël fide in Domino, auxilium eorum, & clypeus eorum ipſe (eſt:) Domus Aharon confidite in Domino, auxilium eorum, &

לא לנו יי׳ לא לנו כי
לשמך תן כבוד: על מ
חסדך ועל אמתך למה
יאמרו בגוים איה נא
אלהיהם: ואלהינו בשמים
כל אשר חפץ עשה: ג
עצביהם כסף וזהב מעשה
ידי אדם: פה להם ולא
ידברו עינים להם ולא
יראו: אזנים להם ולא
ישמעו אף להם ולא יה
יריחון: ידיהם ולא יה
ימישון רגליהם ולא יה
יהלכו לא יהגו בגרונם
כמוהם יהיו עושיהם כל
אשר בוטח בהם: ישראל

cly-

clypeus eorum ipſe (eſt:) Timentes Dominum confidite in Domino, auxilium eorum, & clypeus eorum ipſe (eſt.)

בטח בי׳ עזרם ומגנם
הוא: בית אהרון בטחו
בי׳ עזרם ומגנם הוא:
יראי י׳ בטחו בי׳ עזרם ומגנם הוא:

DOMINUS memor fuit noſtri; benedicat; benedicat Domui Iſraël, benedicat Domui Aharon: benedicat Timentibus Dominum, puſillis cum magnis: adjiciat Dominus ſuper vos, ſuper vos & ſuper filios veſtros: benedicti vos Domino, facienti cœlos & terram: cœli cœlorum Domino, & terram dedit filiis hominum; non mortui laudabunt Jah, nec omnes deſcendentes in ſilentium: Et nos benedicemus Jah, ex nunc & usque in ſeculum, HalleluJah.

י׳ זכרנו יברך יברך את
בית ישראל יברך את
בית אהרן: יברך יראי י׳
הקטנים עם הגדולים:
יוסף י׳ עליכם עליכם
ועל בניכם: ברוכים
אתם לי׳ עושה שמים
וארץ: השמים שמים לי׳
והארץ נתן לבני אדם:
לא המתים יהללו יה
ולא כל יורדי דומה:
ואנחנו נברך יה מעתה ועד עולם הללויה:

Dilexi, quoniam exaudiet Dominus vocem meam, deprecationes meas: Quia inclinavit aurem ſuam mihi, & in diebus meis invocabo: Circumdederunt me funes mortis, & anguſtiæ foveæ invenerunt me: Anguſtiam & moleſtiam inveniam, & in nomine Domini invocabo: Quæſo Domine; erue animam meam: Gratioſus Dominus & juſtus, & Deus noſter clemens: Cuſtodiens ſimplices Dominus, attenuatus ſum & ſalvabit me: Revertere anima mea ad requiem tuam, quia Dominus retribuit ſuper te; Quia eripu-

אהבתי כי ישמע י׳ את
קולי תחנוני: כי הטה
אזנו לי ובימי אקרא: ג
אפפוני חבלי מות ומצרי
שאול מצאוני: צרה ויגון
אמצא ובשם י׳ אקרא:
אנא י׳ מלטה נפשי ז
חנון י׳ וצדיק ואלהינו ם
מרחם: שומר פתאים י׳
דלותי ולי יהושיע: שובי ז
נפשי למנוחיכי כי י׳ גמל
עליכי: כי הצלת נפשי ם

iſti

ifti animam meam à morte, oculum meum à lachrima, pedem meum ab impulsu: Ambulabo ad facies Domini in terris viventium: Credidi quia loquar, ego afflictus sum valde: Ego dixi in festinatione mea; omnis homo mendax:

ממות את עיני מדמעה
את רגלי מדחי: אתהלך
לפני יי בארצות החיים:
האמנתי כי אדבר אני
עניתי מאד: אני אמרתי
בחפזי כל אדם כוזב:

Quid retribuam Domino, omnibus retributionibus ejus super me? Calicem salutum elevabo & in nomine Domini invocabo: Vota mea Domino reddam, coram omni populo ejus: Pretiosa in oculis Domini mors piorum suorum: Obsecro Domine, quoniam ego servus tuus, ego servus tuus, filius ancillæ tuæ; solvisti vincula mea: Tibi sacrificabo sacrificium confessionis, & in nomine Domini invocabo: Vota mea Domino solvam, coram omni populo ejus. In atriis domus Domini, in medio tui Jerusalem: Hallelu-Jah.

מה אשיב ליי כל
תגמולוהי עלי: כוס ישועות
אשא ובשם יי אקרא:
נדרי ליי אשלם נגדה
נא לכל עמו: יקר בעיני
יי המותה לחסידיו אנא
יי כי אני עבדך אני
עבדך בן אמתך פתחת
למוסרי: לך אזבח זבח ת
תודה ובשם יי אקרא:
נדרי ליי אשלם נגדה
נא לכל עמו: בחצרות
בית יי בתוככי ירושלים הללויה:

Laudate Dominum omnes gentes, laudate eum omnes populi: Quoniam confirmata est super nos gratia ejus, & veritas Domini manet in æternum, Hallelu-Jah.

הללו את יי כל גוים
שבחוהו כל האמים: כי
גבר עלינו חסדו ואמת יי
לעולם הללויה:

Hos quatuor subsequentes versus Pater-familias singularis svaviſſimique modulaminis tractu præcinit, cui accumbentes eodem modo ad quemlibet versum ordine respondent:

Con-

Confitemini Domino, quoniam bonus, quoniam in feculum gratia ejus:

הודו ליי כי טוב: כי ׳

לעולם חסדו:

Dicat nunc Iſraël; Quoniam in feculum gratia ejus:

יאמר נא ישראל: כי

לעולם חסדו:

Dicat nunc domus Aharon; Quoniam in feculum gratia ejus

יאמרו נא בית אהרן

כי לעולם חסדו:

Dicant nunc timentes Dominum; Quoniam in feculum gratia ejus.

יאמרו נא יראי יי׳ כי

לעולם חסדו:

De anguſtia invocavi Jah, reſpondit mihi in latitudine Jah: Dominus mihi, non timebo, quid faciat mihi homo: Dominus mihi inter auxiliatores meos, & ego videbo in odio habentibus me: Bonum (eſt) confidere in Domino, præ ſperare in homine: Bonum (eſt) fidere in Domino, præ confidere in principibus: Omnes gentes circumdederunt me, in nomine Domini quoniam ſuccidam eas: Circumdederunt me; in nomine Domini quoniam ſuccidam eas: Circumdederunt me ſicut apes, extinctæ ſunt ſicut ignis ſpinarum; in nomine Domini quoniam ſuccidam eas: Impellendo impulisti me ad cadendum, & Dominus adjuvit me: Fortitudo mea & pſalmus meus Jah; & fuit mihi in ſalutem: Vox exultationis & ſalutis in tentoriis juſtorum: Dextra Domini faciens virtutem, dextra Domini excelſa, dextra Domini fa-

מן המצר קראתי יה

ענני במרחב יה: יי׳ לי

לא אירא מה יעשה

לי אדם: יי׳ לי בעזרי אנ

ואני אראה בשנאי: טוב

לחסות ביי׳ מבטוח באדם:

טוב לחסות ביי׳ מבטוח

בנדיבים: כל גוים סבבוני

סבבוני בשם יי׳ כי אמ

סבבוני בשם יי׳ כי אמ

אמילם: סבוני גם סבו

סבבוני בשם יי׳ כי אמ

אמילם: סבוני כדבורים

דועכו כאש קוצים בשם

יי׳ כי אמילם: דחה דחית

דחיתני לנפול ויי׳ עזרני:

עזי וזמרת יה ויהי לי

לישועה: קול רנה ות

וישועה באהלי צדיקים

ciens

ciens virtutem : Non moriar sed vivam, & narrabo opera Jah: Corripiendo corripuit me Jah, & morti non tradidit me: Aperite mihi portas justitiæ, ingrediar eas, confitebor Jah: Hæc porta Domini, justi ingredientur eam:

ימין יי׳ עושה חיל: ימין
יי׳ רוממה ימין יי׳ עושה
חיל: לא אמות כי אחיה
ואספר מעשה יה:
יסור יסרני יה ולמות
לא נתנני: פתחו לי שערי
צדק אבא בם אודה יה: זה השער ליי׳ צדיקים יבואו בו:

Hos quatuor versiculos absque modulamine repetunt; Ideoque initium horum repetii:

Confitebor tibi, quoniam exaudisti me, & fuisti mihi in salutem:
Confitebor tibi &c.

אודך כי עניתני ותהי
לי לישועה:
אודך כי וכו׳:

Lapidem reprobraverunt ædificantes, fuit in caput anguli.
Lapidem &c.

אבן מאסו הבונים
היתה לראש פנה:
אבן מאסו וכו׳:

A Domino fuit istud, id ipsum mirabile in oculis nostris.
A Domino &c.

מאת יי׳ היתה זאת
היא נפלאת בעינינו:
מאת יי׳ וכו׳:

Hunc diem fecit Dominus, exultemus & lætemur in eo:
Hunc diem &c.

זה היום עשה יי׳ נגילה
ונשמחה בו:
זה היום וכו׳:

Hæ quatuor lineæ similiter suavissimo modulaminis tractu à Patre-familias præcinuntur; cui quoque ab accumbentibus ad quemlibet ordine respondetur:

Quæso Domine salva nunc:
Quæso Domine salva nunc:
Quæso Domine prosperare fac nunc:
Quæso Domine prosperare fac nunc:

אנא יי׳ הושיעה נא
אנא יי׳ הושיעה נא
אנא יי׳ הצליחה נא
אנא יי׳ הצליחה נא

Hi

Hi quatuor verſiculi, itidem abſque modulatione repetuntur; Id oque, ut ſuprà, initium horum repetii:

Benedictus veniens in nomine Domini, benediximus vobis de domo Domini:
Benedictus &c.

ברוך הבא בשם יי׳:
ברכנוכם מבית יי׳:
ברוך הבא וכו׳:

Deus Dominus, & illuxit nobis, ligate agnum (feſtalem) implicationibus uſque ad cornua altaris:
Deus Dominus &c.

אל יי׳ ויאר לנו אסרו
חג בעבותים עד קרנות
המזבח:
אל יי׳ ויאר וכו׳:

Deus meus tu; & confitebor tibi, Deus meus, exaltabo te:
Deus meus tu &c.

אלי אתה ואודך אלהי
ארוממך:
אלי אתה וכו׳:

Confitemini Domino, quoniam bonus, quoniam in ſeculum gratia ejus.
Confitemini &c.

הודו ליי׳ כי טוב כי לעולם חסדו:
הודו וכו׳:

Laudent te, Domine, Deus noſter, ſuper omnia opera tua, & pii tui, juſti, facientes voluntatem tuam, & omnis populus tuus Domus Iſrael cum cantione confitebuntur, & benedicent, & celebrabunt, & decorabunt, & exaltabunt, & ſanctificabunt, & regnare facient nomen tuum, Rex noſter, quoniam tibi confiteri bonum, & nomini tuo decet pſallere, a ſeculo & uſque in ſeculum, tu Deus.

יהללוך יי׳ אלהינו על
כל מעשיך וחסידיך
צדיקים עושי רצונך וכל
עמך בית ישראל ברנה
יודו ויברכו וישבחו ויפארו
וירוממו ויעריצו ויקדישו
וימליכו את שמך מלכינו
כי לך טוב להודות
ולשמך נאה לזמר מעולם
ועד עולם אתה אל:

Confitemini Domino; quoniam bonus: quoniam in ſeculum gratia ejus.

הודו ליי׳ כי טוב:
כי לעולם חסדו:

Con

Confitemini Deo Deorum: quoniam in ſeculum gratia ejus.

Confitemini Domino Dominorum: quoniam in ſeculum gratia ejus.

Facienti mirabilia magna ſolus: quoniam in ſeculum gratia ejus.

Facienti cœlos in intellectu: quoniam in ſeculum gratia ejus.

Expandenti terram ſuper aquas: quoniam in ſeculum gratia ejus.

Facienti luminaria magna: quoniam in ſeculum gratia ejus.

Solem ad dominium in die: quoniam in ſeculum gratia ejus.

Lunam & ſtellas ad dominium in nocte; quoniam in ſeculum gratia ejus.

Percutienti Ægyptum cum primogenitis eorum: quoniam in ſeculum gratia ejus.

Et educenti Iſraël de medio eorum: quoniam in ſeculum gratia ejus.

In manu forti & in brachio extenſo: quoniam in ſeculum gratia ejus.

Scindenti mare algoſum in diviſiones: quoniam in ſeculum gratia ejus.

Et tranſire fecit Iſraël per medium ejus: quoniam in ſeculum gratia ejus.

Et excuſſit Paroh & virtutem ejus in mare algoſum: quoniam in ſeculum gratia ejus.

Deducenti populum ſuum in

הודו לאלהי האלהים:
כי לעולם חסדו:
הודו לאדוני האדונים
כי לעולם חסדו:
העושה נפלאות גדולות
לבדו: כי לעולם חסדו:
לעושה השמים בתבונה:
כי לעולם חסדו:
לרוקע הארץ על המים:
כי לעולם חסדו:
לעושה אורים גדולים:
כי לעולם חסדו:
את השמש לממשלת ביום:
כי לעולם חסדו:
את הירח וכוכבים לממשלת בלילה:
כי לעולם חסדו:
למכה מצרים בבכוריהם:
כי לעולם חסדו:
ויוצא ישראל מתוכם:
כי לעולם חסדו:
ביד חזקה ובזרוע נטויה:
כי לעולם חסדו:
לגוזר ים סוף לגזרים:
כי לעולם חסדו:
והעביר ישראל בתוכו:
כי לעולם חסדו:
וניער פרעה וחילו בים סוף:
כי לעולם חסדו:
למוליך עמו במדבר:

deſer-

כי לעולם חסדו:

deserto: quoniam in seculum gratia ejus.

למכה מלכים גדולים:

Percutienti Reges magnos: quoniam in seculum gratia ejus.

כי לעולם חסדו:

Et occidit Reges magnificos: quoniam in seculum gratia ejus.

ויהרג מלכים אדירים:

כי לעולם חסדו:

Sichon Regem Æmoreorum: quoniam in seculum gratia ejus.

לסיחון מלך האמורי:

כי לעולם חסדו:

Et Og Regem Basan: quoniam in seculum gratia ejus.

ולעוג מלך הבשן:

כי לעולם חסדו:

Et dedit terram eorum in hæreditatem: quoniam in seculum gratia ejus.

ונתן ארצם לנחלה:

כי לעולם חסדו:

Hæreditatem Israël, servo suo: quoniam in seculum gratia ejus.

נחלה לישראל עבדו:

כי לעולם חסדו:

Qui in humilitate nostrâ memor fuit nostri: quoniam in seculum gratia ejus.

שבשפלנו זכר לנו:

כי לעולם חסדו:

Et redemit nos ab angustiatoribus nostris: quoniam in seculum gratia ejus:

ויפרקנו מצרינו:

כי לעולם חסדו:

Dans panem omni carni: quoniam in seculum gratia ejus.

נותן לחם לכל בשר:

כי לעולם חסדו:

Confitemini Deo cœlorum: quoniam in seculum gratia ejus.

הודו לאל השמים:

כי לעולם חסדו:

Cantate justi in Domino, rectos decet collaudatio:

רננו צדיקים ביי׳
לישרים נאוה תהילה:

Anima omnis viventis benedicet nomini tuo, Domine, Deus noster, & spiritus omnis carnis glorificabit & exaltabit memoriam tuam, Rex noster, jugiter, a seculo & usque in seculum, tu es Deus: Et præter te non est nobis Rex,

נשמת כל חי תברך
את שמך יי׳ אלהינו ורוח
כל בשר תפאר ותרומם
זכרך מלכנו תמיד מן
העולם ועד העולם אתה

Redemptor & Salvator, Redimens & Eripiens, Pascens & Miserans in omni tempore angustiæ & tribulationis, Deus priorum & posteriorum; Deus omnium creaturarum, Deus omnium generationum; Laudatus omnibus celebrationibus. Gubernans seculum suum in misericordia: Et ecce Deus non dormitabit neque dormiet evigilare faciens dormientes, & excitans dormitantes, & loqui faciens mutos, & liberans incarceratos & fulciens cadentes, & erigens incurvatos, tibi soli nos confitentes: Si (enim) os nostrum plenum esset canticis, sicut mare, & lingua nostra canticis instar examinis fluctuum ejus, & labia nostra laudibus sicuti latitudines firmamenti, & oculi nostri sicuti sol & luna, & manus nostræ, expansæ sicuti aquilæ cœlorum, & pedes nostri leves sicuti cervi, non (sumus) nos sufficientes laudare te, Domine, Deus noster, & Deus patrum nostrorum, & benedicere nomini tuo pro unica è millies millies millies millibus & decem myriadibus bonitatum, quas fecisti cum patribus nostris & nobiscum: Ex Ægypto redemisti nos, Domine, Deus noster, & è domo servitutis liberasti nos, in fame cibasti nos, & a gladio eripuisti nos, & a peste liberasti nos, & à multis malis & fidelibus morbis extraxisti nos, hucusque auxilio fuerunt nobis miserationes tuæ & misericordiæ tuæ non dereliquerunt nos,

אל ומבלעדיך אין לנו ם
מלך גואל ומושיע פודה
ומציל ומפרנס ומרחם ס
בכל עת צרה וצוקה
אין לנו מלך אלא אתה
אלהי הראשונים ושאנו
והאחרונים אלה כל ם
בריות אדון כל תולדות
המהלל בכל התשבחות
המנהג עולמו בחסד ובו
ובריותיו ברחמים ויי הנה
לא ינום ולא ישן ושם
המעורר ישנים והמקיץ ם
נרדמים והמשיח אלמים
והמתיר אסורים וסומך
נופלים והזוקף כפופים
לך לבדך אנחנו מודים
ואלו פינו מלא שירה ם
ים ולשוננו רנה כהמון
גליו ושפתותינו שבח ם
כמרחבי רקיע ועינינו ם
כשמש וירח וידינו פרושות
כנשרי שמים ורגלנו קלות
כאילות אין אנו מספקים
להודות לך יי אלהינו
ואלהי אבותינו ולברך את
שמך על אחת מאלף אלף
אלפי אלפים רבי רבבות

Domi-

Domine, Deus noſter, & ne deſeras nos Domine, Deus noſter in æternum: Propterea membra quæ in nobis diviſiſti & ſpiritus atque anima, quam ſpiraſti in nares noſtras, & linguam, quam poſuiſti in ore noſtro; illa confitebuntur & benedicent & laudabunt, decorabunt, laudibus celebrabunt, & exaltabunt, ſanctificabunt, & regnare facient nomen tuum, Rex noſter: Quia omne os tibi confitebitur, & omnis lingua tibi jurabit, & omne genu ſe flectet tibi, & omnis erectio coram facie tua inclinabit ſe, & omnia corda timebunt te, & omne viſcus & renes pſallent nomini tuo juxta verbum, quod ſcriptum eſt; *Omnia oſſa mea dicent; Domine quis eſt ſicut tu? Eripiens pauperem à fortiori præ illo, pauperem & egenum à prædone ejus*; Quis ſimilis eſt tibi? aut quis æſtimabit te? Magne, Deus fortis & formidabilis, Deus ſumme, poſſidens cœlos & terram; laudabimus te & celebrabimus & decorabimus & benedicemus nomini ſanctitatis tuæ, juxta dictum Davidis: *Benedic anima mea Domino, & omnia viſcera mea nomini ſanctitatis ejus.*

פעמים השובות שעשית
עם אבותינו ועמנו ממצרים
גאלתנו יי אלהינו ומבית
עבדים פדיתנו ברעב זנתנו
ובשבע כלכלתנו מחרב
הצלתנו ומדבר מלטתנו ומ
ומחלים רעים ונאמנים
דליתנו עד הנה עזרונו ל
רחמיך ולא עזבונו חסדיך
יי אלהינו ואל תטשנו יי
אלהינו לנצח על כן אברים
שפלגת בנו ורוח ונשמה
שנפחת באפינו ולשון אשר
שמת בפינו הן הם יודו
ויברכו וישבחו ויפארו ל
ורוממו ויעריצו ויקדישו
וימליכו את שמך מלכנו
כי כל פה לך יודה וכל
לשון לך תשבע וכל ברך
לך תכרע וכל קומה לפניך
תשתחוה וכל הלבבות
יזמרו לשמך כדבר שכתוב
כל עצמותי תאמרנה יי
מי כמוך מציל עני מחזק ממנו ועני ואביון מגזלו מי
ידמה לך ומי ישוה לך ומי יערך לך האל הגדול
הגבור והנורא אל עליון קונה שמים וארץ ל

Deus

נהללך ונשבחך ונפארך ונברך את שם קדשך כאמ
כאמור לדוד ברכי נפשי את יי וכל קרבי את שם
קדשו:

Deus fortis in viribus fortitudinis tuæ; magnus in gloria nominis tui, fortis in æternum; & formidandus in formidabilitatibus tuis: Rex ſedens in ſolio excelſo & elevato, habitator æternitatis, excelſum & ſanctum nomen ejus; & ſcriptum eſt: *Cantate juſti in Domino, rectos decet collaudatio.*

האל בתעצמות עזך
הגדול בכבוד שמך
הגבור לנצח והנורא
בנוראותיך המלך היושב
על כסא רם ונשא
שוכן עד מרום וקדוש
שמו וכתוב רננו צדיקים ביי לישרים נאוה
תהלה:

In ore' juſtorum laudaberis, & in ſermonibus juſtorum benediceris, & in lingua piorum exaltaberis, & in medio ſanctorum ſanctificaberis, & in congregatione myriadum populi tui domus Iſraelis cum cantione decorabitur nomen tuum, Rex noſter in omni generatione & generatione, quod ita debitum omnium creatorum eſt, coram te Domine, Deus noſter, & Deus patrum noſtrorum confiteri, laudare, celebrare, glorificare, exaltare, decorare, benedicere, extollere, & glorioſum proclamare, ſuper omnia verba cantionum & celebrationum David, filii Iſai, ſervi tui, uncti tui:

בפי ישרים תתהלל
ובדברי צדיקים תתברך
ובלשון חסידים תתרומם
ובקרב קדושים תתקדש
ובמקהלות רבבות עמך
בית ישראל ברנה יתפאר
שמך מלכנו בכל
דור ודור שכן חובת כל
היצורים לפניך יי אלהינו
ואלהי אבותינו להודות
להלל לשבח לפאר לרומם
להדר לברך לעלה ולקלס
על כל דברי שירות
ותשבחות דוד בן ישי עבדך משיחך:

Celebretur nomen tuum in æternum Rex noſter, Deus fortis, Rex magne & ſancte

ישתבח שמך לעד מלכנו
האל המלך הגדול והקדוש
in cœ-

in cœlis & in terra; quoniam te decet, Domine, Deus noster, & Deus patrum nostrorum canticum & celebratio, laus & psalmus, robur & imperium, triumphus, magnificentia & fortitudo, laus & pulchritudo, sanctitas & regnum, benedictiones & confessiones ex nunc & usque in seculum: Benedictus sis tu, Domine, Deus fortis, Rex magne in celebrationibus, Deus confessionum, Domine mirabilium, eligens in canticis celebrationum; Rex, Deus vivens in secula.

בשמים ובארץ כי לך
נאה יי׳ אלהינו ואלהי אבותינו שיר ושבחה הלל
וזמרה עוז וממשלה נצח
גדולה וגבורה תהלה
ותפארת קדשה ומלכות
ברכות והודאות מעתה
ועד עולם: ברוך אתה
יי׳ אל מלך גדול בשבחות אל ההודאות
אדון הנפלאות הבוחר
בשירי זמרה מלך אל חי העולמים:

ויהי בחצי הלילה

ואז רוב נסים הפלאת ב לילה
בראש אשמורת זו ה לילה
גר צדק נחצת בנחלק לו לילה

ויהי בחצי הלילה

דנת מלך גרר בחלום ה לילה
הפחדת ארמי באמש לילה
וישראל ישר לאל ויוכל לו לילה

ויהי בחצי הלילה

זרע בכורי פתרוס מחצת בחצי ה לילה

הילם לא מצאו בקומם ב לילה

סיסרא נגיד חרושת סלית ככוכבי לילה

ויהי בחצי הלילה

יעץ מחרף לנופף אווי חבשת פנריו ב לילה

כרע בל ומצבו כאישון לילה

לאיש חמודות נגלה רז חזות לילה

ויהי בחצי הלילה

משתבר בכלי קודש נהרוג בו ב לילה

נושע סבור אריות עותר בעתותי לילה

שנאה נטר אגגי וכתב ספרים ג לילה

ויהי בחצי הלילה

עוררת נצחך עליו בנדת שנת לילה

פורה תדרוך לשומר מה ד לילה

צרה כשומר ושח אתא בוקר וגם לילה

ויהי

ויהי בחצי הלילה

קרב יום אשר הוא יום ולא לילה

רם הופע כי לך יום אף לך לילה

שומרים הפקד לעירך כל היום וכל ה לילה

קעיר שאון יום חשכת לילה

ויהי בחצי הלילה

Et fuit in media nocte.

TUnc multitudinem ſignorum mirificaſti noctu;
In capite (principio) cuſtodiæ illius noctis.
Peregrinum juſtitiæ (Abrahamum *Gen.* 14: 15.) vincere feciſti,
dum divideret ſibi noctem.

Et fuit in media nocte.

Judicaſti regem Gerar (Abimelech *Gen.* 20: 6.) in ſomnio noctis.
Pavere feciſti Aramæum (Laban *Gen.* 31: 24.) in heſternæ nocte.
Et Iſrael luctatus eſt cum Deo, (*Gen.* 32: 24.) & prævaluit illi noctu.

Et fuit in media nocte.

Semen primogenitorum (*Exod.* 12: 29.) Ægypti vulneraſti media nocte,
Vires ſuas non invenerunt, dum ſurgerent illi noctu.
Siſra, Principem Charuſcheth (*Jud.* 5: 20.) proſtraſti ſtellis noctis.

Con-

Et fuit in media nocte.

Conſuluit blaſphemus (Senacherib *Eſai.* 37: 36.) ad elevandum
manus ſupra deſiderabilem (civitatem Jeruſalem) pude-
fieri feciſti cadavera ejus noctu,
Subjectum feciſti eum & exercitum ejus tenebris noctis,
Vivo deſideriorum (Danieli, *Dan.* 7: 2.) revelatum eſt myſte-
rium viſionis noctis.

Et fuit in media nocte.

Inebrians ſe vaſis ſanctitatis (Balthaſarus; *Dan.* 5: 30.) occiſus
eſt noctu.
Salvatus eſt è fovea leonum (Daniel, *Dan.* 6: 23.) interpres
temporibus noctis.
Odium ſervavit Agagæus & ſcripſit literas noctu.

Et fuit in media nocte.

Excitaſti victoriam tuam ſuper eum in agitatione ſommi (*Eſt.* 6: 1.)
noctu.
Torcular calcabis cuſtodis quærentis, quæ ſit hora noctis.
Clamantis cuſtodis inſtar & dicentis: (*Eſai.* 21: 11. 12.) venit-
ne mane redemptionis & tranſiit hujus captivitatis nox?

Et fuit in media nocte.

Accedere fac diem, qui nec dies eſt nec nox.
Excelſe notum fac quod tuus ſit dies (*Pſal.* 74: 16.) & tua ſit
nox.
Cuſtodes conſtitue Civitati tuæ tota die & nocte.
Illuminabis ſicuti lucem diei (*Pſal.* 18: 29.) tenebras noctis.
Et fuit in media nocte.

ואמרתם

ואמרתם זבח פסח

אומץ גבורתיך הפלאת ב פסח:
בראש כל מועדות נשאת פסח:
נלית לאוהבי חצות ליל פסח:

ואמרתם זבח פסח:

דלתיו דפקת כחום היום ב פסח:
הסעיד נוצצים עגות מצות ב פסח:
ואל הבקר רץ זכר לשור ערך פסח:

ואמרתם זבח פסח:

זועמו סרומים ולוהטו באש פסח:
חלץ לוט מהם ומצות אפה בקץ פסח:
טאטת אדמת טוף ונוף בעברך ב פסח:

ואמרתם זבח פסח:

יה ראש כל און מחצת בליל שמור פסח:
כביר על בן בכור פסחת ברם פסח:
לבלתי תת משחית לבא בפתחי ב פסח:

ואמרתם זבח פסח:

מסגרת סגרה בעותי פסח:
נשמדה מרן בצליל שעורי עומר פסח:
שורפו משמני פול ולוד ביקד יקוד פסח:

ואמרתם

ואמרתם זבח פסח:

עוד היום בנוב לעמוד עד נערת עונת פסח:

פסוד כתבת לקעקע צול ב פסח:

צפרת הצפירת ערוך השלחן ב פסח:

ואמרתם זבח פסח:

קהל בנסה הדסת צום לשלש ב פסח:

ראש מבית רשע מחצת בעץ חמישים ב פסח:

שתי אלת רגע תביא לעוצית ב פסח:

תעוז ידך ותרום ימינך כליל התקדש חג פסח:

Et dicetis ſacrificium Paſchatos.
Robur fortitudinis tuæ mirificaſti in Paſchate.
In verticem omnium feſtivitatum extuliſti Paſcha.
Apparuiſti indigenæ (*Gen.* 15: 13. 14.) circa mediam noctem Paſchatos.

Et dicetis ſacrificium Paſchatos.
Oſtium ejus pulſaſti dum incaleſceret dies Paſchatos.
Convivium fecit ſcintillantibus (*Gen.* 18: 8.) placentis azymis in Paſchate.
Et ad bovile cucurrit (*Gen.* 18: 7.) memoriam bovis repræſentantis Paſcha.

Et dicetis ſacrificium Paſchatos.
Abominabiles fuerunt Sodomitæ Deo (*Gen.* 19: 24. 25.) & combuſti ſunt igne in Paſchate.
Extraxit Lothum (*Gen.* 19: 3. 16.) ex eis & azymos coxit in fine Paſchatos.

Evertisti terram Muph & Nubh (terram nempe Memphis ; Metropolim Ægypti *Exod.* 12: 29.) in transire tuo in Paschate.

Et dicetis sacrificium Paschatos.

Deus caput omnis vis (omnium primogenitorum , sicuti dicitur *Gen.* 49: 3.) vulnerasti in nocte custodiæ Paschatos.

Validissime super primogenitum tuum transiliisti (*Exod.* 12: 13.) in sanguine Paschatos.

Nequaquam dare perdenti (*Exod.* 12: 13.) intrare januas meas in Paschate.

Et dicetis sacrificium Paschatos.

Claudendo clausa erat (Jericho , *Jos.* 6: 1.) in temporibus Paschatos.

Disperdita est Madian in coquendo hordea Omer Paschatos.

Cremati sunt principes Pul & Lud flammantibus titionibus tempore Paschatos.

Et dicetis sacrificium Paschatos.

Adhuc hodie in Muph standum erat Senacheribo usque appropinquaret tempus Paschatos.

Frustum manus scripsit stigmatizando eradicare Babel in Paschate.

(Balthasar præceperat) Candelabrum erigere mensamque parare in festo Paschatos.

Et dicetis sacrificium Paschatos.

Cœtum congregavit Hadasah ad triplicandum jejunium in Paschate.

Caput de domo impii vulnerasti in ligno quinquaginta cubitorum in Paschate.

Duo ista momenta adduces super UZ in Paschate.

Fortificetur manus tua & exaltetur dextra tua sicuti noctu sanctificari festum Paschatos.

Hæc Cantio secundum subjectam Melodiam canitur.



Kylo Naeh Kylo Jaeh Adir Bamlucha



ba- chur kahalacha gedudaf Jome- ru lo,



lecha V- lecha lecha Ky- lecha



lecha af lecha lecha Adonay hamamlacha.

Quo;

Digitized by Google

כי לו נאה כי לו יאה
אדיר במלוכה בחור שׂם
כהלכה גדודיו יאמרו לו
לך ולך לך כי לך לך אף
לך לך יי׳ הממלכה׃

Quoniam ipsi decorum (est,) quoniam ipsum decet, magnificum (esse) in regno, electum jure meritissimo; turmæ ejus dicent ipsi, tibi & tibi, tibi quoniam tibi, tibi etiam tibi: tibi Domine competit Regnum.

כי לו נאה כי לו יאה
דגול במלוכה הדור ס
כהלכה ותיקיו יאמרו לו
לך ולך לך כי לך לך אף
לך לך יי׳ הממלכה׃

Quoniam ipsi decorum (est,) quoniam ipsum decet vexillatum (castrorum acie ornatum) esse in regno, glorioſum jure meritissimo, fortes ejus dicent ipsi, tibi & tibi, tibi quoniam tibi; tibi etiam tibi, tibi Domine competit Regnum.

כי לו נאה כי לו יאה
זכאי במלוכה חסין שם
כהלכה טפסריו יאמרו לו
לך ולך לך כי לך לך אף
לך לך יי׳ הממלכה׃

Quoniam ipsi decorum (est,) quoniam ipsum decet, castum (esse) in regno, validum jure meritissimo; principatus ejus dicent ipsi, tibi & tibi, tibi quoniam tibi, tibi etiam tibi, tibi Domine competit Regnum.

כי לו נאה כי לו יאה
יחיד במלוכה כביר שם
כהלכה למודיו יאמרו לו
לך ולך לך כי לך לך אף
לך לך יי׳ הממלכה׃

Quoniam ipsi decorum (est,) quoniam ipsum decet, summè unum (esse) in regno, magnificum jure meritissimo, discentes ejus dicent ipsi, tibi & tibi, tibi quoniam tibi, tibi etiam tibi, tibi Domine competit Regnum.

כי לו נאה כי לו יאה
מלך במלוכה נורא שם
כהלכה סביביו יאמרו לו
לך ולך לך כי לך לך אף
לך לך יי׳ הממלכה׃

Quoniam ipsi decorum (est,) quoniam ipsum decet Regem (esse) in regno, formidandum jure meritissimo; circum circa ipsum (qui sunt) dicent ipsi, tibi & tibi, tibi quoniam tibi, tibi etiam tibi, tibi Domine competit Regnum.

Quoniam ipsi decorum (est,) quoniam ipsum decet mansuetum (esse) in regno, redemptorem jure meritissimo, exercitus ejus dicent ipsi, tibi & tibi, tibi quoniam tibi, tibi etiam tibi, tibi Domine competit Regnum.

כי לו נאה כי לו יאה
עניו במלוכה פודה צ"ע
כהלכה צבאיו יאמרו לו
לך ולך לך כי לך לך אף
לך לך יי' הממלכה:

Quoniam ipsi decorum (est,) quoniam ipsum decet, sanctum (esse) in regno, misericordem jure meritissimo, Angeli ejus dicent ipsi, tibi & tibi, tibi quoniam tibi, tibi etiam tibi, tibi Domine competit Regnum.

כי לו נאה כי לו יאה
קדוש במלוכה רחום צ"ע
כהלכה שנאניו יאמרו לו
לך ולך לך כי לך לך אף
לך לך יי' הממלכה:

Quoniam ipsi decorum (est,) quoniam ipsum decet, potentem (esse) in regno, sublevantem jure meritissimo, perfecti ejus dicent ipsi, tibi & tibi, tibi quoniam tibi, tibi etiam tibi, tibi Domine competit Regnum.

כי לו נאה כי לו יאה
תקיף במלוכה תומך צ"ע
כהלכה תמימיו יאמרו לו
לך ולך לך כי לך לך אף
לך לך יי' הממלכה:

Hic omnes altissimâ voce clamant:

Anno futuro in Jerusalem. לשנה הבאה בירושלים:

Posthæc Pater-familias singulari modulamine calici benedicit:

Benedictus (sis) tu Domine, Deus noster, Rex seculi, creans fructum vitis. בא"י אמ"ה יי' בורא פרי הגפן:

Facta benedictione, quilibet ex suo poculo bibit, porroque hæc pronunciat:

בא׳ אמ׳ר על הגפן ו
ועל פרי הגפן ועל ואט
הארץ חמרת טובה ולל
ורחבת שרצית והנחלת
לאבותינו לאכול מפריה׳
ולשבוע מטובה רחם י׳
אלהינו עלינו ועל ישראל
עמך ועל ירושלים עירך
ועל מקדשך ועל מזבחך
ובנה ירושלים עיר חט
הקדש במהרה בימינו שו
והעלינו לתוכה ושמחנו ס
בבניינה והכינו לטוכה ס
ביום חג המצות הזה כי אתה י׳ טוב ומטיב
לכל ונודה לך על הארץ ועל הגפן: בא׳ על הגפן
ועל פרי הגפן:

Benedictus (sis) tu, Domine, Deus noster, Rex seculi, super vite, & super fructu vitis, & super terra desiderabili, bona & lata, quòd voluisti & hæreditare fecisti parentes nostros ad comedendum de fructu ejus: & ad saturandum de bonitate ejus: miserere, Domine, Deus noster, nostri, & Israël populi tui, & Hierusalem civitatis tuæ, & Sanctuarii tui, & Altaris tui: & ædifica Hierusalem civitatem sanctitatis tuæ citò in diebus nostris, & ascendere fac nos in medium ejus, & lætifica nos in ædificatione ejus, & recordare nostri in bono in die festi azymorum hoc: quoniam, tu, Domine, bonus es & benefaciens omnibus, & confitebimur tibi super terra & super vite: Benedictus (sis) tu, Domine, super vite, & super fructu vitis.

His dictis quilibet poculum suum in mensam reponit: deinde sequentia hæc duo canunt cantica:

אחד מי יודע אחד אני
יודע אחד אלהינו שבשמים
ובארץ:

Unum (est &) quis scit? unum (illud) ego scio, unus (est) Deus noster, qui in cœlis & in terra:

שנים מי יודע שנים
אני יודע שני לוחות חט
הברית אחד אלהינו שבשמים ובארץ:

Duo (sunt) & quis scit? duo illa ego scio, duæ sunt tabulæ fœderis, unus (est) Deus noster, qui in cœlis & in terra.

Tria

שלשה מי יודע שלשה
אני יודע שלשה אבות
שני לוחות הברית אחד
אלהינו שבשמים ובארץ:

Tria (ſunt &) quis ſcit? tria (illa) ego ſcio, tres Patriarchæ, duæ tabulæ fœderis, unus (eſt) Deus noſter, qui in cœlis & in terra:

ארבע מי יודע ארבע
אני יודע ארבע אמהות
שלשה אבות שני לוחות
הברית אחד אלהינו שבשמים ובארץ:

Quatuor ſunt & quis ſcit? quatuor (illa) ego ſcio, quatuor Matriarchæ, tres Patriarchæ, duæ tabulæ fœderis, unus (eſt) Deus noſter, qui in cœlis & in terra.

חמשה מי יודע חמשה
חמשה אני יודע חמשה
חומשי תורה ארבע אמהות
שלשה אבות שני לוחות
הברית אחד אלהינו שבשמים ובארץ:

Quinque (ſunt &) quis ſcit? quinque (illa) ego ſcio, quinque quintuplicati libri legis, quatuor Matriarchæ, tres Patriachæ, duæ tabulæ fœderis, unus (eſt) Deus noſter, qui in cœlis & in terra.

ששה מי יודע ששה
אני יודע ששה סדרי משנה
חמשה חומשי תורה
ארבע אמהות שלשה
אבות שני לוחות הברית
אחד אלהינו שבשמים ובארץ:

Sex (ſunt &) quis ſcit; Sex (illa) ego ſcio, ſex ordines (partes) Miſchnæ, (ſtudii Talmudici) quinque quintuplicati libri legis, quatuor Matriarchæ, tres Patriarchæ, duæ tabulæ fœderis, unus (eſt) Deus noſter, qui in cœlis & in terra.

שבעה מי יודע שבעה
אני יודע שבעה ימי

Septem (ſunt &) quis ſcit? ſeptem (illa) ego ſcio, ſeptem dies Sabbathi, ſex ordines Miſchnæ:

שבתא ששרי סדרי משנה
משנה חמשה חומשי תורה
תורה ארבע אמהות
שלשה אבות שני לוחות הברית אחד אלהינו
שבשמים ובארץ׃

Miſchnæ, quinque quintuplicati libri legis, quatuor Matriarchæ, tres Patriarchæ, duæ tabulæ fœderis, unus (eſt) Deus noſter, qui in cœlis & in terra.

שמנה מי יודע שמנה
אני יודע שמנה ימי מילה
המילה שבעה ימי שבתא
ששה סדרי משנה משנה
חמשה חומשי תורה תורה
ארבע אמהות שלשה אבות שני לוחות הברית
אחד אלהינו שבשמים ובארץ׃

Octo (ſunt &) quis ſcit? octo (illa) ego ſcio; octo (ſunt) dies circumciſionis, ſeptem dies Sabbathi, ſex ordines Miſchnæ, quinque quintuplicati libri legis, quatuor Matriarchæ, tres Patriarchæ, duæ tabulæ fœderis, unus (eſt) Deus noſter, qui in cœlis & in terra.

תשעה מי יודע תשעה
אני יודע תשעה ירחי לידה
לידה שמנה ימי המילה
שבעה ימי שבתא ששה
סדרי משנה חמשה
חומשי תורה ארבע אמהות שלשה אבות שני לוחות
הברית אחד אלהינו שבשמים ובארץ׃

Novem (ſunt &) quis ſcit? novem (illa) ego ſcio; novem (ſunt) menſes partus, octo dies circumciſionis, ſeptem dies Sabbathi, ſex ordines Miſchnæ, quinque quintuplicati libri legis, quatuor Matriarchæ, tres Patriarchæ, duæ tabulæ fœderis, unus (eſt) Deus noſter, qui in cœlis & in terra.

§8.

עשרה מי יודע עשרה

Decem (ſunt &) quis ſcit? decem (illa) ego ſcio; decem ſunt præcepta, novem menſes partus, octo dies circumciſionis, ſeptem dies Sabbathi, ſex ordines Miſchnæ, quinque quintuplicati libri legis, quatuor Matriarchæ, tres Patriarchæ, duæ tabulæ fœderis, unus (eſt) Deus noſter, qui in cœlis & in terra.

אני יודע עשרה דבריא

תשעה ירחי לידה שמנה

ימי המילה שבעה ימי ת

שבתא ששה סדרי משנה

חמשה חומשי תורה ארבע אמהות שלשה אבות שני לוחות הברית

אחד אלהינו שבשמים ובארץ:

אחד עשר מי יודע אחד

Undecim (ſunt &) quis ſcit? undecim (illa) ego ſcio; undecim ſunt ſtellæ [in ſomnio Joſephi,] decem præcepta, novem menſes partus, octo dies circumciſionis, ſeptem dies Sabbathi, ſex ordines Miſchnæ, quinque quintuplicati libri legis, quatuor Matriarchæ, tres Patriarchæ, duæ tabulæ fœderis, unus [eſt] Deus noſter, qui in cœlis & in terra.

עשר אני יודע אחד עשר

כוכביא עשרה דבריא

תשעה ירחי לידה שמנה

ימי המילה שבעה ימי ת

שבתא ששה סדרי משנה

חמשה חומשי תורה ארבע אמהות שלשה אבות שני

לוחות הברית אחד אלהינו שבשמים ובארץ:

שנים עשר מי יודע

Duodecim [ſunt &] quis ſcit? duodecim (illa) ego ſcio; duodecim [ſunt] tribus, undecim ſtellæ [in ſomnio Joſephi,] decem præcepta, novem menſes partus, octo dies circumciſionis, ſeptem dies Sabbathi,

שנים עשר אני יודע ת

שנים עשר שבטיא אחד

עשר כוכביא עשרה ת

Digitized by Google

דבריא תשעה ירחי לידה
שמנה ימי המילה שבעה
ימי שבתא ששה סדרי
משנה חמשה חומשי תורה ארבע אמהות שלשה
אבות שני לוחות הברית אחד אלהינו שבשמים
ובארץ:

bathi, ſex ordines Miſchnæ, quinque quintuplicati libri legis, quatuor Matriarchæ, tres Patriarchæ, duæ tabulæ fœderis, unus [eſt] Deus noſter, qui in cœlis & in terra.

שלשה עשר מי יודע
שלשה עשר אני יודע מ
שלשה עשר מדות שניהם
עשר שבטיא אחד עשר
כוכביא עשרה דבריא
תשעה ירחי לידה שמנה
ימי המילה שבעה ימי
שבתא ששה סדרי משנה חמשה חומשי תורה
ארבע אמהות שלשה אבות שני לוחות הברית
אחד אלהינו שבשמים ובארץ:

Tredecim [ſunt &] quis ſcit? tredecim illa ego ſcio; tredecim [ſunt] proprietates, duodecim tribus, undecim ſtellæ [in ſomnio Joſephi,] decem præcepta, novem menſes partus, octo dies circumciſionis, ſeptem dies Sabbathi, ſex ordines Miſchnæ, quinque quintuplicati libri legis, quatuor Matriarchæ, tres Patriarchæ, duæ tabulæ fœderis, unus [eſt] Deus noſter, qui in cœlis & in terra.

חד גדיא חד גדיא ג
דזבין אבא בתרי זוזי חד
גדיא חד גדיא:

Unum hœdulum, unum hœdulum, quem emit pater duobus ſolidis, unum hœdulum, unum hœdulum.

60.

Et venit catus, & comedit hœdulum, quem emerat pater duobus ſolidis, unum hœdulum, unum hœdulum.

ואתא שונרא ואכלת
לגדיא דזבין אבא בתרי
זוזי חד גדיא חד גדיא:

Et venit canis & momordit catum, qui comederat hœdulum, quem emerat pater duobus ſolidis, unum hœdulum, unum hœdulum.

ואתא כלבא ונשך ית
לשונרא דאכלה לגדיא
דזבין אבא בתרי זוזי חד
גדיא חד גדיא:

Et venit baculus & percuſſit canem, qui momorderat catum, qui comederat hœdulum, quem emerat pater duobus ſolidis, unum hœdulum, unum hœdulum.

ואתא חוטרא והכרי
לכלבא דנשך לשונרא
דאכלת לגדיא דזבין
אבא בתרי זוזי חד גדיא חד גדיא:

Et venit ignis, & combuſſit baculum, qui percuſſerat canem, qui momorderat catum, qui comederat hœdulum, quem emerat pater duobus ſolidis, unum hœdulum, unum hœdulum.

ואתא נורא ושרף ית
לחוטרא דהכה לכלבא
דנשך לשונרא דאכלה
לגדיא דזבין אבא בתרי
זוזי חד גדיא חד גדיא:

Et venerunt aquæ & extinxerunt ignem, qui combuſſerat baculum, qui percuſſerat canem, qui momorderat catum, qui comederat hœdulum, quem emerat pater duobus ſolidis,

ואתא מיא וכבה ית
לנורא דשרף לחוטרא
דהכה לכלבא דנשך ית
לשונרא

unum hœdulum, unum hœdulum.

לשונרא דאכלת לנריא
דזבין אבא בתרי זוזי חד גדיא חד גדיא:

Et venit bos, & ebibit aquas, quæ extinxerant ignem, qui combuſſerat baculum, qui percuſſerat canem, qui momorderat catum, qui comederat hœdulum, quem emerat pater duobus ſolidis, unum hœdulum, unum hœdulum.

ואתא תורא ושתא למיא
דכבה לנורא דשרף שוגא
דהוטרא דהכה לכלבא
דנשך לשונרא דאכלת
לגדיא דזבין אבא בתרי זוזי חד גדיא חד גדיא:

Et venit lanius, & mactavit bovem, qui ebiberat aquas, quæ extinxerant ignem, qui combuſſerat baculum, qui percuſſerat canem, qui momorderat catum, qui comederat hœdulum, quem emerat pater duobus ſolidis, unum hœdulum, unum hœdulum.

ואתא השוחט ושחט
לתורא דשתא למיא דכבה
לנורא דשרף ולחוטרא
דהכה לכלבא דנשך
לשונרא דאכלת לגדיא
דזבין אבא בתרי זוזי חד גדיא חד גדיא:

Et venit Angelus mortis, & mactavit lanium, qui mactaverat bovem, qui ebiberat aquas, quæ extinxerant ignem, qui combuſſerat baculum, qui percuſſerat canem, qui momorderat catum, qui comederat hœdulum, quem emerat pater duobus ſolidis, unum hœdulum.

ואתא מלאך המות שמו
ושחט לשוחט דשחט
לתורא דשתא למיא
דכבה לנורא דשרף
לחוטרא דהכה לכלבא
דנשך לשונרא דאכלת לגדיא
דזבין אבא בתרי זוזי
חד גדיא חד גדיא:

ואתא הקב"ה ושחט
למלאך המות דשחט
לשוחט דשחט לתורא
דשתא למיא דכבה
לנורא דשרף לחוטרא
דהכה לכלבא דנשך
לשונרא דאכלה לגדיא דזבין אבא בתרי זוזי חד גדיא
חד גדיא:

Et venit Deus ſanctus, benedictus (ſit) ille, & mactavit Angelum mortis, qui mactaverat lanium, qui mactaverat bovem, qui ebiberat aquas, quæ extinxerant ignem, qui combuſſerat baculum, qui percuſſerat canem, qui momorderat catum, qui comederat hœdulum, quem emerat pater duobus ſolidis, unum hœdulum, unum hœdulum.

Cantio hæc ſecundis feriis Paſchalibus, loco ejus, quæ à capite, Ky lo Naeh, Ky lo Jaeh, incipit, canitur:



Adir hu if ne beto be-ka-rub bim hero bejo menu bekaruf



El bene bene bene be-ne bet cha be ka- ruf.

Ma-

אדיר הוא יבנה ביתו
בקרוב במהרה בימינו
בקרוב אל בנה בנה
בנה בנה ביתך בקרוב:

Magnificus (qui eſt) ille ædificabit domum ſuam brevi, cito in diebus noſtris ocyus; (Ah) ædifica, ædifica, ædifica domum tuam brevi.

בחור הוא יבנה ביתו
בקרוב במהרה בימינו
בקרוב אל בנה בנה
בנה בנה ביתך בקרוב:

Electus (qui eſt) ille ædificabit domum ſuam brevi, cito in diebus noſtris ocyus; (Ah) ædifica, ædifica, ædifica, ædifica domum tuam brevi.

גדול הוא יבנה ביתו
בקרוב במהרה בימינו
בקרוב אל בנה בנה
בנה בנה ביתך בקרוב:

Magnus (qui eſt) ille ædificabit domum ſuam brevi, citò in diebus noſtris ocyus; (Ah) ædifica, ædifica, ædifica, ædifica domum tuam brevi.

דגול הוא יבנה ביתו
בקרוב במהרה בימינו
בקרוב אל בנה בנה
בנה בנה ביתך בקרוב:

Vexillatus (id eſt caſtrorum acie ornatus qui eſt) ille ædificabit domum ſuam brevi, citò in diebus noſtris ocyus; [Ah] ædifica, ædifica, ædifica, ædifica domum tuam brevi.

הדור הוא יבנה ביתו
בקרוב במהרה בימינו

Glorioſus [qui eſt] ille ædificabit domum ſuam brevi, citò in diebus noſtris ocyus; [Ah]

Digitized by Google

בקרוב אל בנה בנה
בנה בנה ביתך בקרוב:

[Ah] ædifica, ædifica, ædifica, ædifica domum tuam brevi.

ותיק הוא יבנה ביתו
בקרוב במהרה בימינו
בקרוב אל בנה בנה
בנה בנה ביתך בקרוב:

Pientiſſimus [qui eſt] ille ædificabit domum ſuam brevi, citò in diebus noſtris ocyus; [Ah] ædifica, ædifica, ædifica, ædifica domum tuam brevi.

זך הוא יבנה ביתו בד
בקרוב במהרה בימינו
בקרוב אל בנה בנה
בנה בנה ביתך בקרוב:

Purus [qui eſt] ille ædificabit domum ſuam brevi, citò in diebus noſtris ocyus; [Ah] ædifica, ædifica, ædifica, ædifica domum tuam brevi.

חסיד הוא יבנה ביתו
בקרוב במהרה בימינו
בקרוב אל בנה בנה
בנה בנה ביתך בקרוב:

Benignus [qui eſt] ille ædificabit domum ſuam brevi citò in diebus noſtris ocyus; [Ah] ædifica, ædifica, ædifica, ædifica, domum tuam brevi.

טהור הוא יבנה ביתו
בקרוב במהרה בימינו
בקרוב אל בנה בנה בנה
בנה ביתך בקרוב:

Caſtus [qui eſt] ille ædificabit domum ſuam brevi, citò in diebus noſtris ocyus; (Ah) ædifica, ædifica, ædifica, ædifica domum tuam brevi.

Sum-

יחיד הוא יבנה ביתו
בקרוב במהרה בימינו
בקרוב אל בנה בנה בנה
בנה ביתך בקרוב:

Summè unus (qui eſt) ille ædificabit domum ſuam brevi, citò in diebus noſtris ocyus; (Ah) ædifica, ædifica, ædifica, ædifica domum tuam brevi.

כביר הוא יבנה ביתו
בקרוב במהרה בימינו
בקרוב אל בנה בנה בנה
בנה ביתך בקרוב:

Validus (qui eſt) ille ædificabit domum ſuam brevi, citò in diebus noſtris ocyus; (Ah) ædifica, ædifica, ædifica, ædifica domum tuam brevi.

למוד הוא יבנה ביתו
בקרוב במהרה בימינו
בקרוב אל בנה בנה בנה
בנה ביתך בקרוב:

Doctus (qui eſt) ille ædificabit domum ſuam brevi, citò in diebus noſtris ocyus; (Ah) ædifica, ædifica, ædifica, ædifica domum tuam brevi.

מלך הוא יבנה ביתו
בקרוב במהרה בימינו
בקרוב אל בנה בנה
בנה בנה ביתך בקרוב:

Rex (qui eſt) ille ædificabit domum ſuam brevi, citò in diebus noſtris ocyus; (Ah) ædifica, ædifica, ædifica, ædifica domum tuam brevi.

נורא הוא יבנה ביתו
בקרוב במהרה בימינו
בקרוב אל בנה בנה
בנה בנה ביתך בקרוב:

Formidandus (qui eſt) ille ædificabit domum ſuam brevi, citò in diebus noſtris ocyus; (Ah) ædifica, ædifica, ædifica, ædifica domum tuam brevi.

סגיב הוא יבנה ביתו
בקרוב במהרה בימינו ס
בקרוב אל בנה בנה
בנה בנה ביתך בקרוב:

Celsissimus [qui est] ille ædificabit domum suam brevi, citò in diebus nostris ocyus; [Ah] ædifica, ædifica, ædifica, ædifica domum tuam brevi.

עזוז הוא יבנה ביתו
בקרוב במהרה בימינו
בקרוב אל בנה בנה
בנה בנה ביתך בקרוב:

Fortis [qui est] ille ædificabit domum suam brevi, citò in diebus nostris ocyus; [Ah] ædifica, ædifica, ædifica, ædifica domum tuam brevi.

פודה הוא יבנה ביתו
בקרוב במהרה בימינו
בקרוב אל בנה בנה
בנה ביתך בקרוב:

Redemptor [qui est] ille ædificabit domum suam brevi, citò in diebus nostris ocyus; [Ah] ædifica, ædifica, ædifica, ædifica domum tuam brevi.

צדיק הוא יבנה ביתו
בקרוב במהרה בימינו
בקרוב אל בנה בנה
בנה בנה ביתך בקרוב:

Justus [qui est] ille ædificabit domum suam brevi, citò in diebus nostris ocyus [Ah] ædifica, ædifica, ædifica, ædifica domum tuam brevi.

קדוש הוא יבנה ביתו
בקרוב במהרה בימינו
בקרוב אל בנה בנה
בנה בנה ביתך בקרוב:

Sanctus [qui est] ille ædificabit domum suam brevi, citò in diebus nostris ocyus; [Ah] ædifica, ædifica, ædifica, ædifica domum tuam brevi:

Miseri-

Misericors [qui est] ille ædificabit domum suam brevi, citò in diebus nostris ocyus; [Ah] ædifica, ædifica, ædifica, ædifica domum tuam brevi.

רחום הוא יבנה ביתו
בקרוב במהרה בימינו
בקרוב אל בנה בנה
בנה בנה ביתך בקרוב:

Sufficientissimus [qui est] ille ædificabit domum suam brevi, citò in diebus nostris ocyus, [Ah] ædifica, ædifica, ædifica, ædifica domum tuam brevi.

שדי הוא יבנה ביתו
בקרוב במהרה בימינו ב
בקרוב אל בנה בנה
בנה בנה ביתך בקרוב:

Potens (qui est) ille ædificabit domum suam brevi, citò in diebus nostris ocyus; (Ah) ædifica, ædifica, ædifica, ædifica domum tuam brevi.

תקיף הוא יבנה ביתו
בקרוב במהרה בימינו
בקרוב אל בנה בנה
בנה בנה ביתך בקרוב:

Nulla præterea precum est mutatio secundâ nocte Paschatis. Omnes enim Ceremoniæ, cantiones & preces primâ nocte peractæ, peraguntur etiam in secunda: Præter subsequentem cantionem, quæ, ut supra dictum est, loco ejus, quæ à capite (Ky lo Naeh Ky lo Jaeh) incipit, canitur.

Itaque Cœna necessariò ante mediam noctem solemniter, cum prædictis hisce Ceremoniis, precibus & canticis, absoluta, comedentium cœtus sic dimittitur, ut nihil amplius cibi aut bellariorum aut similes secundarum mensarum delitias, quæ ad comessationes pertinent, illis comedere aut quicquam bibere permissum sit: non enim in more habent post sacram hanc cœnam indulgere comessationibus & potationibns; imò ne minimum quidem gustant. In aliis festis solemnibus, imò etiam Sabbatho, solenne ipsis etiam est inebriari: præsertim in diebus Purim, de quibus vide Esth. 9: 16. 17. 18. Ita ut etiam existiment, nisi quis in illo festo, ita inebrietur, ut etiam alterum non possit

videre aut nosse, illum non rite festum celebrasse, eique spem non esse participationis futurorum in terra benedicta gaudiorum festalium. Dolendum est, Christianos nostros festis suis Judæos in comessationibus & compotationibus ita imitari, adeoque nec diei sacro-sanctæ cœnæ parcere, quod tamen Judæi faciunt, cum tamen ista Judæorum cœna umbra saltem Christianorum sacro-sanctæ cœnæ fuerit.

Finis ceremoniarum & rituum Paschalium.

DE REDEMPTIONE PRIMOGENITORUM.

Primitus convivium apparatur magnificum, ad quod propinquorum amicorumque optimi invitantur. Omnibus igitur jam paratis cum invitati convenerunt, convivæ ordine collocantur, doctiores Rabbini senioresque primo; Sacerdos verò, cui infans offerendus & à quo redimendus est, supremo loco: deinde gutturnium cum aquâ & maluvium una cum mantili affertur; unde se seriatim lavant. Tum Pater-familias panem ambabus sumptum manibus agitat benedictione sic pronunciata:

Benedictus sis tu, Domine Deus noster, Rex seculi producens panem de terra.

בא"י אמ"ה המוציא לחם מן הארץ:

His dictis Pater-familias mensâ surgit atque filiolum suum primogenitum ad Sacerdotem defert sic inquiens:

Hic filius meus est primogenitus, qui est apertio vulvæ matris suæ, & (Deus) Sanctus (benedictus sit ille) præcepit redimere eum, sicuti scriptura dicit: Num. 18: 16. *Et redimendos ejus à filio unius mensis redimes, in æstimatione argenti quinque siclorum, juxta siclum sanctitatis, viginti gera conficit.* Et dicitur quoqu

זה בני בכורי הוא פטר רחם לאמו והקדוש ברוך הוא צוה לפדותו שנאמר ופדויו מבן חדש תפדה בערכך כסף חמשת שקלים בשקל הקודש

Exod.

עשרים גרה הוא ונאמר
קדש לי כל בכור פטר
כל רחם בבני ישראל
באדם ובבהמה לי הוא:

Exod. 13:1.2. *Sanctifica mihi omnem primogenitum, apertionem omnis matricis inter filios Israel, in homine & jumento; meus est ille.*

POST hæc Sacerdos matrem infantis interrogat dicens; forte abortum passa es? Hoc si negaverit: Parens infantem primogenitum apud Sacerdotem una cum pecunia redemptionis, aliisque vasculis argenteis vel aureis, aut aliis ejusmodi affabre formatis rebus in memoriam relinquit, Sacerdosque patrem infantis ulterius interrogat dicens.

מאי בעית מפי ליתן
לי בנך בכורך שהוא פטר
רחם לאמו או בעית ל
לפדותו בעד חמש סלעים
כדמחוייבת מדאורייתא:

Quid mihi nunc vis dare? filiolumne tuum, tuum primogenitum nempe, qui est apertio vulvæ matris suæ, aut vis eum redimere quinque siclis, prout obligatus es juxta legem?

Ad hæc Pater Sacerdoti respondet:

חפץ אני לפדות את
בני והילך דמי פדיום ב
כדמחוייבתי מדאורייתא:

Volo redimere filium meum; Et ecce, accipe tibi argentum redemptionis, quod juxta legem dare obligatus sum:

Deinde Sacerdos argentum redemptionis cum vasculis prædictis accipit, redditque Patri infantem: Parens verò infantem tenens & agitans dicit:

בא"י אמ"ה אשר קדשנו
במצותיו וצונו על
פדיום הבן:

Benedictus sis tu, Domine, Deus noster, Rex seculi, qui sanctificavit nos præceptis suis & mandavit nobis redemptionem filii [primogeniti]

70.

Benedictus sis tu, Domine, Deus noster, Rex seculi, qui vivificavit nos, & superstites fecit nos, & attingere fecit nos præsens tempus hoc.

בא"י אמ"ה שהחיינו וקיימנו והגיענו לזמן הזה:

Sacerdos verò ambabus manibus calicem agitando benedicit:

Benedictus sis tu, Domine, Deus noster, Rex seculi, creans fructum vitis.

בא"י אמ"ה בורא פרי הגפן:

Deinde Sacerdos bibit & Patri-familias eundem tradit; qui postquam biberit, Seniori eum porrigit, atque ita singuli seriatim ex porrecto sibi calice bibunt, deinde comedunt & bibunt lætanter.

תם ונשלם סדר הגדה של פסח
כל צבא מרום תנו לעלין שבח.

Errata Typographica sic Corrigenda.

Pag.	Col.	Lin.		
6.	a.	6.	Eleasaro *lege*	Eleazaro
	b.	20.	היין *lege*	חיין
			חימים *lege*	הימים
		27.	שראל *lege*	ישראל
17.	b.	21.	כם *lege*	נם
23.	b.	20.	חמשפילי *lege*	המשפילי
27.	a.	37.	& propter benignitatem, *lege* & propter vitam, benignitatem,	
37.	b.	17.	סבבנוי *lege*	כבבוני
		24.	וזמרת *lege*	וזמרתי
39.	b.	11.	הורו *lege*	הורו
54.	b.	11.	יאת *lege*	יאה
		17.	" *deleatur.*	
56.	b.	9.	יור ת *lege*	יורע
58.	b.	16.	אחר *lege*	אחד
59.	b.	5. 16.		

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Österreichische Nationalbibliothek
+Z204374601

Digitized by Google



Digitized by Google